













# IOAN. FROBENIVS LECTORI S. D.

HABES iterum Moriæ
encomium, pro caſtigatiſ
ſimo caſtigatius, unà cum
Liſtrij commentarijs, &
alijs compluſculis libellis,
non minus eruditis ꝙ fe
ſtiuis, quorũ catalogum
proxma mox indicabit
pagella. Bene uale.

*Apud inclytam Baſileam*
M. D. XXI.

G. I. 126. b.



S · K

Τοῖος γὰρ θανατοῖσι βίος, τοῖός τε καὶ ὄλβος
ὄλβος ἀτασθαλοῖσιν. ὁμοῖος ἴχνεσι νηῶν
πρός τε χαρασσομένοισιν καὶ ὀλλυμένοισιν ὁμοίως.

Nil vita certum minus.

II 7 C

Quo deus & quo dura vocat fortuna sequamur.

Dar
Z ksi

971680

S·K

Τοῖος γὰρ θανάτοισι βίος, τοῖος τε καὶ ὄλβος
θνητοῖς ἀθανάτοισιν· ὁμοῖος ἴχνεσι νηῶν
[illegible] χαρασσομένοισιν καὶ ὀλλυμένοισιν ὁποῖσιν.

... mimus.

... 7 C

... volet fortuna




Dar Kuratorjum Okr. Szk. Poznańskiego.
Z księgozbioru Gimn. im. Marji Magdaleny w Poznaniu.
1930.

971680

p. 290

M·D·XX

# IOAN. FROBENIVS LECTORI S. D.

HABES iterum Moriæ encomium, pro caſtigatiſſimo caſtigatius, unà cum Liſtrij commentarijs, & alijs compluſculis libellis, non minus eruditis quàm feſtiuis, quorũ catalogum proxma mox indicabit pagella. Bene uale.

*Apud inclytam Baſileam*

M. D. XXI.

I. 126. b.

G. I. 126. b.

# IN HOC OPERE CONTENTA.

LVDVS L. Annei Senecæ, De morte Claudij Cæſaris, nuper in Germania repertus, cū Scholijs Beati Rhenani.

SYNESIVS Cyrenenſis de laudibus caluitij, Ioāne Phrea Britanno interprete, cum ſcho/lijs Beati Rhenani.

ERASMI ROTERODAMI Moriæ encomium cum com/mentarijs Gerardi Liſtrij tri/um linguarum periti.

EPISTOLA apologetica Eraſmi Roterodami, ad Martinū Dorpium theologum.

w Poznaniu
Uniw. im. A. Mickiewicza
SD 152081
971680
1934.1112

## BEATVS RHENANVS THOMÆ Rappio Durlacenſi, liberalium artium profeſſori, S. P. D.

LVCIVS Anneus Seneca, non modo philoſophus grauiſſimus, ſed & orator minime infelix, quem Tacitus amœniſſimi ingenij fuiſſe ſcribit, non tam iniuria offenſus quod ab hoc in exilium actus fuiſſet, ꝙ non ferendis flagitijs, & crudelitate motus, ludum hũc in mortem Claudij Cæſaris compoſuit, quo eius ſæuitiam in inſonteis, miris ſalibus taxat. Quem libellum cum leges, facile intueberis, apud priſcos etiam licuiſſe, malis principibus, genuinum, iuxta parœmiã, infigere, quod ut non ſemper conſultum, ſic nec ubiq; reprehendendum iudicamus. Sæpe enim quod in alijs audimus culpari, à nobis uitari ſolet. Hoc itaq; Senecæ fragmentũ nuꝑ in Germania repertũ, uelut antiquitatis gẽmam quandã, ſcholijs ex Suetonio & Tacito tumultuãter adnotatis illuſtrauimus quo magis ad ſe lectorem, perinde ac illectamento quodam inuitet. Ingenue tamen fatemur eſſe loca quædam, ubi coniecturis tantum uſi ſumus, nullam hi-

L.126.b.
 ſtoricorũ

ſtoricorum autoritatem ſecuti. Cornelij enim priores li-
bri, qui nobis eſſe ſubſidio potuiſſent, non extant, aut ſaltē
nobis non extant, quanq̃ hos ſuperioribus annis Romam
fuiſſe ex Germania delatos accepimus. ad hæc, ut ĩ Græcis
nõnulla diuinãdo reſtituimus, ſic quædã non niſi melioris
archetypi ſubſidio reponenda trãſire coacti ſumus, quod
noſtrum exẽplar, Græcorum characterum ne ulla quidem
quãtumuis exilia ueſtigia haberet. Hanc igitur meã lucu-
braciunculam, optime mi Thoma, tibi nominatim dica-
tam accipe, cui felicibus tui nominis auſpicijs in lu-
cem ꝓdeunti, optamus, & fore cõfidimus ut nõ
minori ſit omnibus tum utilitati, tum uolup-
tati, q̃ mihi fuit labori. Equidem dignus
es ob tuũ in politioreis literas amorem
ac eam, qua me non merentẽ colis,
obſeruãtiam, quẽ reliqui quoq;
mortales plurimum à me re-
damari cognoſcãt. Neq;
uero timuerim, ne hũc
libellũ quod ꝑpu-
ſillus ſit, ſpernas.
Noſti enim illud Græ
canicum, χάρις βαιοῖσιν
ὀπηδεῖ, hoc eſt, Comes exiguis eſt
gratia rebus. Eſſet à natura tua alieniſſimũ,
qui cuncta boni conſulere ſolitus es, atq; hoc nomi-
ne bene audis, omnibus dilectus ut quẽ cõmendet humani-
tas, expoliant literæ, abſoluat integritas. Bene Vale & me
ama. Baſileæ. Tertio Calẽ. Aprilias. A. M. D. XV.

# B. RHENANI SELETSTADIEN. IN ludū L. Annei Senecæ de morte Claudij Cæſaris ſcholia.

## LVCII ANNEI SENECAE, IN mortem Claudij Cæſaris ludus.

QVID actū ſit in cœlo, ante diē tertium Eidus Octobris, Aſinio Marcello

QVID actū ſit) Claudius Cæſar, Druſi Germanici filius qui Caio proxime ſucceſſit, talem egit principem ut neſcias ſtultiór ne fuerit an crudelior. Hūc Anneus Seneca hoc libello, quē ludū de morte Claudij Cæſaris inſcripſit mire taxat, & ſuis (qđ aiūt) coloribꝰ graphice depingit. In cauſa aūt nōnihil fuiſſe crediderim, cur ſic Claudiū inſectaretur, qđ ſub eo exulauit. Cuius rei ipſe meminit in libro de Breuitate uitæ ad Paulinū his uerbis de Cæſare blādiuſcule loquēs. Nec enī ſic me deiecit, ut nollet erigere imò ne deiecit qdē, ſed impulſū à fortuna, & cadentē ſuſtinuit, & in præceps euntē, leniter diuinæ manus uſus moderatione depoſuit. Hactenus Seneca. Cæterū cum Agrippina Claudio nupſiſſet ne malis tātū facinoribus innoteſceret, ueniā exilij ꝓ Anneo Seneca ſimul præturā impetrat, lætū in publicū rata ob claritudinē ſtudiorum eius utq; Domitij pueritia tali magiſtro adoleſceret, & cōſilijs eiuſdē ad ſpē dominationis uteretur, quia Seneca fidus in Agrippinā memoria beneficij, & infenſus Claudio dolore iniuriæ credebatur. Hæc Tacitus. In cœlo.) Ridicule cœpit, pollicēs ſe traditurū quæ in cœlo ante diē tertiū Eidus Octobris acta ſunt, quaſi illic ſint Calendæ. Sic Homerus ſubinde deſcribit quid interea dij fecerint ī cœlo. Iocus eſt ex imitatiōe, nā ita exordimur annales. Ante diē tertiū.)

Cla. Cæſar.

Agrippina.

Seneca.

cello, Acilio Auiola COSS. Anno nouo, initio ſeculi feliciſſimi, uolo memoriæ tradere. Nihil offenſæ*uel gratiæ dabitur. Hæc ita uera ſi quis quæſierit unde ſciam. Primũ, ſi uoluero, non reſpondebo. Quis coacturus eſt? Ego ſcio me

*Ab Nec.* Exceſſit enim Claudius tertiũ ante Eidus Octobris Aſinio Marcello, Acilio Auiola Coſſ. lxiiij. ætatis, imperij xiiij. anno. Ac ueneno q<sub></sub>dem occiſum conuenit, ubi autẽ & per quem dato diſcrepat. Autor Tranquillus & Tacitus. *Eidus.* Eidus autẽ per ei diphtongũ græcã ſcriptũ eſt, qua utebãtur antiqui in his, quæ i extenſum habent, id quod in uetuſtis inſcriptionibus etiãnum uiſitur. Feliciſſimi.) Ob Claudium ſublatũ. Ego ſcio me liberum factũ.) Innuit Tyrãnidem Claudij uel optimis optima, cũ loqui, tum agere prohibentis. Fatuũ) hic ſtulticiam Claudij notat, neq; id falſò. *Antonia.* Nam mater Antonia portẽtum eũ hominis dictitabat, nec abſolutũ à natura, ſed tantũ inchoatum, ac ſi quem ſocordiæ argueret ſtultiorẽ aiebat filio ſuo Claudio. Auia Auguſta ꝑ deſpectiſſimo ſemper habuit non affari, niſi rariſſime, non monere niſi acerbo & breui ſcripto, aut per internũtios ſolita. *Liuilla.* Soror Liuilla cũ audiſſet quãdoq; imperaturum, tã iniquã, tam indignã ſortem populi Romani palã & clare deteſtata eſt, ut ſcribit Trãquillus. Hoc aũt prouerbio, *Aut regem aut fatuum.* Aut regẽ, aut fatuũ naſci oportet, antiqui regũ uecordiã taxabant. Nam queãdmodũ in fatuis, riſu quæcũq; fecerint, excipimus, ſic regũ quoq; facta nemo nõ probat. Proinde ueriſſimũ eſt, facultatibus, licentiáq;, & aſſentationibus ali principũ uitia, quod quidẽ de Antonio Velleius

ius Paterc

me liberũ factũ, ex quo ſuum diem obijt ille, qui uerũ ꝓuerbium fecerat, Aut regem, aut fatuũ naſci oportere. Si libuerit reſpõdere, dicã qđ mihi in buccam uenerit. Quis unq̃ ab hiſtorico iuratores exegit? Tamen ſi neceſſe fuerit autorem ꝓducere, quærite ab eo, qui Druſillam euntem in cœlum

*ius Paterculus ſcriptũ reliquit. Cæterũ niſi ſtulti fuiſſent olim reges, nõ eſſent tot libri illorũ fatuitatib⁹ referti, hoc eſt factis nõ tam ſtultis ſæpenumero q̃ ſceleratis, ac impijs cædibus & bellis q̄bus in hoc mundo nihil ſtultius. Qui huius prouerbij explicatiorẽ interpretationẽ legere cupit, Eraſmi Roterodami, quem equidẽ ut præceptorem & ueneror & ſuſpicio, Chiliades adeat. Illic enim præter eruditionem, quæ huic nuſquam deeſt, etiam ad uitam rectius inſtituendã ſaluberrimã inueniet cohortationem.* Chiliades Eraſmi.

*Quis unq̃ ab hiſtorico) Salſiſſime taxat uanitatẽ hiſtoricorum, qui ſcribũt quicquid uolũt, nullo fideiuſſore.* Hiſtorici

*Autorem producere.) Autor eſt, non ſolũ is, cuius ſuaſu & autoritate fit aliq̄d, uerũ is, unde rumor eſt ortus. Produci aũt teſtes dicũtur.* Autor.

*Quærite ab eo, qui Druſillam) Caius Cæſar (ut refert Suetonius) Druſillam ſororem uitiaſſe uirginẽ creditus eſt, quã mox Lucio Caſſio Lõgino conſulari collocatã abduxit, & in modũ iuſtæ uxoris propalàm habuit, eadem defuncta iuſtitium indixit, in quo riſiſſe, lauiſſe, cœnaſſe cum parentibus, aut coniuge liberiſúe capitale fuit, cuius amorem quanti faceret, uel hac re docuit, quod poſt mortem eius repente noctuq; ab urbe profugiẽs, trãſcurſa Campania, Syracuſas petijt, rurſusq; in-* C. Cæſar.

lum uidit. Idē Claudiū uidiſſe ſe dicet iter facientem, nou paſſibus æquis. Velit, nolit, naceſſe eſt illi om̄ia uidere, quæ in cœlo agantur. Appiæ uiæ curator eſt, qua ſcis & diuum Auguſtū, & Tiberiū Cæſarē ad

*de ꝑpere rediijt, barba capillóq; promiſſo. Nec unq̄ poſtea quātiſcūq; de rebus ne ꝑ cōcione quidē populi, aut apd' milites niſi ꝑ nomē Druſillæ deierauit. Seneca quoq; noſter, in libro de breuitate uitæ, Suetonio aſtipulatur, affirmās Caiū poſt mortē Druſillæ, furioſa incōſtātia modo barbā capillumq; ſubmittentē, modo Italiæ ac Siciliæ oras errabundū permetiētem, nunq̄ ſatis certū fuiſſe utrum lugeri uellet, an coli ſororē. Eodem enim tempore, quo templa illi conſtituebat & puluinaria, eos qui parum mœſti fuerāt, crudeliſſima afficiebat animaduerſiōe. Hāc igitur Druſillam, quidam cum eſſet uiæ Appiæ curator, in qua ſepeliebantur Romani, ut gratificaretur Caio, cœlum adeuntem ſe uidiſſe in ſenatu iureiurādo affirmauit, quod cum illi nemo crederet, ſed rideretur potius, ſancte promiſit, ſe nihil amplius, ne ſi hominē quidē in medio foro occiſum uidiſſet, deinceps indicaturū. Non paſſibus æquis.) Particula eſt carminis Vergiliani in Aeneide. Reſpexit autem ad id, quod Trāquillus de eo refert his uerbis. Cæterū ingredientē deſtituebant poplites minus firmi. Velit, nolit.) Εἰρωνικῶς dixit. Appiæ uiæ.) Hæc ſic nominata fuit ab Appio, qui eā muniuit ut autor eſt Liuius in nono primæ decadis, Eſtq; præcipua uiarū, ducēs Brūduſiū, in qua erāt cōditoria ſepulchráq; Romanorū. Diuū Auguſtū.) De quo ſic inquit Suetonius. Nec defuit uir prætorius qui*

*Cai. Cæſaris inconſtātia.*

*Appia uia.*

ſe effi

ad deos iſſe. Hunc ſi interro-
gaueris, ſoli narrabit, coram
pluribus nunq̃ uerbū faciet.
Nam † poſteaq̃ in ſenatu iu Al's Ex quo,
rauit ſe Druſillā uidiſſe cœlū
aſcēdentem, & illi† tam bono Al's Pro tā.
nūcio nemo credidit,† qui ui Al's Quod.
derit, uerbis cōceptis affirma
uit, ſe nō indicaturū, etiā ſi in
medio foro hominē uidiſſet Aliâs Quæ
occiſū. Ab hoc ego† quæcūq; cum.
audiui† certa claraq; affero, ita Aliâs Certe
illum ſaluū & felicē habeam. clara.

Iam Phœbus breuiore uia
contraxerat ortum
Lucis, & obſcuri creſcebant
tempora ſomni:
Iamq; ſuum uictrix augebat
Cynthia

*ſe effigiem cremati eū tem in cœlum uidiſſe iuraret. Soli narrabit)* Notat morem eorū qui huiuſmodi portenta ſpargunt in uulgus. Primum unicuipiā narrant, uelut arcanū, quod ſileri uelint, deinde fama ſerpit, alio alijs ꝑ manus tradēte. *Conceptis uerbis)* Cōceptis uerbis ꝓprie iuramus, cum, ut latine dicā & eleganter, alio præeunte, ac iuſiurandū dictante, aliquid expreſſis ad certā formulā uerbis, ꝓmittimus, Plautus in Bachidibus, Ego iuſiurandū cōceptis uerbis dedi, daturum id me hodie mulieri ante ueſperā, nūc pater ne peierem, cura. *Etiam ſi in medio foro.)* Taxat obiter urbem Romanam in qua tanta erat impunitas malis ut homines ſæpenumero in medio foro occiderētur. Id quod paſſim fiebat Romæ ſub Alexandro, frequentiſſimo foro, in meridie. *Iam Phœbus)* Chronographia eſt. Et tacite notat poëtas quoſdam, qui huiuſmodi deſcriptionibus explēt uolumina. Quos taxauit & Horatius in arte poëtica, Cū Poëtæ.

lucus & ara Dianæ, Et ꝓperātis aquæ ꝑ amœnos ambitus agros, Aut flumē Rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus.

Cynthia regnum.
Et deformis hyems gratos carpebat honores
Diuitis autumni: uiſoq́ʒ ſeneſcere Baccho,
Carpebat raras ſerus uindemitor uuas.
Puto magis intelligi, ſi dixero menſis erat October, dies quintus eiuſdem Octobris. Horam nō poſſum tibi certā dicere, facilius inter philoſophos

Honores. Gratos carpebat honores.) id eſt, fœtus. Sic Horat. ruris honores uocat, quicquid frugū terra ꝓducit. Puto magis intelligi.) Poëtas notat, nimis anxie tempus deſcribentes, & id multis carminibꝰ, cū interim quatuor quum maximū uerbis, & quidē expreſſius dici poſſet. Facilius inter philoſophos.) Feſtiue dictum in horologiorū diſcrepantiam. Simulq́; philoſophorū perpetuum illud diſſidium latenter taxat. Nam cui non notum eſt, ꝙ inter ſe philoſophi omnes ἐκ διαμέτρου, quod aiunt, diſſideant? Plato ſiquidem, ut in hanc digreſſiunculam expatiemur, unum deum unigenitum ex ſeipſo natū cenſuit, Anaximander cœleſtia ſydera, deos eſſe. Thales animam mundi deum putat, Ariſtoteles formam ſeparatam, ſphæræ quidem uniuerſi innitentem, Democritus mentem ignitam, mundi animam, Epicurus ſpecie humana deos eſſe, Pythagoras monada, Stoici deū ignem eſſe, necnon ſpiritum, qui mundum uniuerſum penetret, Deniq́; Euemerus Tegeates, & Theodorus Cyrenenſis, nullos eſſe deos, Quid cū de principijs re-

Philoſophorū diſſidiū.

cipijs rerum diſputant, nõne diuerſiſſima ſentire uidẽtur? Anaximenes Mileſius, aërem eſſe rerum principium aſtruxit, Thales aquam, Anaxagoras Clazomenius particulas ſimilares, Heraclitus ignem, Archelaus Athenienſis, aëris infiniti raritatem ac denſitatem, Empedocles amicitiam & litem, Pythagoras numeros & horum commenſiones, Plato deum materiam, & ideam, Zeno deum & materiam, & quatuor elementa, Ariſtoteles entelechiam, materiam, & priuationem, elementa quatuor & quintum quoddam corpus. An uero de mundo inter illos cõuenire putas? Nulli bi magis diſſidẽt. Nam Plato deum ad ſui exemplum ait mũdum affinxiſſe, Ariſtoteles ſempiternum eße uult, Epicurus plane interiturum, Xenophanes ſempiternum, corruptionis expertem. Pythagoras & Stoici genitum à deo, ſed ex ſua quidem natura nequaq́ interitus immunẽ. Plato quoque animantem eſſe mundum aſſeuerat, ſeq; ex tabeſcentibus alere. Democritus, Ariſtoteles, & Epicurus id conſtanter negant. Adde quod Thales unum mũdum eſſe cenſuit, Democritus & Epicurus innumerabiles, ac horum diſcipulus Metrodorus, abſurdum eſſe dixit, in agris unicam naſci ſpicam, unumq; in infinito mundum, innumeros autem eſſe quod innumerabiles eorũ ſint cauſæ, Seleucus infinibilem mundũ. Empedocles mũdum quidem unũ, ſed uniuerſi tantum exiguam eſſe particulã. Quid de anima, nónne pugnantia ſtatuiſſe uidentur? Pythagoras animam definijt, numerum ſeipſum cientem, Ariſtoteles entelechiam primam corporis, Dicearchus quatuor elementorum harmoniam. Thales naturam irrequietam, ſeſe mouẽtem, Aſclepiades medicus, ſenſuum coëxercitationem. Plato ſub-

De principijs philoſoph. ſententia.

Mundus qd philoſophis

Anima qd philoſophis

to ſubſtãtiam intellectu præditam, Stoici ſpiritũ feruidũ, Anaxagoras aëri ſimilem, Democritus ignitum quiddam, Epicurus elemẽtarem temperaturam. Neq; uero ſecius de animæ principatu, qua uidelicet in parte ſit, longe lateq; diſſident. Herophilus enĩ in uẽtriculo cerebri ſedẽ animæ ponit, Plato & Democritus in toto capite, Eraſiſtratus circa mẽbranã cerebri, quã Epicranidẽ uocat, Strato in ſupciliorũ interſtitio Parmenides & Epicurus in toto pectore, Diogenenes in arteriaco cordis uentriculo; Stoici in toto corde uel ſpiritu, q circa cor uerſatur. Nonnulli in ceruice cordis, quidã in præcordijs, Empedocles in ſanguinis concretione. Adhæc nónne de ſole & luna inter ſe ridicule propemodum euariant? Anaxagoras, Democritus & Metrodus ſolem eſſe aiunt globum ferri candentem, uel ſaxum ignitum, Philolaus ſolem utri modo pellucentem, ab igne cœlecti ſplendorem accipere, Xenophanes nubem flagrantem. Lunam uero Heraclitus terram dixit nebula obuolutam, Stoici temperamẽtum ex igne aëreq;, Pythagoras ignitum lunæ corpus, Xenophanes eſſe nubem conſtipatam, Democritus cõglobationem ignitam, ſic de magnitudine horum diſcordes ſunt. Anaxagoras enim ſolem putat Peloponeſo maiorem. Heraclitus latitudine pedali, Anaximander terræ æqualẽ, circulum uero quo uehitur, ſepties & uities terra maiorem. Lunam ſimilter terra maiorem Stoici cenſent. Parmenides ſoli æqualem eſſe contendit. Sed quid hæc uerboſius perſequimur, cum bona pars librorũ utriuſq; linguæ id genus

Animæ ſedes ubi.

Opinio philoſopho. de ſole & luna

phos, quam inter horologia conueniet. Tamen inter ſextam &

*id genus opinionibus ſit referta, & quidam luculēti ſcriptores de his ex profeſſo tractarint? Satis ſuperq́; ſit, è tāta copia nos uno atq; item altero argumēto breuiter indicaſſe, q̄ nihil inter ueteres philoſophos uſpiam conueniat. In quorum locū ſuperioribus ſeculis, Scotus, Thomas, Aegidius Romanus, alij (ſi dijs placet) ſucceſſerūt, inter quos nō minus quàm antiquos illos diſcrepat, ut uel hac re priſcos, Academicos Stoicos, Peripateticóſq; maxime referre uideantur. Proinde neutiq̄ abſurdū erit, Si iocum Senecæ uerterimus ut dicamus, Facilius inter horologia conuenire, q̄ inter philoſophos.*

& ſeptimam erat. Nimis ruſtice acquieſcunt oneri *Poëtæ, non contenti ortus & occaſus deſcribere, ut etiam medium diem inquietēt. Tu ſic trāſibis horam tam bonam?

Als Omnes

*At medium curſu Phœbus diuiſerat orbem,
Et propior nocti feſſus quatiebat habenas,
Obliquo flexā deducens tramite lucem.

Aliâs Iam.

Claudius animam agere cœpit, nec inuenire exitum poterat. Tū Mercurius, qui ſemp ingenio eius delectatus eſſet, unam

*Nimis ruſtice) exactam poëtarum curam, etiam in minimo temporis articulo deſcribendo ridet. Animam agere) Agere animam, eſt niti ad mortem. Tacito uero ridet Claudiū, qui crebro uētris crepitū ſolebat ædere. Nā anima ꝓ uēto quoq; ponitur. Agebat igitur animā, uerū ea nō potuit erūpere qđ aliquoties accidit, conanti uētris exprimere flatum. Qui ſemper ingenio.)*

Animam agere.

unã de tribus Parcis eduxit, & ait, Quid fœmina crudeliſſima hominem miſerum torqueri pateris? *nunq̃ meritũ, ut tamdiu cruciaret. Annus ſexageſimus & quartus eſt, ex quo cum anima luctatur. Quid huic inuides? Et reſpõdit, Patere Mathematicos aliquando uerum dicere, qui illum *poſtq̃ princeps factus eſt omnibus annis, omnibus menſibus efferunt. Et tamen non eſt mirum ſi errãt *. Horam

Al's Nec unquàm tãdiu cruciatus eſſet.

Al's Ex quo.

Alias Et horam.

*genio) Propter cognitiones cauſarum quibus expilabat populũ. Eſt enim Mercurius* ἀγοραῖοσ.

*Nunq̃ meritum) Iocus eſt ex ambiguo, nã utrumq; poteſt intelligi, indignum lõgo cruciatu, & dignum præſentaneo ſubitóque exitio.* *Cum anima luctatur.) Ruſum alluſit ad crepitum.*

*Patere Mathematicos.) Verba ſunt Clothûs. Notat*

Genetliaci.

*Genethliacos qui mẽdaciſſimi, mẽdaciorum præſidẽ Mercurium colunt, quem ne offendant, rarius uera dicunt. De mathematicis non minus ſcite, quàm uere Tacitus in decimo ſeptimo, Genus hominum, inquit, potentibus infidum, ſperantibus fallax, quod in ciuitate noſtra & uetabitur ſemper, & retinebitur. Eôdem autore de Mathematicis Italia pellendis ſub Claudio factum ſenatuſconſultũ atrox & irritum. Efferunt.) Efferimus mortuos quod Græcis dicitur* ἐκφέρεσθαι. *Horam eius nemo nouit.) Si expectas ut Mathematicus tibi quicquam prædicat, opus eſt, ut illi genituram tuam ediſſeras, quod ab Auguſto factum refert Tranquillus, cum in Apolloniæ receſſu Theogenis Mathematici pergulam comite Agrippa cõſcendiſſet.*

Mathemati.

Natum

ram eius nemo nouit: nemo enim unq̃* ipſum natum putauit.* Tũc ille, fac quod faciũ dũ eſt. Dede neci, melior uacua ſine regnet in aula. Sed Clothò, Ego me hercle, inqt, puſillum temporis adijcere illi uolebam, dum hos pauculos qui ſuperſunt, ciuitate donaret. Conſtituerat enim omnes Græcos, Gallos, Hiſpanos, Britannos, Sauromatas, & ſi qui ultra glacialem Boream incolunt Barbari, togatos uidere.

*Natum putauit.*) Indicat Claudij obſcuritatem, quem nemo ſenſerit naſcẽtẽ. Tullius ſe quoſdam reges natos neſciſſe dixit, ꝑ eo quod eſt prorſus ignorare. *Dede neci.*) Carmẽ Vergilij ex quarto Georgicõ, de apibus. *Dum hos pauculos*) Multis enim iam ius ciuitatis donarat. *Ciuitate donaret*) Donare ciuitate, eſt ius ciuitatis tradere, & planè facere ciuem. Hoc etiam Romanam ciuitatem dare Suetonius dixit, Sic de Galba imperatore ſcribens, ciuitatem Romanam raro dedit. *Conſtituerat enim.*) Indicat indulgentiam Claudij, qua etiam exteros miniméq; merentes honoribus afficiebat. Nam ut ſcribit Tacitus, A. Vitellio, L. Viſpano conſulibus, cum de ſupplendo ſenatu agitaretur, Primoresq; Galliæ, quæ comata appellatur, fœdera & ciuitatem Romanam pridem aſſecuti, ius adipiſcendorum in urbe honorum expeterent, & id ſenatui nõ placeret, Claudius contra diſſeruit, maiores ſuos origine Sabina ſimul in ciuitatem Romanã & in familias patriciorũ adſcitos, hortari ut paribus conſilijs rempu. capeſſat trãſferẽdo Romã, quod uſq̃ egregium eſſet. Orationem itaq; principis

Al's Illum.
Al's Tum.
Donare ciuitate.

uidere. Sed quoniam placet aliquos peregrinos in ſemen relinqui, & tu ita iubes fieri, ſi at. Aperit tūc capſulā, & tres fuſos ꝓfert. Vnus erat Augurini, alter Badæ, tertius Claudij. Hos, inquit, treis uno anno exiguis interuallis tēporū diuiſos mori iubebo. Nec illū incomitatum dimittam. Nō oportet enim eū, qui modo ſe tot milia hominū ſequētia uidebat, tot præcedentia, tot circumfuſa, ſubito ſolum deſtitui. Contentus erit his interim cōuictoribus. Hæc ait, Et turpi cōuoluēs ſtamina fuſo,

Abrupit

*principis ſecuto patrum cōſulto, primi* Edui. *Edui ſenatorū in urbe ius adepti ſunt. Præterea, ceu refert Tranquillus, ornamenta cōſularia etiam procuratoribus ducenarijs indulſit. Senatoriā dignitatē recuſantibus equeſtrem quoq; ademit Latum clauū (quamuis initio affirmaſſet, non lecturū ſe ſenatorem, niſi ciuis Romani abnepotē) etiam libertini filio tradidit.* Syllanus. *Triūphalia ornamenta Syllano filiæ ſuæ ſponſo nōdum puberi dedit.* A. Plautius *Aulū inſuper Plautium, qui ſuā uirtutē certis experimētis in expeditione Britānica probarat, Imperatoriæ maieſtatis oblitus, ouantē ſecutus eſt, & capitolium cōſcendēti, læuū latus texit. In ſemē relinqui) Belle dictū à ſegetibus aut leguminibus ſūpta metaphora. Qui modo ſe tot) Videtur alludere ad triūphū Claudij, quo ob receptam Britanniam apparatu maximo triumphauit, ad cuius ſpectaculum, ut teſtatur Suetonius, commeare in urbem, non ſolum præſidibus prouinciarum permiſit uerumetiā exulibus quibuſdā. His.) Augurino & Bada.*

*Abrupit.)*

Abrupit ſtolidæ regalia tem-
pora uitæ,
Et Lacheſis redimita comas, ornata capillos,
Pieria crinem lauro frontēq; coronans,
Candida de niueo ſubtegmine uellera ſumit
Felici moderāda manu, quæ ducta colorem
Aſſumpſere nouum, mirantur penſa ſorores.
Mutatur uilis precioſo lana metallo.
Aurea formoſo deſcendunt ſecula filo.
Nec modus eſt illis, felicia uellera ducunt,
Et gaudent implere manus, ſunt dulcia penſa.
Sponte ſua feſtinat opus, nulloq; labore,
Mollia contorto diſtendunt ſtamina fuſo.
Vincunt Tithoni, uincūt & Neſtoris annos.

*Abrupit.) Mortem Claudij ſignificat. Regalia tempora) Rurſum alluſit ad prouerbium, Aut regem, aut fatuum naſci oportet. Regis enim nomē apud Romanos, ut tyrannicū & barbarum, inuiſum habebatur. Et Lacheſis.) Poëtice natiuitatem Neronis deſcribit. Sed ó uanum augurem. Putabas optime Seneca, morte Claudij libertatem obueniſſe Romanis. At quando Romæ ſæuior unquàm tyrannis fuit, quàm ſub Nerone? de quo tu tamen adeo præclara, ſed planè falſò Apolline uaticinaris. Id quod tandem ipſe expertus es, dum ad necem te compulit. Vincunt Tithoni.) Tithoni & Neſtoris longæuitas, uel uulgo nota eſt.*

*Al's At.*

*Al's Subtegmina uel.*

Phœbus

b

*ta eſt. Intẽtas cantu.) Pro cantui, paſſim id apud poëtas obuium. Mihi ſimilis.) Apollinẽ enĩ ut citharœdum pingũt, talis in theatro ſæpe uiſus eſt Nero, qui etiam ſtatuas ſuas citharœdico cultu poſuit. Nec cantu.) Neronem in primis muſicæ ſtudioſum fuiſſe, neq; quicquàm eorum omiſiſſe, quæ generis eius artifices & phonaſci, uel conſeruandæ uocis cauſa, uel augendæ factitabãt, teſtis eſt Tranquillus. Apollinem enim æquiparare cantu, Solem aurigando uideri uolebat. Legũq; ſilẽtia.) Elegãter oppreſſas leges, ſilẽtia legũ uocat. Iuxta illud, Silẽt leges inter arma. A carcere)*

Neronis ſtudium.

Phœbus adeſt, cantuq́; iuuat gaudetq́; futuris,
Et lætus nunc plectra mouet nunc penſa miniſtrat.
Detinet intentas cantu, fallitq́; laborem.
Dumq́; nimis citharam, fraternaq́; carmina laudant,
Plus ſolito neuere manus, humanaq́; fata,
Laudatum tranſcẽdit opus: ne demite Parcæ,
Phœbus ait, uincat mortalis tempora uitæ,
Ille mihi ſimilis uultu, ſimiliſq́; decore,
Nec cantu, nec uoce minor, felicia lapſis
Secula præſtabit, legumq́; ſilentia rumpet.
Qualis diſcutiens fugientia lucifer aſtra,
Aut qualis ſurgit redeũtibus heſperus aſtris.
Qualis cum primum tenebris aurora ſolutis
Induxit rubicunda diem, ſol aſpicit orbem,
Lucidus, & primos à carcere concitat axes.

Talis Cæſar adeſt, talem iam Roma Neronem
Aſpiciet, flagrat nitidus fulgore remiſſo,
Vultus, &*effuſo ceruix formoſa capillo.

Hæc Apollo. at Lacheſis quæ & ipſa homini formoſiſſimo faueret, fecit illud plena manu, & Neroni multos*annos donat. Claudiũ aũt iubẽt oẽs Et ille quidẽ animam ebullijt, &*deſijt uiuere. Expirauit aũt dũ comœdos audit, ut ſcias me nõ ſine cauſa illos timere. Vltima uox eius hæc inter hoíes audita eſt, cũ maiorem ſonitũ emiſiſſet illa parte, qua facilius

*Sũpta eſt à certaminibus equorũ metaphora, in qbus repagulũ illd', ũde fit initiũ curſus, carcer dicĩ, quẽadmodũ meta ubi ſiſtitur. Hinc à carcere ſiue à carceribus, ꝑ eo, quod eſt, ab initio prouerbiali figura iactatũ. Carcerẽ in hac ſignificãtia Græci βαλβίδα appellãt. Plena manu.) hoc eſt, largiter & copioſe. Prouerbiũ eſt, quo utitur Cicero ad Atticũ libro ſecũdo. At Hercle alter familiaris tu⁹ Horatius, ꝙ plena manu, ꝙ ornate noſtras laudes in aſtra ſuſtulit. Iubẽt oẽs) ἀίδαο δόμους ὑπὸ κεύθεσι γαίης οἴχεσθαι, hoc eſt, Plutonis ſub terra inuiſere ſedes. Tale aliqd ex Homero citatũ fuiſſe hoc loco cõijcimus. Aut Ἔῤῥειν ἐς κόρακας. i. abire in rem malã, qd' eſt Ariſtophanicũ. Aut illud ex tertio Iliados, ἀπεφθίμενον δῦναι δόμον ἄϊδος εἴσω. i. Ditis defũctũ accedere regna. Comœdos audit.) Qui ꝑ ſimulationẽ fuerãt inducti, uelut deſiderantẽ oblectaturi. Autor Suetoni⁹. Illa ꝑte) Fœditatẽ aſſidue pedẽtis innuit, id uel ex hoc ĩtelli*

Al's affuſo.

Al's annos de ſuo donat

Al's Et eõ deſijt uiuere uideri.

Plena manu.

al's Quod ante.

*gas, quod edictum meditatus eſt, quo ueniam daret in conuiuio flatum, crepitumq; uentris emittendi.* Poſt boletum) Quem Agrippina medicatum, ueneno q; infectum auidiſſimo ciborum taliũ obtulerat. Hinc boletos Nero, quaſi deorum cibum, græco prouerbio collaudare ſolebat. Nemo felicitatis ſuæ) Epiphonema eſt. Bonæ ſtaturæ.) *Autoritas enim dignitasq; formæ non defuit, uel ſtanti uel ſedenti, ac præcipue quieſcenti, nam & prolixo: nec exili corpore erat, ut refert Tranquillus.* Bene canum.) *Fuit enim ſpecie canicieq; pulchra.* Caput mouere.) *Habuit enim Claudius caput cum ſemper, tum in quantulocũq; actu, uel maxime tremulum.* Pedem dextrum.) *Nam ingredientem deſtituebant poplites minus firmi, quod*

al's Quæ m. g. p. impreſſerunt.

Al's mirari.

facilius loquebatur. Væ me puto, concacaui me†. Quid autem fecerit, neſcio, omnia certe concacauit. Nec poſt boletum opipare medicamẽtis conditum, plus cibi ſumpſit. Quæ poſtea in terris ſunt acta, ſuperuacuũ eſt referre. Scitis enim optime, nec periculũ eſt, ne excidant† memoriæ, quæ publicũ gaudiũ impreſſit. Nemo felicitatis ſuæ obliuiſcitur. In cœlo quæ acta ſunt, audite, fides penes autorem erit. Nunciatur Ioui ueniſſe quẽdam bonæ ſtaturæ, bene canũ, neſcio quid illũ* minari, aſſidue enim caput mouere, pedem dextrũ trahere, quæſiſſe cuius nationis eſſet, reſpondiſſe illum neſcio quid perturbato ſono, & uoce confuſa, non intelligere ſe linguam

ſe linguam eius, nec Græcum eſſe, nec Rhomanum, nec ullius gentis notæ. Tum Iupiter Herculem, quia totum† orbem perrauerat, & noſſe uidebatur omnes nationes, iubet ire & explorare, quorum hominum eſſet. Tum Hercules, primo aſpectu ſanè perturbatus eſt, ut qui etiam nō omnia monſtra timuerit, ut uidit noui generis faciem, inſolitum inceſſum, uocem nullius terreſtris an̄ialis, ſed, qualis eſſe marinis beluis ſolet, raucam & implicatam, putauit ſibi tertiumdecimum laborem ueniſſe. Diligētius autem intuenti, uiſus eſt quaſi homo. Acceſſit itaq;, & qđ facillimum fuit, Græculo ait,

Vbi hæc Claudius, gaudet eſſe illic philologos homines, ſperat futurū aliquem

*quod ſupra retulimus. Tertiumdecimum laborē.) Duodecim labores Herculis à nullo poëta non ſunt celebrati. De his & Vergilij titulo carmē extat. Græculo) Nam nō mediocri cura Claudius Græca ſtudia ſecutus eſt. Ac ſæpe in ſenatu legatis ꝑpetua oratione reſpondit. Multum uero ꝓ tribunali etiā heroicis locutus eſt uerſibus, ut ſcribit Suetonius. Ait,*

Τίς, πόθεν εἰς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες,

*Hoc eſt, Quis nam es, unde uenis, tibi quæ patria, atq; parentes? Hoc carmen ex primo Odyſſeæ, in hūc locum ſubſtituimus. Verba ſunt Telemachi, Mineruam alloquentis, quæ illi Mentæ Taphiorum regis ſpecie tum apparuerat. Philologos.) Erāt philologi, qui multiplici uariaq; ſcientia cen-*

*Al's Orbem terrarum.*

*Philologi.*

 tia cen-

aliquē hiſtorijs ſuis locū. Itaq; & ipſe Homerico uerſu Cæſarē ſe eſſe ſignificans ait, Erat autem ſequēs uerſus uerior æque Homericus,

Et impoſuerat Herculi minimo diſcrimīe* fabulā, niſi fuiſſet illic Febris, quæ fano ſuo relicto, ſola cum illo uenerat, cæteros omnes deos Rhomæ reliquerat. Iſte, inquit, mera mendacia narrat.

Eratoſthenes.

*tia cenſebātur, qualis fuit primum Eratoſthenes, qui prim⁹ hoc cognomētū ſibi uendicauit. Deinde Ateius Rhomæ tempore Saluſtij, quēadmodū refert Tranquillus de claris Grāmaticis, hic de Græcis dicit, tāq̄ loquacibus, aut uerborum phaleras ſectātibus.*

Als Fabros.

*Ego Hiſtorijs ſuis.) Scripſit enī & Græcas hiſtorias Thyrrenicôn xx. Charchedonicō octo. Home. uerſu.) σκηπτοῦχος βασιλεὺς, ᾧ, τε ζεὺς κῦδος ἔδωκεν. i. Sceptra ferēs rex ſum, rerū à Ioue tradita cura eſt. Carmē hoc ex primo Iliados Homeri, coniecturam ſecuti, reſtituimus. Erat autē ſequens.) ἀλλ' ὅγε φέρτερός ἐστιν, ἐπεὶ πλεόνεσσιν ἀνάσσει. Quod multis præſit, uult hic præſtantior eſſe. Ex eôdē Homeri lib. Carmen aūt hoc à ſuperiori tertiū eſt. Ridet ſtulticiam corū, qui quod reges ſint, ac multis imperent, ſeſe meliores putāt. Niſi quis hos duos ex Odyſſeæ ſecundo uerſiculos malit, σκηπτοῦχος βασιλεὺς οὐδὲ φρεσὶν αἴσιμα εἰδώς, id eſt, Sceptra gerens rex ſum, nō mente decentia noſcens. ἀλλ' αἰεὶ χαλεπός τ' εἴη καὶ αἴσυλα ῥέζοι. i. Immitis fuerit ſp, ſimul impia tractet.*

Claudij Cæ. hiſtoriæ.

Delubrum Febris.

*Febris) Plinius indicat Romæ febri delubrū in palatio publico fuiſſe. Porrò ſubſignificat inſaniam Claudij, qua per omnem uitam laborauerat. Cæteros omnes.) Tacite notat*

Ego tibi dico, quæ cum ipſo tot annos uixi, Lugduni na' tus eſt. Marci municipem *audis, qđ tibi narro, ad de' cimumſextum lapidē à Vien na natus eſt, Gallus Germa' nus. Itaque quod Gallum facere oporteb t, Rhomam cepit. Hunc ego *reddo tibi Lugduni natum, ubi L. Lici' nius

*impietatem & ἀθεότητα Cæſaris, quā nemo deorum comi' tatus ſit, præter fe' brim, & hanc infe' ſtam. Lugduni.) Claudius natus eſt Iulio Antonio, Fa' bio Africano Conſſ. calēdis Auguſti, Lu gduni, eo ipſo die, quo primum ara ibi Auguſto dedicata eſt, autor Tran' quillus. Marci.) Legendum credo Munatij, L. enim Mu natius Plancus, Lugdunū Coloniam duxit, & Rauricam ex qua Baſilea deriuata eſt urbs amœniſſima, nec nō opti mis iuxta ciuibus ornata. Municipes ſunt qui in ciuitatē Romanam recepti, muneribus capeſſendis apti fiunt. Ioca tur itaque in Claudium, perinde ac ſi Munatio honores cō ſulares debeat, non parenti Druſo. Si Marci legas, Ancū Martium intelligas, quartum Romanorum regem. Memi' nit & T. Liuius Marci Cornelij, quem ſcribit in x. tertiæ Decadis, prorogato imperio, Galliam prouinciā obtinuiſ' ſe. Vienna.) Vrbs eſt Galliæ. Germanus.) uerus. Quod enim natiuum eſt, germanum etiam dicere ſolemus. Sic Plauto germana illuuies dicta. Germanum etiam ap' pellamus, quod cognatū eſt. Sic inuidentiā & detractionē germana uicia dicimus. Eſt & Germanus ex Germania aliquis, unde hic amphibologia, quam iocantes affectare ſolent. Itaq; quod Gallum.) Quō Galli urbem Romam ceperint*

*Al's uides.*

*Al's tibi reci pio.*

*L. Munati' us.*

*Baſilea.*

*Municipes.*

*Germanus.*

nius† multos annos regnauit. Tu autē qui plura loca calcaſti, quàm ullus mulio perpetuarius, Lugdunēſes ſcire debes, & multa milia inter Xanthū & Rhodanū intereſſe. Excandeſcit hoc loco Claudius, & quanto poteſt murmure iraſcit. Quod† diceret nemo intelligebat. Ille autem Febrim duci iubebat, illo geſtu ſolutæ manus, & ad hoc unū

Al's Multis ceperint narrat Li-
annis. uius in quinto pri-
mæ Decadis. Ro
mam cepit.) Iocus
eſt in amphibolo-
gia. Capit hoſtis qui
populatur, & capit
qui ſuſcipit. L. Lici
al's Dicebat nius) L. Florus me-
minit L. Licinij Lu
culli. Qui plura)
Ridet Herculem ꝑ
innūeras regiones di
Mulio per- uagatū. Mulio per.) De quartarijs mulionibus meminit
petuarius. Feſt. hic μιμητικῶς Seneca ꝑpetuariū dixiſſe uidet̄, aut
qui in ſolidum, aut ſꝑ ſit uector, aut, quod magis arridet,
qui perpetua nec interrupta uectatione ſuos uectores ali-
quò perducat. Ad uehicula mulis uſi ſunt antiqui, nō equis
Vnde muliones uehicularij, quiq; mulis quæſtū faciebāt.
Milia) Miliaria. Xanthū) Fluuius eſt Troiæ, qui &
Xanthus. Scamander dicitur. Taxat Claudiū, qui cum in Gallia na
tus eſſet, Græcus uideri geſtiebat, ut quē patriæ ſuæ pude-
Rhodanus. ret. Rhodanū.) Rhodanus fluuius eſt Galliæ notiſſimus
qui ex alpibus non longe quidem à Rheni Danubijq; fon
tibus oritur, ac Lugdunum latus, Ararim ibi ſuſcipiens,
mox Iſaram Druentiamq; tribus oſtijs in mare Tyrrhe-
Duci. num influit. Huius Strabo meminit & Cæſar. Duci.) Du
cūtur hi proprie, quos carnifices ad ſupplicia rapiūt. Sue
tonius in Caligula: Stans tantūmodo intra porticū mediā
à caluo, ad caluum duci imperauit. Solutæ manus.) In

unũ ſatis firmæ, quo decollare homines ſolebat. Iuſſerat illi collũ præcidi. Putares oẽs *illos eſſe libertos, adeo illũ nemo curabat. Tũ Hercules: Audi me, inqt, tu, & deſine fatuari, ueniſti huc ubi mures ferrũ rodũt. Citiꝰ mihi uerũ, ne tibi alogias excutiam, dicito. Et quo terribilior eſſet, tragicus fit, & ait: Exprome, ꝓpere, ſede qua genitus dicas. Hoc ne

Al's * illius.

*nuit Claudiũ ſigno ſolutæ manus, ut homines truncarentur iubere ſolitum. Belle igitur dicit, ſolutam etiam manum Claudij, in hoc ſatis adhuc fuiſſe firmã, ut hominẽ capite priuaret. Putares oẽs eſſe libertos.) Notat hic Claudiũ, ut qui nimiũ in libertos ſuos indulgens eſſet. Vnde fiebat, ut ab his, quos non modo præmijs ingẽtibus, ſed & quæſturis prætorijsq́; ornamentis ornari patiebatur, quibusq́; multa ꝑ phas & nephas acquirere rapereq́; permittebat, cõtemneretur, deſpiceretur, illuderetur. Vbi mures ferrũ rodũt.) Hoc ad excitandum riſum dictum, ſignificare autem uult magnam rerum mutationem, lociq́; diuerſitatem. Quaſi diceret: Si mures hic ferrum rodunt, quales nos eſſe putas? Theophraſtus autor eſt, ut refert Plinius libro octauo, capite quinquageſimoſeptimo, mures in Gyaro inſula cũ incolas fugaſſent, ferrum roſiſſe. Hic autem ridicule de cœlo dictum, quaſi & illic oporteat eſſe mures, ſed præſtantiores. Alogias.) Stulticias. ἀλογίαν Græci eã animæ partẽ dicunt, quæ rationis expers eſt. Tragicus.) Et hoc, ut alia multa, ad riſum iocoſe dixit. Nota eſt Tragicorũ amarulentia tumiditasq́;. Exprome.) Carmen*

ἀλογία.

Tragici.

Hoc ne perēptus ſtipite ad terram *occidas.
Hæc claua reges ſæpe mactauit feros.
Quid nūc profatu uocis incerto ſonas?
Quæ patria, quæ gens mobile eduxit caput,
Ediſſere: equidem *regna ui di tergemini
Longinqua regis, unde ab Heſperio mari
Inachiam ad urbem nobile aduexi pecus.
Vidi duobus imminens fluuijs iugum,

Als *accidas.

Als * Reg. terg. petens.

*eſt Iambicum, quod conſtat in locis paribus ſemꝑ ex Iambo aut tribreui, in imparibus indiſcriminatim ex Iambo, Spondæo, Dactylo, Anapæſto, Tribreui. Hoc ſtipite.) Clauam obiectat. Mobile caput.) Supra retulimus Claudium fuiſſe capite admodum tremulo.*

Hercules.

*Tergemini re.) Notū eſt quo pacto Hercules Geryoni tricipiti boues eripuerit, & ſecum in Græciam duxerit. Qui fabulæ originē noſſe uolet, Palæphatum euoluat. Arrianum quoq; legat de geſtis Alexandri Magni libro ſecundo, qui Hecatæi Abderitæ ſententiam de Hercule & Geryone refert. Heſperio mari.) Hiſpanico. Inachiam ad urbē.) Hoc eſt, Argos Peloponneſi caput. Inachia, autore Stephano, Peponneſum ſignificat, non tantū Argos, ab Inacho fluuio. Vnde gentile Inachius. Verba Stephani hæc ſunt: ἰναχία, ἡ πελοπόννησος, οὐ μόνον τὸ ἄργος, ἀπὸ ἰνάχου τοῦ ποταμοῦ. τὸ ἐθνικὸν ἰνάχιος. Nobile pecus.) Boues Geryonis. Vidi.) Rediens ex Hiſpania. Iugum.) Cacumen montis.*

Inachia.

Quod Ararq;

Quod Phœb⁹ ortu ſemper obuerſo uidet:
Vbi Rhodanus ingẽs amne prærapido fluit,
Ararq́; dubitãs quò ſuos curſus agat,
Tacitus quietis alluit ripas *uadis.
E'ſt ne illa tellus ſpiritus altrix tui?
Hæc ſatis animoſe,& fortiter. Nihilominus mentis ſuæ non eſt,& timet.

Claudius ut uidit uirum ualentem, oblitus nugarum, intellexit neminẽ parem ſibi Romæ fuiſſe, illicq́; nõ habere ſe idem gratiæ:gallum in ſuo ſterquilinio plurimum poſſe. Itaq; quantũ intelligi potuit,hæc uiſus eſt dicere:Ego te fortiſſime deorũ Hercules,

*Ararq́;.) Araris fluuius,qui per cõciſionem Arar dicitur: oritur non longe à monte Voſego, qui Germaniã à Gallia ſeparat, in collimitio Burgundiæ, Lotharingiæq́;, ac decurrẽs per Eduorũ Sequanorũq́; fines, Lugduni Rhodanũ influit: nunc Sagonam uocant. Et timet) θάμβος δ' ἔχεν εἰσορόωντα, id eſt, Stupor occupat inſpiëntẽ. Hoc Hemiſtichiũ Homericũ ex Δ. Iliad. qđ ſentẽtia nõ male cõueniat,una litera detracta, repoſuimus.* — Araris. — Al's *undis.

*Gallũ in ſuo ſterquilinio.) Simili prouerbio noſtrates uulgo dictitant. Canem in ſuo ſterquilinio,ſiue in ſuarum ædiũ ueſtibulo ferociorẽ eſſe. Non deeſt autẽ in Galli uocabulo latens morſus. Nam in Gallia,Lugduni uidelicet natus eſt Claudius,ceu ſupra quoq; retulimus. Fortiſſime deorum.) Belle tribuit eam Herculi fortitudinẽ inter deos* — Canis i ſuo ſterquilinio

Hercules, ſperaui mihi affu- turum apud alios, & ſi quis à me notorē petiſſet, te fui nominaturus, q me optime noſti. Nā ſi *memoria repetis, ego erā qui tibi ante templū tuū ius dicebam totis diebus menſe Iulio & Auguſto. Tu ſcis quantū illic miſeriarū contulerim, cū cauſidicos audirē & diem & noctem. In quos ſi incidiſſes, ualde fortis licet tibi uidearis, maluiſſes cloacas *ſtercorꝭ expurgare, multo plus ſtercoris ego exhauſi. *Sed nō miror, quod impetum in curiam feciſti, quoniā uolo nihil tibi clauſi eſt. Modo dic nobis qualem deum iſtum fieri uelis

non poteſt eſſe

Stoicus

Al's* memoriam.

Al's* Augæ purgare.

al's*Sed quoniā uolo, nō mirū qđ in c. impe. fe.

*deos, quàm inter homines habuit. Mihi affuturum.) Opitulaturum. Notorem.) Qui me noſcens, alijs notū redderet. Sed nō miror.) Crediderim eſſe uerba Herculis, latenter innuentis, Claudium in ſenatores Ro. ſæuiſſe, & uiolētia quæq; perfregiſſe. Modo dic nobis.) Hic Iupiter, aut alius quiſpiam deus, Herculē interrogare uidetur. Non poteſt eſſe.) Græca hic reſtituere nequiuimus, exēplar enim nc notas quidem aliquas habuit, quæ anſam cōiecturæ præſtitiſſent. Et ſunt uerba alicuius in ſenatu deorum. Senſus autem eiuſmodi eſt: Cum Stoici ſapientem penitus cōſummatum eſſe uelint, & qui ſemper quietus ſit, ac perturbationibus uacuus, faſtu careat, ſeuerus ſit, ac ſynceritate præditus, nec unquam ſanitate mentis excidat, neq; dolore item capiatur: Claudius*

Stoici.

*certe*

Stoicus. Quomodo poteſt rotundus eſſe, ut ait Varro, ſine capite, ſine præputio? Eſt aliquid in illo Stoici dei. Iam uideor, nec cor, nec caput habet. Si me *Hercules à Saturno petiſſet, hoc beneficium, cuius

*certe deus Stoicus non erit, hoc eſt, omnibus numeris perfectionis abſolutus. Equidem illa plus ſatis exacta Stoicorum aſſertio ſapientem eum conſtituentium, qui nuſquam adhuc inuentus ſit, adeo celebris eſt, ut exigere ad normam Stoicorum, in prouerbium iam abierit. Proinde non minus ſcite quàm iocoſe Stoicum ſapientem κέρας ἀμαλθείας appellat Plutarchus, quippe cui nihil deſit. Rotundus.) perfectus. Horatius: Graijs dedit ore rotundo Muſa loqui. Figura enim orbicularis, quam & cœlum poſſidet, perfectiſſima eſt. Conferũt Stoici ſuũ ſapientem mundo. Hinc Vergilius in carmine de uiro bono: Mundi inſtar habens teres atq; rotundus. Externæ ne quid labis per leuia ſidat. Quod idem ab Horatio quoq; expreſſum eſt. Sine præputio.) indicat Claudiũ exhauſta iam libidine, minime uirũ. Eſt aliquid.) εἰρωνικῶς, aut admiratiue pronunciandum. Nec cor, nec caput,) Quia Stoici deum faciunt incorporeum, & mentem duntaxat, cui nulla ſint membra. Id torquet in ſtulticiam & amentiam Claudij. Apud Græcos obſcœnus ſermo, ἀκέφαλος dicitur, & cordatos uocamus prudentes. Si me Hercules.) Iurantis eſt, & ſunt uerba alicuius diuorũ Ridiculum autem iurare deum per Herculem. Hoc beneficium.) ἀποθέωσιν uidelicet, hoc eſt, deificationem.*

Als *Hercule.

ἀποθέωσις.

Cuius

cuius menſem toto anno celebrauit Saturnalia, eius princeps nõ tuliſſet. Illum deum à Ioue, qui quãtum quidem in illo fuit, damnauit inceſti. L. *Syllanum generum ſuũ occidit. Oropencq; ſororem ſuam feſtiuiſſimam omnium puellarum, quam, quoniam omnes

Al's *Syllanum enim.

*Cuius menſem.*) *Saturnalia Romæ celebrari menſe Decẽbri ſolebãt, ita ut intra qnq; aut quũ plurimũ ſeptẽ dies finirẽtur. Claudius aũt qui nunꝗ̃ temere, quẽadmodũ teſtatur Tranquillus, triclinio abſceſſit, niſi diſtentus ac madẽs, toto anno uiſus fuit Saturnalia celebrare. De Saturnalibus Claudij Cæſaris ad Luciliũ his uerbis ſcribit Seneca noſter, quæ mire faciunt ad hunc locũ: December eſt menſis, inquit, quo maxime ciuitas deſudat, ius luxuriæ publicæ datum eſt, ingenti apparatu ſonant omnia, tanquã quicquam inter Saturnalia non interſit, & dies rerum agendarum. Adeo nihil intereſt, ut non uideatur mihi erraſſe, qui dixit olim menſem Decembrem fuiſſe, nũc annum.* *Eius.*) *menſis.*

*Princeps.*) *Saturnus.* *Illum deum.*) *ſubintellige, fieri decet.* *L. Syllanum.*) *Hic Claudij gener à Vitellio, cum ad id inſtigaret Agrippina Auguſta, de inceſtu ſororis ſuæ Iuniæ Caluinæ accuſatus, quæ ante Vitellij nurus fuerat, ordine ſenatorio motus eſt, nec longe poſt, mortẽ ſibi conſciuit. De hoc multa apud Corneliũ Tacitum in duodecimo. Fit huius quoq; paulo poſt mentio.* *Sororem.*) *De hac ſorore L. Syllani nihil inuenire potuimus, neq; apud Suetoniũ, neq; apud Tacitũ, in his ſaltẽ qui extant libris.* *Quam, quoniam.*) *Significat latenter Claudium*

L. Syllanus.

cum

omnes Venerē uocarent, malu it Iunonem uocare. Quare, inquit, quæro *tantū ſororem ſuā ſtulte*ſtudere, Athenis dimidium licet, Alexandriæ totū. Quia Romæ, inquis, mures molas lingūt, hic nobis curua corrigit. Quid in cubiculo ſuo faciat ego neſcio, etiam cœli ſcrutatur plagas, deus fieri uult. Parū eſt quod

*cum ſorore L. Syllani, quæ uulgatæ pudicitiæ erat ſtupri conſuetudinē habuiſſe. Quare, inquit.) Libet ſuſpicari Claudiū, ut Græce peritum, ſororē quoque L. Syllani, quam amabat, in Græciā miſiſſe, ſtudij gratia, ſimul ut à Romanorum conſtupratione tuta foret, aut illi pædagogum adhibuiſſe, ſiue præceptorem Athenienſem quidem annum dimidiatum, toto autem anno Alexandrinum aliquem. Mures molas lingunt.) Cauſatur molliciem Romanorum, ut qui proni ſint ad libidinem, ſed non niſi pulcherrimas ſollicitent. Mures enim urbani farinam abſumunt, & delicatiſſimis ad ſatietatem uſq; ueſcuntur, cum rureſtres interim fruticulos depaſcantur. Quin adeo molles ſunt, ut nec caſeum arrodant, ſed lingant molitam farinam. Apparet hoc dictum fuiſſe familiare Claudio, de muribus ferrum arrodentibus. Hic nobis curua corrigit.) Subeſt, ut opinamur, ſenſus obſcœnus, uelut ſi diceretur, Claudius adeo circa Venerē eſt intemperans, ut ad libidinem ſuo nos exemplo incitet. Etenim ut Claudianus ueriſſime cecinit: Mobile mutatur ſemper cum principe uulgus. Corrigere eſt emendare, eſt & rectum facere, atq; arrigere. In cubiculo.) Alludit ad hoc, quod refert Suetonius:*

[margin: Al's *enim. | Al's *ſtude. | Mures. | Corrigere.]

Mortem

quod templum in Britannia habet, quod nũc Barbari colunt,& ut deũ orant. * Tandem Ioui uenit in mentem, priuatis intra curiam morantibus ſententiam dicere, nec diſputare. Ego, inquit P. C. interrogare uobis permiſeră, uos mera mapalia feciſtis. * Volo ſeruetis diſciplinã curiæ. Hic qualiſcunq; eſt, quid de nobis exiſtimabit? Illo dimiſſo, primus interrogatur ſententiam Ianus pater; is

*Mortem uidelicet eius cœlatam fuiſſe, donec omnia circa ſucceſſorem ordinarentur. Iacuit itaq; corpus mortui Claudij dies aliquot in cubiculo. Et hæc uerba & ſuperiora, & quæ proxime ſequũtur, intellige Romæ fuiſſe in ſenatu dicta, cũ deliberarent, eſſet ne in numerũ deorum referendus Claudius, id quod etiam ex ſequentibus magis pateſcet.*

Als * Volo ut.

*Templũ in Britãnia habet.) De hoc ſic Tacitus, ubi de Camuloduno loquitur. Ad hæc templũ diuo Claudio cõſtitutũ, quaſi ara æternæ dominationis aſpiciebatur. Vos mera mapalia.) Promiſcue ſententiam ferentes, non ſeruato ordine alius alium turbantes. Mapalia ſunt tuguria ruſticorum. Eſtq; uocabulum Punicum. Alluſit autem ad prouerbium, Rus ăuitas. Confine eſt Epicharmicum illud,* ἀγρὸν τὴν πόλιν ποιεῖς, *id eſt, E ciuitate rus facis. Qualiſcunq; eſt.) Quàm contemptim hoc de Cæſare dicit Iupiter. Dimiſſo.) Secedere iuſſo. Ianus pater.) Per Ianũ hic aliquem ſenatorem intelligit. Sed & Acron in Satyram Horatij, cuius initiũ: Sic raro ſcribis, teſtatur Iano tris in foro fuiſſe ſtatuas, ad unã cõueniebant creditores;*

Mapalia.

is deſignatus erat in Calen. Iulias poſtmeridianꝰ COS. homo, ~~quantum uia ſua fert, qui ſemper uid~~et. *Is multa diſerte, quod in foro iuuat, dixit, quæ notarius perſequi non potuit, & ideo non*refero, ne alijs uerbis*ponam, quàm quæ ab illo dicta ſunt. Multa dixit de magnitudine deorum, non debere hunc uulgo dari honorem. Olim, inquit, magna res erat, deum fieri, iam fama*minimum fecit, etiam peſſimum quenq; illum affectare. Itaq; ne uidear in perſonam, nõ in rem dicere ſententiam, cenſeo ne quis

*res, & fœneratores ad alteram qui fœnus redderẽt, ad tertiam qui locarent fœnus. Indicat igitur hic fuiſſe maximum quæſtum Claudij.* Semper uidet.) *Vel quod bifrons, uel quod tres haberet ſtatuas. Et addit ridicule, quantum uia fert, quaſi uidere ſit uideri.*

*Quod in foro iution)* *Notat ambitionem fori, quod à patrono iam non ueritas, ſed eloquentia exigeretur, & iudex non tantum doceri cuperet, ſed etiam delectari. Quẽadmodum indicat & Quintilianus.*

*Ne alijs uerbis.) Ridicula religio in re conficta, ſed feſtiuiter ſimulata. De magnitudine.) Subnotat locos cõmunes, in quibus oſtentandi ingenij cauſa, nimium ſolent immorari Rhetores. Iam famam minimũ fecit.) Duo notat, paſſim collectos ſordidos in ordinẽ ſenatorium, & peſſimos etiam imperatores, in deorũ numerum relatos, magis iam ex more, quàm ex merito. Illum.) Honorem. In perſonam non.) Nam cum in genere dicit, in*

*Al's fero.*

*Al's ponam quæ ab illo.*

*Al's nimiũ feciſti. Itaq; ne uid. &c.*

quis poſt hunc diem, deus fiat ex his,qui Aut ex his quos alit. Qui contra hoc S. C. deus factus, dictus, pictuſue erit, eũ * dedo laruis. Sed proximo munere inter† noxios autoratos, ferulis uapulare placet. Proximus interrogatur ſententiam Dieſpiter in nepote filius, & ipſe deſignatus COS. numularioſus. * Hoc quæſtu ſe ſuſtinebat, &

Al's dedi. Al's nouos. Al's Hic.

*rem pronunciat, nõ ꝓprie in Claudiũ. Ex his qui.) Græca hic reſtitui non potuerunt, libet ſuſpicari fuiſſe aliqd in hanc ſententiam: Qui Romanis præſunt. S.C.) Senatuſconſultũ. Dictus pictuſúe.) Eſt nonnihil feſtiuitatis in imitatione, nam his modis loquũtur iureconſulti, & qui ſenatuſconſulta conſcribunt. Dedo laruis.) Terriculamentis inferorum. Laruæ ſunt noxiæ inferorum umbræ. Et dedimus noxæ animal quod læſit. Fecit iniuriam laruis, qui mortuus pro deo uoluerit haberi, cũ nihil ſit niſi umbra. Inter noxios autoratos.) Interſontes pœnæ obſtrictos. Dieſpiter.) Iouis cognomẽtum eſt, quem ſic uocant, quaſi diei patrem. In nepote filius.) Ianus, quem ſolem interpretantur, Saturnum genuit, hic Iouem: ſed & Ianus mane exoriens, Dieſpiter dicitur. Horatius: Matutine pater, ſeu Iane libentius audis. Quid autem uetat, ut hic ſcomma ſubeſſe exiſtimemus, ut aut filiũ conſulis, quem ante Ianum dixit, aut certe Britannicum Claudij filium notet, uelut hoc uno repræſentantem patrem Cæſarem, quod & ipſe nepos eſſet, hoc eſt, gulæ deditus. Præterea ueriſimile eſt Britannicum, ſi quando pecunijs*

Laruæ

Ianus.

*bat, & uẽdere ciuitatulas ſolebat. Ad hoc uelle acceſſit Hercules, & auriculã *ei tetigit. Itaq; in hæc uerba cenſet: Cum diuus Claudius ad diuum Auguſtũ ſanguine contingat, nec minus diuam Auguſtam auiam ſuam, quam ipſe deam eſſe iuſſit, longeq; omnes mortales ſapientia antecellat, †ſitq; neceſſe E.R.P. eſſe aliquem, qui cum Romulo poſſit feruentia reparare. Cenſeo ut diuus Claudius

*pecunijs opus haberet, ciuitatum præfituras uendere ſolitum.* Conſtat autem *ſenatum* Britannici *reſpectu, maxime diuinos honores Claudio decreuiſſe.* Nã *ut ſcribit* Herodianus, Ἔθος ἔστι ῥωμαίοις ἐκθειάζειν βασιλέων τοὺς ἐπὶ διαδόχοις παισὶ τελευτήσαντας, *hoc eſt,* Mos *eſt* Romanis *ſuccedentium filiorum gratia, Cæſares emortuos in numerum deorum referre.* Proinde *diminutiuis hic utitur de ephebo loquens.* Et *auriculam ei tetigit.)* Auris *memoriæ dicata.* Vnde *qui atteſtantur, aut admonent, auriculam uellere dicuntur.* Ad *diuum Auguſtum ſanguine)* Fuit *enim nepos* Auguſti. Nam *patrem* Claudij Cæſaris Druſum *cum* Liuia Auguſto *grauida nupſiſſet, intra menſem tertium peperit.* Autor Tranquillus. Q*uam ipſe deam eſſe iuſſit.)* Auiæ *enim* Liuiæ, *ut refert* Suetonius, *diuinos honores, & Circenſi pompa currũ elephantorũ decernendum curauit.* E.R.P.) Ex *uſu rei pub.* Romanæ. Feruentia.) Melius *ſi legeretur, pereuntia, aut corruentia.* Apparet *id perſuaſum fuiſſe,* Romulũ *quem & ipſum deum fecerant, hoc habere negocij, ut cu*raret nẽ

Aliâs *ſuſtinebat, uen: ciuitatulas.*

Aliâs *illi te Cenſ. itaque in &c.*

Aliâs *ſitq;* E.R.P.

Aurem *uellere.*

Druſus.

dius ex hac die deus*fiat, ita uti ante eum quis optimo iure factus ſit. Eamq́ rem ad Metamorphoſeos Ouidij adijciendam. Variæ erant ſententiæ, & uidebatur Claudius*ſententiam uincere. Hercules enim qui uideret ferrum ~~ſuum in igne eſſe~~, modo huc, modo illuc curſabat, & aiebat: Noli mihi inuidere, mea res agitur, deinde ſi quid uolueris, in uicem faciam, Manus manum lauat. Tum diuus Auguſtus ſurrexit ſententiæ ſuæ loco dicendæ &

Aliâs Sit.

Aliâs Metamorphoſeis.

Aliâs ſententia.

Ouidius.

*raret ne urbs, quam ipſe condidiſſet, dilaberetur. Vult igitur Claudiũ Romuli collegã eſſe. Eãq; rem) Innuit ἀποθέωσιν Claudij planè eſſe fabulã, ac ꝓinde dignam, quæ fictis Ouidij tranſformationibus infulciatur. Deſcribit enim Ouidius μεταμορφώσεις fabuloſas, ut Aegles puellæ in populum arborem, Hecubæ in canem. ~~Ferrum ſuum in igne.~~ Hoc eſt, rem ſuam agi: rogatus enim erat, ut Claudio patrocinaretur. Sumpta eſt metaphora à fabro ferrario. Suballudit autem ad hoc, quod Hercules etiam ex homine deus factus eſſet, id quod tanta nunc ambitione Claudius aſſequi nitebatur. Ac profecto Hercules Claudiũ deum Romæ effecit, hoc eſt, precibus & inſtinctu Agrippinæ, hoc modo dati ueneni ſuſpicionẽ euitare uolentis: ſenatus quaſi ui impulſus, Claudio diuinos honores decreuit. Noli mihi inuidere.) Expreſſit Seneca morẽ etiamnũ magis cõmunẽ, ꝙ utilẽ. Manus manũ lauat.) Prouerbiũ eſt de opera mutuũ præſtanda. Græce ſic effertur, χεὶρ χεῖρα νίπτει. Tũ diuus Auguſtus.) Quoniã*

dæ & ſumma facundia diſſeruit, P. C. uos teſtes habeo, ex quo deus factus ſum nullum uerbum me feciſſe, ſemper meum negociũ ago. Sed nõ poſſum amplius diſſimulare, & dolorem quem grauiorem pudor facit, continere. In hoc terra mariq́ꝫ pacem peperi. Ideo ciuilia bella cõpeſcui. Ideo legibus urbem fundaui, operibus ornaui. Et quid dicam, P. C. non inuenio, omnia infra indignationem uerba ſunt. Confugiendũ eſt itaqꝫ à me ad * Meſſallæ diſertiſſimi uiri illam ſentẽtiã. Præcidit ius imperij * P. C. hic qui uobis non poſſe uidetur

*ſtus.) Quoniam ſuperiora ad ſenatum Romanũ retulimus Hic ſub Auguſti ꝑſona Neronẽ Cæſarem intelligere poteris. Nã Nero Claudiũ diuinis honoribus deſtituit, omnibus rerũ uerborũq́ꝫ cõtumelijs mortuũ inſectatus, ac modo ſtulticiæ, modo ſæuitiæ arguens, ut refert Tranqllus. P. C.) Patres conſcripti. Ex quo deus factus ſum. Ridet Auguſti diuinitatẽ. Nã huic uiuo quoq; diuini honores contigerunt. Mortui non loquuntur. Meũ negocium ago.) Salſe ſignificat iam priuatum, nec curare, quid agatur uſq̄. In hoc.) Ad hoc. Et pronunciandũ cum exclamatione. Operibus.) Vt foro cum æde Martis ultoris, Templo Apollinis in palatio, Aede tonantis Iouis in capitolio. Infra indignationẽ.) Quaſi dicat, Etiã ſi multa nunc allegem, adhuc non uidebor indignatus, ſed iuſte conqueri. Præcidit) Verba ſunt ex aliqua oratione Meſſallæ. Subeſt autem iocus ex ambiguitate. Nam præcido ſignificat amputo, & aliud obſcœnius, quàm ut*

Al's Et.

Al's Meſſ. Coruini.

al's hic P. C.

*Præcido.*

detur muſcam excitare, tam facile homines occidebat, ꝙ canis fruſtum *abſcidit. Sed quid ego de tot actibus iuris dicam? Non uacat deplorare publicas clades, intuenti domeſtica mala. Itaq; *illas omittam, hæc referam. Nam etiã ſi Græce *neſciat, ego ſcio Iſte, quem uidetis, per tot annos ſub meo nomine latens, hanc mihi gratiã retulit, ut duas *amitas ſuas proneptes meas occideret, alteram fame, alteram ferro: unum abnepotem L. Syllanum. Videris Iupiter, an in *tua certe mala uenit, ſi hic inter nos futurus eſt. Dic mihi diue Claudi, quare quenq; ex hts, quos quaſq; occidiſti antequàm de cauſa cognoſceres, anteꝙ audires, damnaſti? hoc fieri ſolet in cœlo? nõ fit. Ecce Iupiter, qui tot annos

*libeat exponere.*

*De tot actibus iuris.) In cognoſcendo enim ac decernẽdo mira uarietate animi fuit, ut inqt Tranquillus. Duas amitas.) Nam Iulias alterã Druſi, alteram Germanici filiam, crimine incerto, nec defẽſione ulla data occidit. Hic Druſus autem & Germanicus Tyberij Cæſaris fuerunt filij. Quos quaſq;.) imitatio feſtiuitatem habet, ſimul & emphaſim. Sic enim loquũtur in iudicialibus cauſis. Et intelligimus illum nec fœminis peperciſſe. Ecce Iupiter.) Alludit ad id quod eſt apud Homerũ, in fine primi Iliados. Iupiter aliquãdo cũ Iunone, quod inter coniuges nõ ita rarum eſt, rixatus, cũ uerbera huic infligere cœpiſſet, Vulcanus*

*Al's excidit.*
*Al's deflere.*
*Aliâs illa.*
*Aliâs neſcit*
*Aliâs Iulias*
*Aliâs cauſa mala, certe in tua ue.*

nos regnat, uni Vulcano crus fregit, & in Lemnon cœlo deturbauit, non extinxit. Iratus fuit uxori, & ſuſpendit illam

*qui forte tum aderat, accurrens Iunoni ſubſidiū ferre uolebat. At Iupiter iratus, hunc pedibus arreptū, è cœlo rotauit, q cū totū diē decidēdo cōſūpſiſſet, tādē in Lemnō inſulā, mane enī deiectus fuerat, ſub ueſperā lapſus, ibi ſtatim ab indigenis ſubleuatus eſt. Quod apud Homerū his carminibus ipſe teſtatur, dum Iunonē monet, ne marito aduerſetur. ſin illius in ſe furorem concitet, Vulcanū nequaꝙ ſuppetias laturū, utpote qui Iouis iram olim ſenſerit.* Ἤδη γάρ με καὶ ἄλλοτ᾽ ἀλεξέμεναι μεμαῶτα, ῥῖψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο. πᾶν δ᾽ ἦμαρ φερόμην, ἅμα δ᾽ ἠελίῳ καταδῶντι, κάππεσον ἐν Λήμνῳ, ὀλίγος δ᾽ ἔτι θυμὸς ἐνῆεν. Ἔνθά με σίντιες ἄνδρες ἄφαρ κομίσαντο πεσόντα. *Quos uerſus ſic nos ut ſentētiā redderemus, ex tēpore latinos fecimus. Me ſiquidē læſæ nuꝑ tibi adeſſe uolentē, Arreptū pede de magno deiecit olympo. Atq; diem totū delapſus ab æthere, tādē In Lemnon cecidi, exanimi uix pectore ſpirās. Hic ubi me pia gens delapſum attollere curat. Huius fabulæ ſic meminit Phurnutus, ſimulq; rationē reddit,* ῥιφθῆναι δ᾽ ὑπὸ τοῦ διὸς ἐξ οὐρανοῦ εἰς γῆν λέγεται, διὰ τὸ τοὺς πρώτους ἴσως ἀρχομένους χρῆσθαι πυρὶ, ἐκ κεραυνοβόλου καιομένου τούτου περιτυχεῖν, μηδέπω ἐπινοίᾳ τοῖς πυρίοις ἐπιπεσεῖν δυναμένους, *id eſt, Vulcanus à Ioue ꝓiectus in terrā è cœlo dicitur, qđ hi forſan apud quos primū in uſu fuit ignis, ex iactu fulminis hūc nacti fuerint, cū nſtrumēta qbus ignē excuterēt, nullo adhuc ingenio reperiſſent. Iratus fuit uxori.) Cum Hercules olim ex iuſſu*

Fabula Vulcani.

Iam, nunquid occidit? Tu Meſſalinam, cuius æque auū‑culus maior eram quàm tu‑us, occidiſti. Neſcio, inquis? Dij tibi malefaciāt adeo iſtud turpius eſt, quod neſcis, quàm quod

*Iunonis nauigatio‑nē īſtituiſſet, hæc ut ſuum odium nuſquā non oſtenderet illi, exorato Borea, uen‑tos aduerſos immi‑ſit. Iupiter ob id in‑dignatus, Iunonē ex alto ſuſpendit, geminā incudē pedibus appendēs. Sic enim Iliados xv. loquitur, hoc illi in memo‑riam reducens,* ἦ οὐ μέμνῃ ὅτε τ' ἐκρέμω ὑψόθεν, ἐκ δὲ ποδῖσιν ἄκμονας ἧκα δύω. *Quorū uerſuum hic ſenſus eſt. Ex altó nc tenes, quod cum ſuſpenſa fuiſti, Nos pedi‑bus geminam incudem demiſimus? Cuius fabulæ quemad‑modum & ſuperioris, cauſam aſſignat Phurnutus,* περὶ τῶν παραδεδομένων μύθων *his uerbis.* ἔοικεν ὁ ποιη‑τὴς μύθου παλαιοῦ παραφέρειν τοῦτο, καθ' ὃν ὁ ζεὺς ἐμυθεύετο κεκρεμακέναι τὴν ἥραν χρυσαῖς ἁλύσεσι, διὰ τὸ χρυσοφανές τι ἔχειν τὰ ἄστρα καὶ ἐκ τῶν ποδῶν αὐτῆς δύω ἄκμονας ἐξηρτηκέναι, τὴν γῆν δηλονό‑τι, καὶ τὴν θάλατταν. ὑφ' ὧν τείνεται κάτω ὁ ἀὴρ μη‑δετέρωθεν ἀποσπασθῆναι δυνάμενος. *Ex antiqua fabu‑la uidetur, inquit, poëta hoc afferre, qua Iouem fabulaban‑tur Iunonē aureis catenis ſuſpēdiſſe, nempe quod auri ful‑gorē ſtellæ poſſideāt. Ac ad pedes eius appendiſſe duas in‑cudes, mare uidelicet & terrā, à quibus deorſum tenditur aër, ſic ut ab horū neutro diuelli poſſit. Huius etiā fabulæ meminit enarrator* τῶν στηλιτευτικῶν *Gregorij Naziā‑zeni.* Meſſalina. *Meſſalinā) Hæc fuit uxor Claudij, quā mori com‑pulit, ut eſt apud Tacitū. Fuit igitur immitior Ioue. Ne‑ſcio inquis) Alludit ad hoc quod Tacitus refert. Meſſali‑*

qđ occidiſti. Iſte C. Cæſarē non deſijt mortuū proſequi. Occiderat ille ſocerū, hic generum. C. Cæſar Craſſi filiū uetuit Magnum uocari, hic nomen illi reddidit. Caput tulit,

*næ enim iam mortē expectāti, Claudius ubi uino incaluerat, nunciari iubet, ad dicendam cauſam poſtero die adeſſet: qđ Narciſſus accuſator intelligens, ne ſi euaderet, in ſe pernicies uerteretur, denunciat centurionibus & Tribuno, qui tum aderant, exequi cædem, ita imperatorem iubere, illi eam interfecerunt. Ne ſcire autē uiſus eſt. Nā occiſa Meſſalina, inquit Suetonius, paulo poſtquā in triclinio decubuit, cur domina non ueniret requiſiuit. Tantæ fuit & obliuionis, & inconſiderantiæ. C. Cæſarem.) Caium Caligulam putat, is fuit Claudij ex fratre nepos, qui incredibili ſæuitia aduerſus omne genus hominum graſſatus eſt. Quem rerum natura, uelut alio loco ſcribit Seneca, non niſi in exitium, opprobriumq́; humani generis ædidit. Occiderat ille ſocerum.) Syllanum enim ſocerum Caius ad necem, ſecandasq́; nouacula fauces compulit, cauſatus in eo quod ingreſſum ſe turbatius mare non eſſet ſequutus, ac ſpe occupandi urbem, ſi quid ſibi per tempeſtatem accideret, remanſiſſet, quū Syllanus impatientiam nauſeæ uitaſſet, & nauigandi moleſtiam. Autor Tranquillus. Hic generum.) L. Syllanum, de quo ante & paulo poſt. Craſſi filium uetuit.) Cn. enim Pompeio ſtirpis antiquæ, Magni cognomen Caius ademit, ut meminit etiam Suetonius. Hic nomen.) Fecit enim generum ſuum, nam Antoniam filiam maiorem illi uxorem dedit. Caput tulit.) Ambi-*

Caius Caligula.

Syllanus.

tulit, occidit in una domo Craſſum Magnum, Scriboniam, Baſſioniam, *Aſſarion, nobiles tamen. Craſſum uero tam fatuum, ut etiam regnare poſſet. Cogitate P. C. quale portentũ in numerum deorũ ſe recipi cupiat. Principes pietate & iuſticia dij fiũt. Scilicet hic pius & iuſtus, quoniam Dryudarum perfidæ gentis Gallicæ immanem religionem, à qua ciues ſubmoueram, prorſus extirpauit, ut Romæ nuptiarũ ſacra eſſent, quibus ipſe, cũ ſibi Agrippina

*guũ eſt: poteſt enim intelligi, caput tulit, hoc eſt, exeruit caput, & ad honores eleuauit, & caput tulit, hoc eſt, amputauit. Tam fatuũ, ut etiã regnare poſſet.) Alludit ad uulgi dicterium, quo regum ſtultitiam paſſim notabãt. In quam & ab Eraſmo declamatum eſt in prouerbio, Aut regem, aut fatuum naſci oportet, quod in huius ludi exordio ſtatim uſurpauit Seneca. Scilicet.) Ironiæ cum inficiatione accommodata eſt particula. Quẽadmodũ & illud apud poëtam, ſcilicet hic ſuperis labor eſt. Dryudarũ,) Dryudarũ religionẽ, inquit Suetonius, apud Gallos diræ ĩmanitatis, & tantũ ciuibus ſub Auguſto interdictã penitus aboleuit. De Dryudibus Gallorũ ſacerdotibus, multa meminit Cæſar in ſexto. Immanem religionẽ.) Nam pro uictimis homines mactabãt, ut refert Cæſar. Vt Romæ nuptiarum.) Senſus eſt, Claudius hanc ob cauſam Dryudarum religionem deleuit, ut fratris ſui filiam Agrippinam ducere poſſet, quod non licebat ante. Nam Claudius ſenatum ingreſſus, decretũ poſtulauit,*

*Aliâs *Aſſarionem.*

*Dryudæ.*

Agrippina nuberet XXX. ſenatoribus, innumeris Equ. Ro. mactatis, principium dedit. Hunc nunc deum facere uultis? Videte corpus eius dijs iratis natum. Ad ſummã tria uerba dicat, & ſeruũ me ducat. Hunc deum quis colet? quis *credet in eũ? deniq; dum tales deos facitis, nemo uos *deos credet. Summam rei, P.C. ſi honeſte inter uos geſſi, ſi nulli durius reſpondi, uindicate iniurias meas. Ego * p̄ ſentẽtia mea hoc ſentio. Atq; ita ex tabella recitauit. Quãdoquidem diuus Claudius occidit *cõſocerum ſuũ Appium

Al's *credet dũ ta. deos.

Aliâs * deos eſſe credet.

Aliâs *præſentia.

Al's *ſocerũ.

*ſtulauit, quo iuſte inter patruos, fratrũq; filias, nuptiæ etiam in poſterum ſtatuerentur. Extat apud Tacitum, in hanc rẽ Vitellij oratio coram ſenatu habita. XXX. ſenatores.) De hoc ſic Suetonius: Die ipſo Claudij & Agrippinæ nuptiarũ in quinq; & triginta ſenatores, trecentósque amplius equites Ro. tanta facilitate animaduerſum, ut de nece conſularis uiri, renũciante centurione factum eſſe, quod imperaſſet, negaret Claudius quicquam ſe imperaſſe, nihilo minus rem comprobaret affirmantibus liberis officio milites functos, quod ad ultionem imperatoris ultro procurriſſent. Tria uerba.) Quod balbus eſſet, & tamen iudicis eſt, tria uerba dicere, quæ diebus nefaſtis non licebat. Eſt autem iucunda προσονομασία indicat & ducat. Summam rei.) imperij. Ex tabella recitauit.) Alludit ad conſuetudinem antiquam, qua in ſenatu cenſentes de ſcripto ſentẽtiam proferebant, & recitare uerbũ*

hoc

Aľs* Mag. Pō.L. Syll. ſoc.

Appium Syllanum, generos
duos, *Pompeium Magnū
Antoniæ ex Petina, L. Sylla/
num Octauiæ ex Meſſalina,
Socerum filiæ ſuæ Craſſum
Frugi, hominē tam ſimilem
ſibi, quàm ouo ouum, Scri/
boniam ſocrū filiæ ſuæ, Meſ/
ſalinam uxorem ſuam, & cæ/
teros, quorū numerus inue
niri non potuit, placet mihi
in eum ſeuere animaduerti,
nec illi rerum iudicandarum
uacationē dari, eumq́; quàm
primū *exportari cœlo, intra
dies xxx. excedere olympo,
intra *diē terras. Pedibus in
hanc

*hoc ſignificat. Appium Syllanum.)* Quem cum Meſſali
na & Narciſſus cō
ſpiraſſent perdere,
diuiſis partibus, al/
ter ante lucem ſimi
lis attonito, patroni
cubiculū irrupit, af
firmans ſōniaſſe ſe
uim ei ab Appio il/
latā. Altera ī admi/
ratione firmata, ſibi
quoq; eandem ſpe/
ciē aliquot iam no
ctibus obuerſari re/
tulit. Nec mľto poſt
ex compoſito irrum
pere Appius nundatus cui pridie ad id tēporis, ut adeſſet,
præceptū erat, quaſi planè repræſētaretur ſomni fides, ar
ceſſi ſtatim ac mori iuſſus eſt. Hæc Suet. *Craſſum Fru
gi.)* huius meminit quodā loco Trāquillus. *Tam ſimilē
ſibi, quàm ouo ouum.)* Prouerbium eſt, quo utimur, pro/
pinquam ſimilitudinē indicantes. Vide Chiliades Eraſmi
Roterodami. *Nec illi rerū iudicandarum uacationē.)*
Quemadmodum ipſe uiuens pro conditione cuiuſq; ciuis
uacationē legis Papiæ conſtituerat, hoc eſt, ut ea lege non
tenerentur. *Pedibus in hanc ſententiam.)* Non pauci
ſunt qui opinantur pedarios ſenatores appellatos, qui ſen
tentiam

aliâs *exportari, & cœ.
Aliâs *diem tertium.
Pedarij ſe/natores.

hanc ſententiã itum eſt. Nec mora Cyllenius illum collo obtorto trahit ad inferos à cœlo, unde negãt redire quẽquàm. Dum deſcendunt per uiam ſacram, interrogat Mercurius, quid ſibi uelit ille concurſus hominũ, num Claudij funus eſſet? Et erat omnium formoſiſſimũ, & impenſa cura plenum, ut ſcires deum efferri: tibicinum, cornicinum *omniſq; generis ſonatorum tanta turba, tantus cõuentus ut etiã Claudius audire poſſet. Omnes læti, hilares, P. R. ambulabat tanq̃ liber. Agatho, & pauci cauſidici plorabant,

*alias* omnis generis ſenatorum.*

*tententiam non uerbis dicerent, ſed in alienam ſententiam pedibus irẽt, inquit Gellius libro tertio. Vnde dictum eſt, in ſententiam ire, & pedibus ire in ſentẽtiam. Cyllenius.) Mercurius, à Cyllene monte Arcadiæ ſic dictus. Vnde negant.) Verſus eſt Catulli, de paſſere mortuo Leſbiæ. Illuc unde negant redire quenquam. Viam ſacrã.) Via eſt Romæ ſic dicta. In hac apparet illum fuiſſe ſepultum. Vt ſcires deum efferri.) Iocus eſt à ſtulticia. Nam hec ipſum pugnat cũ ratione dei, efferri mortuũ. Vt etiam Claudius.) Tam ſtupidus & ſomnolentus, deniq; mortuus. Pauci cauſidici plorabant.) Merito lugebant cauſidici ob mortuum Claudium, quippe qui in ſe nimia facilitate uſus eſſet. Scribit enim Tranquillus, ſe à natu maioribus audiſſe, cauſidicos adeo patientia Claudij abuti ſolitos, ut deſcendentẽ è tribunali, non ſolum uoce reuocarent, ſed & lacinia togæ retenta, interdum pede apprehenſo retinerent.*

Sed

bant,ſed planè ex animo. Iuriſconſulti è tenebris procedebant,pallidi, graciles, uix habentes animam, tanquam qui tũ maxime reuiuiſcerent. Ex his unus cum uidiſſet capita conferentes, & fortunas ſuas deplorantes, cauſidicos, accedit & ait, Dicebam uobis,nõ ſemper Saturnalia erũt. Claudius ut uidit funus ſuum, intellexit ſe mortuũ eſſe,ingenti enim uoce,

cantabatur anapæſtis.

Fundite fletus,ædite plãctus,
fingite *luctus,
Reſonet triſti clamore forũ,
cecidit pulchre
Cordatus*homo, quo nõ alius fuit in toto fortior orbe.
Ille

Aliâs* mugitus.

Al's *Iano.

*Sed planè ex animo.) Obiter taxat publicum morem, quo lugebant etiam cõducti. Iuuenalis: Ploratur lachrymis amiſſa pecunia ueris. Dicebã uobis non ſemper.) Hoc eſt, prædicebã uobis, non ſemper adeo fauentem Cæſarem habebitis, cuius abutamini patientia. Saturnaliorũ licentia nota eſt. In quibus ſerui quoque libertate gaudebant, & domini uiciſſim ſeruis miniſtrabant. Sub Claudio plus poterant aduocati,quàm iureconſulti. Sapit prouerbiũ ſimile illi, θύραζε κᾶρες οὐκ ἔτ' ἀνθιστήρια, id eſt, Foras Cares,non amplius Anthiſteria. Ingenti enim uoce.) πάντας γὰρ ἀάσχετον ἵκετο πένθος, id eſt, Nã cunctos dolor intolerandus adiuit. Ex Iliados undecimo repoſuimus,quod non male quadrare uideatur. Fundite.) Anapæſtica ſunt familiaria Tragœdijs, licet recipiant Dactylos & ſpondæos, poſtremo tamen loco non admittunt*

*niſi*

Ille citato uincere curſu poterat celeres,
Ille rebelles fūdere Parthos, leuibusq́ ſequi
Perſida telis, certaq́ manu tēdere neruum,
Qui præcipites uulnere paruo figeret hoſtes,
Pictaq́ Medi terga fugacis: ille Britannos,
Vltra noti littora ponti, & cæruleos
Scuta *Brigātes dare Romuleis colla catenis
Iuſſit, & ipſum noua Romanæ iura ſecuris
Tremere

*niſi Spondæum aut Anapæſtum.* Rebelles Parthos.) *De Parthis ſub Claudio Mithridatem regem expetentibus, ac de eorum diſſenſione, lege Tacitū in duodecimo.* Qui.) *id eſt, quo ſcilicet neruo.* Vulnere paruo.) *Sagittæ.* Pictaq́; terga.) *propter ſcutū pictum.* Britānos.) *Nam ut inquit Suetonius, à Geſſoriaco, nunc Caleſium uocant, in Britanniam tranſmiſit, ac Cn. Sentij, & Auli Plautij ductu, ſine ullo prælio, aut ſanguine, intra pauciſſimos dies parte inſulæ in deditionem recepta, ſexto quàm profectus erat menſe, Romam rediјt, triumphauitq́; maximo apparatu.* Brigantes.) *Populi ſunt Britanniæ, de quorum diſcordijs meminit Cornelius Tacitus in duodecimo, nunc eam regionem Vualli habitant. Ponit etiam Brigantium oppidum Ptolemæus in deſcriptione Rhetiæ.* Et ipſum noua.) *Hoc dixit propter Orcadas inſulas, quas Claudius imperio Romano primus adiecit, ut teſtatur Euſebius.* Non alius citius.) *Iocus eſt ex ambiguo. Nam cito cognoſcit,*

*Aliâs *Brigantas.*

*Geſſoriacum.*

*Brigantes.*

*Orcades.*

Tremere Oceanum, deflete
uirum,quo non alius
Potuit citius diſcere cauſas,
una tantum
Parte audita,ſæpe & neutra.
quis nunc iudex
Toto lites audiet anno? tibi
iam cedet
Sed relicta, qui dat populo
iura ſilenti,
Cretæa tenens oppida cen-
tum. cædite meſtis
Pectora

*to cognoſcit, q̃ pronunciat non auditis partibus, ita ut Claudius ſolebat.*

*Toto anno.) Ius enim laborioſiſſime dixit, etiam ſuis ſuorumq́; diebus ſolennibus nõnunquã feſtis quoque antiquitus & religioſis. Autor Tranquillus. Qui dat.) Iudex inferorũ Minos, qui quondam Cretæ præfuit. Hunc poſt mortem ob iuſticiam ſuam poëtæ apud inferos ius dicere finxerunt. At Cretenſes, ut quos ciuilitate & moribus erudijt, ad Iouem tanquam præceptorem itaſſe memorant, in Ida monte ſpeluncam oſtendentes, atque illi in nonum annum conſueſſe, necnon didiciſſe, quæ ad Rempublicam inſtituendam utilia forent. Id quod Max. Tyrius his uerbis innuit,* τί δὲ οἱ Κρῆτες; ἤ σοι οὐ δοκοῦσιν ὑπὸ βασιλεῖ τῷ μίνῳ κομηθέντες καλῶς ἀγαθέντες τῆς ἀρετῆς, διδάσκαλον αὐτῷ ἐπιφημίσαι τὸν δία. εἶναι μὲν αὐτόθι ἐν τῇ ἴδῃ ἄντρον Διός. φοιτῶντα δὲ τὸν μίνω δ' ἐννάτου ἔτους συγγινόμενον τῷ διῒ μανθάνειν παρ' αὐτοῦ τὰ πολιτικά. οὗτοι κρητῶν λόγοι. *Meminit huius Homerus Odyſſeæ undecimo.*

*O cauſidici*

Pectora palmis, ó cauſidici uenale genus,
Voſq́ Poëtæ lugete noui, *uos in primis
Qui concuſſo magna paraſtis lucra fritillo.

Delectabatur laudibus ſuis Claudius, & cupiebat diutius ſpectare. Inijcit illi manum Talthybius deorum nuncius, & trahit capite obuoluto, ne quis eum poſſit agnoſcere, per campũ Martium. Et inter Tiberim & uiam rectam deſcendit ad inferos. Anteceſſerat iam com-

*O cauſidici uenale ge.)* De rhetoribus dictum, ὑποτιθεῖσι τὴν χεῖρα τοῖς λήμμασι, καὶ τὴν φωνὴν πιπράσκουσιν, *qui muneribus linguam uenditant. Sic Velleius Paterculus uetuſtiſſimus ſcriptor, quem nos nuperrime ĩ Murbacenſi bibliotheca reperimus, aliquando ſtudioſis impertituri, Plancum proditorem, qui ab Antonio ad Cæſarem transfugerat in omnia & in omnibus uenalem perq̃ eleganter appellat. Concuſſo fritillo.)* Nã, *autore Suetonio, Claudius alea ſtudioſiſſime luſit, de cuius arte librum emiſit. Solitus etiam erat in geſtatorio ludere, ita eſſedo alueoq́; adaptatis, ne luſus confunderetur.*

*Talthybius)* Eſt *Talthybius præco apud Homerum in primo Iliados, quem Agamemnon ad tentoria Achillis miſit:* Ἀλλ' ὅγε Ταλθύβιόν τε, καὶ Εὐρυβάτην προσέειπε, *id eſt, Aſt hic Talthybium affatus fuit Eurybatẽque. Eſt & nuncij nomen apud Euripidem, qui Hecubam*

Als uosq́.

*Velleius paterculus.*

*Plancus.*

*Talthybius*

Al's Nar. li. ad patr.
Al's balneo.
Al's Cele. in quit, Mer.
Al's nos nun cia. dicto ci- tius.

compendiaria uia * Narciſſus libertus, dominus domini, ad patronum excipiendum, & uenienti nitidus, ut erat à *balineo occurrit, & ait, Quid dij ad homines? * Cele rius præcedito, inquit Mercurius, & uenire nos nuncia. * Ille autem patrono plura blandiri uolebat, quē Mercurius iterū feſtinare iuſſit, & uirga morantem impulit. Dicto citius Narciſſus euolat. Omnia procliuia ſunt, facile deſcenditur. Itaq; quis podagricus eſſet momēto temporis peruenit ad ianuam Ditis ubi iacebat Cerberus, uelut ait Horatius, bellua cēticeps, * ſeſe mouens uilloſq; horrendos excutiens, puſillum ſubperturbatē, ut illum uidit canem nigrum. Nam album canem in delitijs habere conſueuerat

Aliâs. belua cēticeps, puſill. ſubper. Albam canem in delitijs habere aſſueuerat, ut illum uidit canem nigrum, uilloſum, ſanè nō quem &c.

*iuſſit filiam ſuam Polyxenam ſepelire.* Narciſſus.) *Ab epiſtolis Claudij ante omnes dilectus.* Dominus domini.) *Scribit enim Cornelius Tacitus, Claudium libertos, quos rei familiari præfecerat, ſibiq; ac legibus adæquaſſe. De immodicis Narciſſi diuitijs & Claudij in eum indulgentia ſic ſcribit Satyricus, Nec Crœſi fortuna unquam, nec Perſica regna, Sufficiēt animo, nec diuitiæ Narciſſi, Indulſit Cæſar cui Claudius omnia.*

Virga.) *Caduceo.* Facile deſcēditur.) *Alludit ad Poëtam. Facilis deſcenſus auerni.* Velut ait Horatius.) *Eſt apud Horatium in Oda, qua arborem alloquitur, cuius caſu penè perierat, ubi inquit, demit tit atras bellua centiceps aures, & intortis capillis Eumeni*

dum recre-

rat, ille autem totus informis eſt, nec quem uelis tibi in tenebris occurrere. Et magna, *inquit uoce, Claudius Cæſar uenit. Ecce extemplo cum plauſu procedunt cantantes. Hic erat Cos. deſig. Iunius Prætorius, Sex.* Trallianus, Heluius, Trogus, *Coriotectus, Valens * Fuſidius, Eq. Ro. quos Narciſſus duci iuſſerat. Medius erat in hac cantantium turba noſter Pantomimus, quem Claudius decoris cauſa minorem fecerat. *Necnon Meſſalinã cito rumor percrebuit Claudiũ ueniſſe. Conuolarant primum omniũ liberti* Myron, Ampyronas, Ampæus, Pheronas,

*dum recreantur angues. Nec quem uelis.) Superſtitioſa ſiquidem antiquitas nigri ſeu deformis occurſum, infelicis ominis loco ponebat. Et tempus nocturnum alioqui per ſe ſubinfauſtum habetur. Hinc illud apud Satyrographũ, Et cui per mediam nolis occurrere noctem. Ab hiſtoricis memoriæ proditũ eſt, quo pacto quidam imperator, quod in uia Maurũ hiſtrionem habuiſſet obuium, mortem ſibi ſit ominatus. Cantãtes.)* οἵ οἱ κεδνότατοι καὶ φίλτατοι ἦσαν ἁπάντων. *Illi q fuerãt chari magis atq; in honore. Hunc uerſiculum ex nono Iliados hic inſulſimus.*

*Trogus) Saufelli Trogi meminit Tacitus. Quos Narciſſus duci iuſſerat.) Hi iuſſu Narciſſi fuerant occiſi. Pantomimus.) Mimus imitatorem ſignificat, Pantomimus eſt qui omnes perſonas effingit repræſentatq;.*

Aliâs Claudius, inquit, ueniet.

Aliâs Trallus.

al's M. Helu.

Aliâs Cottatectus.

Aliâs Fabi⁹

Aliâs Ad.

Aliâs Polybius, Myron Arporas, Ampheus, Pheronact⁹ quos &c.

Mimus.

nas, Poſſides haſta pura inſi-
gnis, Felix cum Pallante fra-
tre, Harpocras, Polybius,
*quos om̃es Claudius Quæ-
ſtorijs, Prætorijſq́; muneri-
bus ubi impertitus eſſet, præ
miſerat. Deinde præfecti duo
Iuſtus Catonius, & Ruffus
Pompeij. F. Deinde amici
†Saturnius Luſcus, & Pedo
Pompeius

*Aliâs Quos Claudius omnes, nec niſi impatus eſſet præmi.*

*A[li]ȧs Saturninus Luci⁹*

*Poſſides.) Libertorum præcipue ſuſpexit Poſidem ſpadonem, quẽ etiam Britannico triũpho inter militares uiros haſta pura donauit ut refert Suetonius. Felix.) Hunc cohortibus & alis prouinciæq; Iudææ*
*præpoſuit trium reginarum maritum. Autor Tranquillus*
*& Tacitus. Apud Felicem Paulus apoſtolus à Iudæis ac-*
*cuſatus, ſe excuſauit, ut Scribit Lucas in actis apoſtolicis,*
*& meminit Euſebius. Cum Pallante fratre.) Hic fuit*
*à rationibus Claudij, quẽ is non ſecus ac Narciſſum: de quo*
*paulo ante, decreto quoq; ſenatus non modo præmijs ingẽ-*
*tibus, ſed & quæſtorijs prætorijſq́; ornamentis ornari li-*
*benter paſſus eſt. Tantum præterea acquirere & rapere,*
*ut quærẽte eo quondam de fiſci exiguitate non abſurde ſit*
*dictũ abundaturũ, ſi à duobus libertis in conſortiũ recipe-*
*retur, ut prodit Suetonius. De his & Plinius meminit*
*ſic ſcribẽs. Multos poſtea cognouimus ſeruitute liberatos,*
*opulẽtiores, pariterq́; tres claudij principatu, Pallantem,*
*Calliſtũ, & Narciſſum. Cornelius Tacitus, ubi de Pallan-*
*te loqtur, Fixũ eſt, inquit, ære publico ſenatuſcõſultũ, quo*
*libertinus ſeſtertij termillies poſſeſſor, antiquæ parſimo-*
*niæ laudibus cumulabatur. Hinc cecinit Iuuenalis. Ego poſ-*
*ſideo plus Pallante & Licinis. De monumento Pallãtis, ad*
*Montanum Plinius Iunior Meminit. Harpocras.) Huic*

*Pallas.*

*[Har]pocras.*

Pompeius,& Lupus,& Celeraſinus cōſulares nouiſſime fratris filia, ſororis filia, generi, ſoceri ſocrus, omnes planè conſanguinei. Et agmine facto, Claudio occurrūt. Quos cum uidiſſet Claudius exclamat*quomodo huc ueniſtis? Tū Pedo Pompeius, Quid dicis homo crudeliſſime? quæris quomodo? quis enim nos alius huc miſit, quàm tu omnium amicorum interfector? In ius eamus, ego tibi hic ſellas oſtendam. Ducit illum ante tribunal Aeaci, is lege Cornelia, quæ de ſicarijs lata eſt, quærebat, poſtulat, nomen eius*recipit, ædit ſubſcriptionem. Occiſos Senatores XXX. Equites Rho.*CCCXV. atq; plures. Cæteros CCXXI.

Exterritus Claudius oculos undecunq; circūfert, ueſtigat aliquem patronum, qui ſe defenderet,

*lectica per urbē uehendi, ſpectaculaq́; publice ædendi ius tribuit.* Polybius) *hic à ſtudijs Claudij ſæpe inter duos conſules ambulabat.*

Polybius.

*Lege Cornelia.) Lege Cornelia de ſicarijs tenetur, inq̄t Martianus iureconſultus, libro Pandectarum quadrageſimo octauo, qui hominem occiderit, cuiusúe dolo malo incēdiū factū erit, quiúe hoīs occidēdi furtiúe faciēdi cauſa cū telo ambulauerit, pœna hui⁹ legis eſt, in inſulam deportatio, & omnium bonorū ademptio, ſed ſolent hodie capite puniri, niſi honeſtiore loco poſiti fuerint, quam ut legis pœnam ſuſtineant, ut habetur eodem titulo. Mire uero hic expreſſit morem priſtinū iudiciorū.*

Lex Corne.

al's recipiat

Al's V.

ſenderet, aduocatum non inuenit. Tandem procedit P. Petronius, uetus conuictor eius homo Claudiana lingua diſertus, & poſtulat aduocationem. Non datur. Accuſat Pedo Pompeius magnis clamoribus. Incipit P. Petronius uelle reſpondere. Aeacus homo iuſtiſſimus, uetat illũ loqui. Altera tantũ parte audita cōdēnat, & ait,

Ingens ſilentiũ factũ eſt. Stupebāt omnes nouitate rei attoniti, negabant hoc unq̃ factũ. Claudio iniquũ magis uidebatur q̃ nouum. De genere pœnæ diu diſputatum eſt, quid illum pati oporteret. Erant qui dicerēt ſi* minus dij* latura feciſſent, Tantalum ſiti periturum, niſi illi ſuccurreretur. Non unq̃ Siſyphum

*Claudiana lingua)* Siue quod Gallus eſſet ſiue quod Balbus, ſiue qđ ſemper egeret Claudij negocio. Iocus eſt ex amphibologia.

*Homo iuſtiſſimus.)* Iuſtum enim par pari referre. ſic ille tractauerat reos. Alioqui iniuſtiſſimum eſt reum nō ſinere loqui.

*Nouitate rei.)* quod uidelicet una tantũ accuſationis parte audita, ſtatim iudicaſſet.

*Quā nouũ.)* Sæpe enim inauditos reos damnauerat.

Aliâs uni. Aliâs laturam.

*Si minus dij latura.)* Legimus di aturam, ut ſit nomen, & pro interuallo pœnarum interpretamur, quaſi dum Tantalus aut Siſyphus à ſuis tormentis feriarentur Claudius interim ſuccedere deberet.

Tantalus.

*Tantalum ſiti.)* Tātalus ſtagno apud inferos labrotenus immerſus, & pomis circum os ex arbore propendentibus, ſiti tamen & fame tor

me tor

Siſyphum onere releuari. Aliquādo Ixionis miſeri rotam †ſufflaminandam. Non placuit† ullis ex ueteranis miſſionem dari, ne uel Claudius unquam ſimile ſperaret. Placuit nouā pœnam† excogitari debere, *inſtituendum illi laborem irritum, & alicuius cupiditatis ſpes ſine fine effectus Tum Aeacus iubet illū alea ludere *percuſſo fritillo. Et iam cœperat fugientes teſſeras ſemper quærere, & nihil ꝓficere. *Iam quoties miſſurus erat reſonante fritillo.

Vtraq; ſubducto fugiebat teſſera fundo.
Cumq; recollectos auderet mittere talos.

Luſu

*me torquetur, nam ſi bibere uelit, refugit aqua, ſi pomum arrripere tentet, arbor ſurſum reſilit Ouidius. Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tantalus. Siſyphum onere) Siſyphi ſaxum illud ingens apud inferos, ubi in montem protruſum fuerit, ſtatim delabitur, iterū inani conatu ſurſū ferendum. De huius & Tantali pœnis lege Homerum undecīo Odyſſeæ circa finem, ubi Vlyſſes refert, quæ apud inferos uiderit. Ixionis miſeri rotā ſufflaminandam.) Ixion apud inferos rotæ alligatus, aſſidue circūfertur. Meminit huius Lucianus in Dialogis deorum. Ex ueteranis miſſionem.) Vtitur metaphora militari. Militibus enim datur miſſio cū citra ignominiam exautorātur. Alea ludere.) Qua uiuens adeo ſtudioſe luſit. C. Cæſar.) Nam Caligula Cæſar, Claudij ex fratre nepos, hunc, ut ſcribit Suetonius, non niſi ad ludibriū reſer*

Aliâs ſufflamandam.

Aliâs Illi ex ueternis.

Al's cōſtitui

Aliâs Excogitandum.

Aliâs ꝑtuſo

Aliâs Nam.

Caligula.

Luſuro ſimilis ſemper, ſemperq́ue petenti,
Decepere fidem, refugit, digitosq́ue per ipſos,
Fallax aſſiduo dilabitur alea furto.
Sic cũ iam ſummi tanguntur culmina montis
Irrita Siſyphio uoluuntur pondera collo. Apparuit ſubito C. Cæſar, & petere illũ in ſeruitutẽ cœpit, pducit teſtes, q illũ uiderant ab illo flagris, ferulis, colaphis uapulantem. Adiudicatur C. Cæſari, illum Aeacus donat. Is Menandro liberto ſuo tradidit, ut à cognitionibus abeſſet.

*uauit quid mirũ igitur ſi à Caio in ſeruitutem poſcatur? Ab illo flagris.) De his qui iuſſu Caligulæ uapularunt, in hunc modũ ſcribit Seneca noſter libro tertio de ira. Modo C. Cæſar Sextũ Papiniũ, cui pater erat conſularis, Bethenum Baſſum quæſtorem ſuũ pro curatoris ſui filium aliosq́; & equites Rhomanos, & ſenatores uno die flagellis cecidit. Cognitionibus.) Cognitiones ſunt cauſarum. ut cum dicimus, Senatus Rhomani cognitionẽ certæ legi non fuiſſe obnoxiã. Ac procul dubio Caium hic notat, ut qui cognoſcendi prouinciam ſæpe libertis ſuis cõmitteret, quo magis à curis liber, altiori ocio frueretur.*

Cognitio.

LVDI L. ANNEI SENECAE DE *morte Claudij Cæſaris, & Scholiorum Beati Rhenani,* FINIS.

BEATVS RHENANVS MARTI-
no Ergerino Seleſtadienſium paro
cho, uiro clariſſimo, S. D. P.

LIBELLVM Syneſij Cyrenen-
ſis de laudibus Caluitij, quem in
Italia Cuno præceptor olim me- *Cuno.*
us ex antigrapho non ſatis caſti-
gato deſcripſerat, uiſum eſt tan
dem utcunq; mutilum & lacerum in publicum
extrudere, ne tam mire lepido opuſculo ſtudio
ſos diutius fraudaremus. Quod quidẽ non aliã
ob cauſam hactenus facere diſtulimus, quàm qđ
ſperabamus aut Græci exẽplaris copiã nobis fie
ri, aut certe exẽplũ alicunde minus mẽdoſum.
Id ſi contigiſſet, uel ipſi uertiſſemus denuo, uel
hãc Phreanam tralationem, quam exſcribentiũ
incuria deprauatã mutilatamq; eſſe planè per-
ſuaſum habemus, recognoſcendo caſtigaſſe-
mus. Is enim Ioannes Phrea quod non ſine pu *Io. Phrea.*
blico Britanniæ, quam nunc Angliam uocant,
honore dixerim, utranq; linguam egregie per-
calluit, bonas literas ſumma cum laude nõ pau
cos annos, idq; in Italia profeſſus. Porrò hoc
Caluicij encomium pauculis ſcholijs à nobis
d 5 expoſitũ,

expoſitum, tibi Martine humaniſſime non ab re dicauimus. Cum enim adeo comatus ſis, ut Myconius uideri poſſis, cui dubium, quin tam præclarum Caluicij patronũ Syneſium cupide ſis arcteq; complexurus. Qui hoc tibi præſtabit, ut uel leuius feras, ſi hactenus uulgi ſecutus opinionem, Caluicium inter mala poſuiſti, uel hoc felicior ſis tuo bono, quo plenius cognoris. Quod ſi minus effecerit, ut te delectet Caluiciũ, certe tanti uiri feſtiuiſſima doctrina, ſimul & doctiſſima feſtiuitate delectaberis. Ad hunc modum luſit philoſophus & idem epiſcopus. Atq; hic demum iocus eſt erudito grauiq; uiro dignus. Nunc ridiculi ſumus, etiã cum ſeria ſcribimus. Faceti non ſumus. Quod ſi quando iocari uolumus, Camelum ſaltare dices, ut eſt in prouerbio. Et aut obſcœna producimus, quod genus ſunt infacetiſſimæ Pogij Facetiæ, aut ſtulta. Bene uale. Baſileæ.

Pridie

Calend. April.

AN. M. D. XV.

ἐκ τῶ

## Ἐκ τῶν Σουΐδα.

Συνέσιος ἐπίσκοπος ἐκ πτολεμαΐδος πενταπόλεως τῆς ἐμ λιβύῃ θηβαΐδος, φιλόσοφος τῶν ἱερατικῶν γενόμενος, ἔγραψε βιβλία διάφορα, γραμματικά τε καὶ φιλόσοφα, καὶ λόγους βασιλικοὺς πανηγυρικοὺς ἢ ἐπιδεικτικούς. ἐγκώμιόμ τε φαλάκρας, καὶ περὶ προνοίας λόγομ θαυμάσιομ, ἑλληνικῷ χαρακτῆρι, καὶ ἄλλα πλεῖστα, καὶ διάφορα βιβλία συνέταξε, καὶ τὰς θαυμαζομένας ἐπιστολάς.

## EX SVIDAE COLLECTANEIS.

Syneſius è Ptolemaide Pentapoli oriūdus, Thebaidos, quæ in Aphrica eſt, epiſcopus, cū iam philoſophus, ſacris eſſet initiatus, ſcripſit uarios libros, cum grammaticos, tum philoſophicos, & orationes ad principes laudatorij ſeu demonſtratiui generis, ac Caluicij encomiū, necnon admirandam de prouidentia orationem, idq́ Græco ſtilo. Præterea multos alios libros compoſuit, ac epiſtolas ingenij & eruditionis plenas.

Ioannes

## IOANNES PHREA ANGLVS N. S. P. D.

SOlent qui in librorum interpretatione, prima ſui ingenij pericula faciunt, eos libros Latino ſermone abſoluere, qui minus in ſe difficultatis habent. Deinde cum die ipſa, tum frequenti exercitatione, ingenij uires, dicendiq́; facultas adaucta fuerit, ad altiora maioraq́; ſe conuertere. Nos uero & ſi nonnullis perſuaſi rationibus, quas nunc conſulto præterire libet, conuerſum ordinem magis ad doctrinam conducere arbitramur: ea tamen modeſtia hanc noſtram defenſamus opinionem, ut neq; mihi ipſi arrogare, neq; quod ſecus alij ſenſerint, id uitio illis dare uelim. Suis enim quiſq; in rebus, quid magis, quidúe minus ſibi conducat, explorator eſt, & iudex optimus. Itaq; mihi in hoc à reliquis diſſentienti, à Syneſio ſummo philoſopho, autoréque grauiſſimo, interpretationis initium auſpicari placuit. Quos autem hic ſcripſit libros, tot ac tantis obſtructi ſunt difficultatibus, ut haud ſciam ſiqua alia apud Græcos extent uolumina, quæ cum his aut ſententiarum perplexitate, aut obſcuritate uerborum auſim conferre. Cuius profecto rei argumentũ eſt nõ mediocre, quod in tanto numero interpre-

tum, quos noſtra, quóue prior ætas uidit, nemo unquam inuentus ſit, quod ſciam, qui huius autoris opus aliquod attigerit. Potius igitur quàm tanta uiri doctrina noſtris hominibus incognita permaneat, faciendum duximus, ut ſaltem eam orationem quam de Caluicij laudibus ſcripſit, noſtro exili ſermone Latinis legendam traderemus. In hoc argumento adeo eſt hic autor copioſus & affluens, ut uel ex hoc unica oratione illum aſſeras & ſummum philoſophum, & oratorem fuiſſe grauiſſimum. Non enim argumentis uulgaribus, nec à ſuperficie rerum ſumptis utitur, ſed confirmationes, cõfutationesq́; firmiſſimas & ab ipſis naturæ uiſceribus eductas, in medium adducit. Hanc uero noſtram lucubratiunculam, qualis qualis eſt, tuo clariſſimo nomini libenter dedicamus. Nam quid æquius eſt, quàm literarum & doctrinæ monumenta illi deferre, qui de literatis hominibus optime meruit? quo meæ incredibilis erga te pietatis, & tuorum item in me innumerabilium meritorum teſtis ſit, & pignus perpetuum. Quē ſi tuo probatiſſimo iudicio probatū iri intellexero, effi cies ut ad reli qua tuo no mine perſequēda ſimus alacriores. Vale.

Beati

# BEATI RHENANI IN CALVIcij encomium Syneſij Cyrenenſis ſcholia.

## SYNESII CYRENENſis de laudibus Caluitij oratio, Io. Phrea Britanno interprete.

DION aurea præditus lingua, librum de comæ laudib⁹ ſcripſit, adeo luculentum, ut neceſſe ſit uirū caluum ob ſermonis dignitatem rubore affici. Cum natura enim conſpirationem fecit eius oratio: quippe naturæ quodam impetu omnes pulchritudinem appetimus, ad pulchritudinem uero coma, quam

Dion Chryſoſtomus.

*Dion.) Dionem hūc cognomento Chryſoſtomum, rhetorem & philoſophum fuiſſe, Suidas teſtatur: q̄ pelle Leonis amictus, ſolitus fuerit in publicum procedere: nimirū ut cunctis maiori uenerationi foret. Per multam autem ætatem Traiano Cæſari familiaris adeo fuit, ut in regio curru cū illo ſimul ueheretur. Scripſit, an mundus ſit corruptibilis, encomium Herculis, pro Platone contra Homerum libros quatuor, de uirtutibus Alexandri libros decem, & hanc orationem de laudibus comæ, quam apud Germanos exulans, ut puto, compoſuit. Nam ſub Domitiano cum philoſophi paſſim Romæ*

quã nobis natura à pueritia fecit domeſticam, nõ mediocriter conducit. Hæc ubi defluere cœpit, cordi diros ict⁹ infert, tunc me grauiora perpeſſum arbitrabar, ꝙ Athenienſes ab Archidamo in ſectione arborum Acarnanũ. Mox uideor eſſe unus inertium Eubœnſium, quos Homeri carmen ait retrocomantes ad Troiam iſſe militatũ. Inter hæc fatis increpitans, ut fautor

*Romæ proſcriberẽtur ad Gethas ſua ſponte ſe contulit, ut Philoſtratus in Sophiſtis autor eſt, ubi licet plantare arbores, quo uictum acquireret, & agros fodere, necnõ balneis & hortis irrigandis aquã hauríre cogeretur, tamen ſtudiorum non fuit oblitus.* φυτεύων δὲ καὶ σκάπτων, καὶ ἐπαντλῶν βαλανείοις, καὶ κήποις, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ὑπὲρ τροφῆς ἐργαζόμενος, τοῦ σπουδάζειν οὐκ ἠμέλει. *Cõmendatur eodem libro multis nominibus à Philoſtrato.* *Ab Archidamo.) Archidamũ ducem Athenienſes grauiter afflixiſſe, uel id oſtendere poteſt, quod Archidamicum bellum in uulgi ſermonem apud ueteres abijt, quoties de crudeli ſæuóq; bello loquerẽtur.* Archidam⁹. *Eubœnſium, quos Homeri carmen.) Hoc uidelicet,* τῷ δ' ἅμ' ἄβαντες ἕποντο θοοὶ ὄπιθεν κομόωντες, *id eſt, Atq; capillato occipiti ſubeunt quoq; Abantes. Eſt apud Homerum in Catalogo nauium. Eubœa autẽ etiam Abantis dicta fuit, uelut indicat Stephanus, Heſiodum allegans.* Eubœa. *Meminit horum Eubœnſium Philoſtratus in Heroicis, ubi ſic inquit de Græcis in Agamẽnone, qui Menelaum quod comatus eſſet, non reprehenderint.* ἐυ

δὲ γῆ

ut fautor quidā Epicuri, aiebam quiſnam locus prouidētiæ relictus eſſet, poſtquā ſingulis hominibus præter dignitatem eueniūt omnia. Et qd ſceleris cōmiſi ego, ut fœminis uiderer tam inſuauis. Quod ſi uicinis dūtaxat mulierculis eſſem contemptui, nihil mihi ſuboriretur moleſtiæ, qui Venerem meā adeo cohibeo, ut ipſo cum Bellerophonte pudicitia auſim contendere. Verum mater & ſorores aiūt comā nōnihil pulchritudinis eſſe. Quod clarum effecit quōdā Paryſatis, quæ

*δὲ γὰρ τοὺς ἀπ' εὐβοίας ἥκοντας ἐτώθαζον, καίτοι γελοίως κομῶντας, id eſt, Neq; enī eos, qui ex Eubœa uenerant, Græci increpabant, quamuis ridicule comatos. Dicit autem Syneſius, Eubœnſem ſe uideri, quod hæc gēs in occipiti tantū comam geſtaret, & qui calui ſunt in poſterio=ri capitis parte non nihil capillorum habeāt, cum ſynciput prorſus ſit nudum.*

Epicurus. *Vt fautor quidam Epicuri.) Epicurus enim negauit dei prouidētia mundū regi. Nam dicere ſolebat, quod beatū atq; immortale eſt, neq; ipſum negocia habet, neq; alij præbet.*

Bellerophō. *Bellerophonte.) Antea Prœti regis uxor, Bellerophontem hoſpitio ſuſceptum, cum Argos relinquere propter occiſum Bellerum coactus eſſet, ad ſtuprum ſollicitauit, is quod caſtus eſſet, ne hoſpiti faceret iniuriā, hoc flagitij cōmittere recuſauit. Hoc ab Homero Iliados ζ. narratur elegantiſſime. De Ioſippo conſimile exemplū in arcanis literis cōtinetur.*

Paryſatis. *Paryſatis.) Paryſatis Cyri filia fuit, & Artaxerxis mater, autore Plut.*

quæ Artaxerxem regē amare deſijt, uiſa ſpecioſa Cyri orma. Verum de calamitate cogitans, rationem contra pugnacem affectionem inſtruxi, qua paulatim cedente melius habere cœpi. Nam aduerſus duos, ne Hercules quidē ſatis uirium habuit, qui Molionidas ex inſidijs irruentes non ſuſtinuit, & niſi Ioleus ſuccurriſſet contra hydram, cui adiumento cancer erat, Hercules ipſe ſuccubuiſſet. Ego cū nō haberem Ioleum, iuſſꝰ ſum Dioni cedere. Poſtꝙ uero ipſe me cū ratione iū go, cogitóqꝫ caluorum optimus es, & uideris eſſe uir fortis, qui calamitates pro nihilo ducas, ſed & in cōuiuio cum defronti

*Aduerſus duos, ne* Hercules.) Mo*lionidæ per inſidias quondā adorti ſunt* Herculem, *qui hominum multitudine territus, fugam arripuit.* Hinc *natū prouerbium,* Μηδ᾽ ἡρακλῆς πρὸς δύο, *id eſt,* Ne Hercules *q̄dem aduerſus duos. Suidas per* Molionidas Cteatō *&* Eurytū *intelligit,* Neptuni *&* Molionæ *filios, quos duos in olympico certamine* Hercules *ꝓſtrauerit.* Cæterū Olympiade, *proxima, cū duobus quibuſdam dimicans, ſuperatus eſt.* Vnde *prouerbium ortum.* Et niſi Ioleus.) Hercules Hydram, *& cancrum quendam immanem, qui è mari exiluerat, ſimul expugnare tētans, planè uictus erat, niſi hunc accurrēs* Iolaus *nepos adiuuiſſet, qui reciſa hydræ capita flāmis exuſſit.* Meminit *huius* Lu*cianus in amoribus,* Διάδοχοι ἔρωτες ἀλλήλων, καὶ πρὶν ἢ λῆξαι τοὺς προτέρους, ἄρχονται δεύτεροι, κάρηνα λερ-

*Molionidæ.*

*Iolaus.*

de frontibus fit inquiſitio, te ipſum quaſi honeſtæ rei indulgẽs manifeſtas, orationẽ ſuſtinui Dionis, inq; Piſa, ut aiunt~~, animum præpar~~aui. Et quẽadmodũ Vlyſſes erga ancillarũ contumeliam permanſit inſtupidus, ita & erga affectiones & Dionẽ, me gerere cõtendam. Itaq; orationẽ Dionis feſtiuam & prolixã, quæ ante oculos ſemper uerſatur, ut ne obliuiſci quidẽ cupiam, recitabo. Poſteaq̃ prima luce

*ναῖα τῆς παλιμφυοῦς ὕδρας πολυπλοκώτερα, μηδ᾽ ἰόλεων βοηθὸν ἔχειν δυνάμενα. πυρὶ γὰρ οὐ σβέννυται πῦρ, id eſt, Sic ſibi inuicem amores ſuccedunt, ut anteq̃ priores deſinant, incipiant alij perinde ac hydræ illius rediuiuæ nodoſa atq; implicita capita, quibus nihil opis Iolaus attulerit. Ignis enim igni nequaq̃ extinguitur. Huius hiſtoriæ Plato quoq; meminit in Euthydemo, ſed ἀλληγορικῶς.*

Animus in Piſa.

*Inq; Piſa.) prouerbio hoc, Animum in Piſa præparare, cõmode licebit uti, quoties in præſenti diſcrimine uel re iamiam aggrediunda, fortem ſumendũ animũ eſſe monebimus. Apud Piſam agones olympici fiebãt, & μονομαχίαι, hoc eſt ſingularia certamĩa. Quod Plutarchus Sympoſiacôn quinto teſtatur.*

Vlyſſes.

*Et quemadmodũ Vlyſſes) Narrat Homerus in uiceſimo Odyſſeæ, q̃ patiẽter Vlyſſes ancillarũ petulantiã tulerit, poſtliminio domũ reuerſus Nã hæ cũ procis luſitabãt, γέλωτα καὶ εὐφροσύνην παρέχουσαι. Sic enim ſeipſum ibi ſolatur, cũ iã animus in ultionẽ ꝓcliuior eſſe. τέτλαθι δὴ κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ᾽ ἔτλης. i. Suffer & hæc, his nã paſſus maiora fuiſti. Poſteaq̃ prima.) Sic incipit Dionis oratio, qua*

ce ſurrexiſſem, & ꝓ more ſalutaſſem deos, reliquũ fuit mihi comæ curandæ operã impendere. Etenim cũ eſſem imbecilliori corpore, aliquãdiu fuit neglecta implicitaq́, ut ouium lanæ, imò magis implicita quo noſtra leuior & ſubtilior. Erat igitur uiſu agreſtis quæ ſine euulſione extricari non potuit. Ita condeſcendi laudes recenſere eorũ, qui comæ indulgẽt. Qui id non faciunt, ignaui dicuntur. Deinde dicit de calamiſtratis, q calamum in coma geſtant, ut cum ocium detur, diſcriminent: quiq́ humi dormiunt, capita ligno fulcientes, ne terram contingant, unde magis nitori capillorum conſulant quàm dulcedini ſomni. Somnus facit tardos & incautos: capilli uidentur eos facere pulchros & terribiles. Lacedæmonij in hac re non fuerunt poſtremi, qui cũ ſoli tercentũ expectarent regẽ Dariũ ad atrox prælĩũ, interea in cõponenda cæſarie occupati erãt. Homerus plurimã diligẽtiã & laudẽ adhibet in hac re, quoties noĩat Græcos, nõ eñ tã ſæpe laudat oculos, & hinc pulchritudinẽ ſumendã heroum, q̃ capillorũ. Etſi Agamemnonẽ laudat nigros oculos habentẽ, hoc tamen

*comam laudauit.*

*Lacedæmonij.)* *Apud Lacedæmonios ſic ſe conſuetudo habet, ut quoties adire periculũ animæ uelint, tunc comam pectant. Autor Herod. in ſeptimo.*

Lacedæmonij.

*Hoc tamen commune.) Nam id crebrum eſt apud Ho.* ἑλίκωπες ἀχαιοί, *hoc eſt, Græci nigris oculis præditi. q̃uis* ἑλίκωψ *ſi ab* ἑλίσσειν *deriuetur, potius*

Ἑλίκωψ.

cõmune cũ cæteris Græcis habet, uerum comam eius ſpecialiter, ſicut à coma omẽs heroas laudat, Achillem Pelidẽ flaua coma præditũ, Menelaum flauũ appellat. Hectoris cæruleam. Et Euphorbi expirãtis Troiani nihil præter comam deflet, dicẽs: Nympharum ſimiles madefiũt ſanguine crines, Cincinni quorum argento nodantur & auro. Vlyſſem honeſtatũ à Palladeait. Huic ferrugineos dedit geſtare capillos. Videtur igitur

potius in eum cõpetat, qui ſubinde huc & illuc oculos mouet, quod aſtuti facere ſolent. A coma omnes (Sic Meleagrum in Catalogo nauium flauũ appellat, θάνε δὲ ξανθὸς μελέαγρος, Obijt flauus Meleager. Achillẽ Pelidem. (Hunc Homerus flaua coma fuiſſe ꝓditũ edocet, ĩ ᾱ Il. cũ inq̃t, στῆ δ' ὄπιθεν, ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε πηλείωνα. Significat aũt Palladem cũ è cœlo deſcendiſſet, Iunonis mota precibus, à tergo Achillis aſtitiſſe, & flauam illius comã manu prehẽdiſſe. Meminit & paulo poſt huius Homerici uerſiculi Syneſius. De Achillis coma ſic Philoſtratus in Heroicis, τὴν μὲν δὴ κόμην, ἀμφιλαφῆ αὐτῷ φησιν εἶναι, καὶ χρυσοῦ ἡδίω καὶ εὐσχήμονα, ὅπῃ καὶ ὅπως κινοίη αὐτὴν ἢ ἄνεμος ἢ αὐτός. i. Cæſariẽ ipſi denſam eſſe aiunt, aſpectuq; iucũdiorẽ q̃ eſt aurũ, ac bellã quãcũq; in partẽ, aut utcũq; uel uẽtus, uel ipſe hãc moueat. Menelaũ flauũ.) Paſſim id apud Home. obuiũ eſt, ξανθὸς μενέλαος. i. flauus Menelaus. Philoſtratus in Heroicis. κομᾶν δὲ τὸν μὲν μενέλεων μειρακιωδῶς φησιν, ἐπεὶ δὲ ἡ σπάρτη ἐκόμα, ξυγγινώσκειν

Meleager.

Achilles

igitˀ Homero uirorū q̄ fœminarum ornatus capillorū decere magis. In laudibus nāq; dearū aliis utitur partibus, auream Venerem, Iunonē bouinis oculis, argenteis pedibꝰ Thetydem, Iouis in primis laudat comā, ambroſiam nominans, Ambroſiamq; ergo ille comā rex uſq; mouebat. At ego his auditis, nō uanus augur præſagiebam, me fore Traſymachū erubeſcere. Verū hæc animi ꝑturbatio parū me

*γινώσκειν αὐτὸν τοὺς ἀχαιοὺς ἐπὶ χωρϊάζοντι, id eſt, Menelaū aūt inſtar adoleſcētis comatū eſſe ferūt, ac quoniā Spartanis tū capillorū uſus erat, ignoſcere Græcos, illi patriæ morē obſeruanti.* Et Euphorbi.) *Homerꝰ Iliados. ρ. quo loco refert Euphorbū Troianū à Menelao fuiſſe interfectū, his carminibus de capillis Euphorbi meminit.* Αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι, πλοχμοί θ' οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκοντο, *quæ ſic uertit interpres. Nympharū ſimiles madefiūt ſanguīe crines, Cincinni, quorū argēto nodātur & auro. Philoſtratus in Heroicis hūc aurea coma præditū fuiſſe refert.* Auream Venerem.) *Sic Homerus Iliados.* ε̄ προσέφη χρυσῆν ἀφροδίτην. *i. allocutus eſt aureā Venerē.* Iunonē bouinis oculis.) βοῶπις πότνια ἥρη, *id eſt, bouinis oculis prædita dea Iuno. Crebrū id eſt apud Homerū.* Argētcis pedibus) Ἀργυρόπεζα θέτις, *Argētipes Thetis. Apud Homerū primo Iliados, & alibi.* Iouis in primis laudat comā.) *Eſt Iliados primo,* Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος.

Me fore Traſymachū erubeſcere.) *Apud Platonē in*

Euphorbus.

Venus.

Iuno.

Thetis.

Thraſymachus.

*prio de Rep. Thraſymachus magis animoſe quàm docte diſputans, iuſticiam malis annũerat, iniuſticiã uero de bonorũ grege eſſe cõtendit, quẽ Socrates tãdẽ ad cõtradictionẽ & ruborẽ ꝑtraxit, id qđ teſtat̃ his uerbis,* ὁ δὴ Θρασύμαχος, ὡμολόγησε μὲν πάντα ταῦτα, οὐχ ὡς ἐγὼ νῦν ῥᾳδίως λέγω, ἀλλ᾽ ἑλκόμενος

me cepit,cũ uideã Dionis orationẽ dicendo qdẽ grauẽ,ſed re ipſa modicã.Quod ſi caluiciẽ inſtituiſſet laudare, maiorẽ utiq; de ſe expectationẽ feciſſet:nã ſi in re tenui eſt copioſus,qualẽ i copioſa cẽſeres? Habẽs enim comã & artem, ſe induxit ut de comæ laudibus diſſereret,forte is eſt q calamũ intextũ habuit comæ,q calamo hãc orationẽ ſcripſit. Cũ ergo ego cauſam habeã præſtantiorẽ, licet artẽ Dionis inferiorẽ,cur nõ accingar in cauſa mea,ut caluos laudẽ, capillatos opprobrio afficiã? Mihi aũt exordiẽti nõ altũ uehemẽsq; ꝓœmiũ placet, quo genere cõtẽtiones oratorũ nõ aliter q̃ triremes telis ipſis muniũt,neq; more canẽtiũ q fauoris gratia emerendi ante legitimũ certamẽ chordas percurrũt.POSTEAQVAM PRIMA LVCE SVRREXISSEM. ut ſupra. Nõ laudat comatos,quos deberet.Grauis oratoris eſt nũc demulcere,nunc uero demulctos obſtupefacere.Ego aũt & ſi in rerũ peritia non ſim poſtremus,dicẽdi tñ artẽ nõ exerceo,ſed plantãdi & feras capiẽdi artẽ mihi præſtitui,ligonibus igit̃ & iaculis ꝓ calamis,triti ſunt digiti, nec eñ à patrio more degeneres erimus. Nec exordiũ

uideor rotũdis uerbis ꝓloq, ſed iuxta patriũ morẽ placet nuda oratiõe uti. Rebus adiutus in prælíũ deſcendã, dũmodo linguæ dũtaxat tonũ à diſputatiõe ĩ uindicationẽ, hoc eſt, à Dorio in Phrygiũ adaptẽ: ad conatus eñ meos abũdãtiori opus eſt ſpũ. Noſtra igit̃ diffinit oratio. Caluũ uirũ minime omniũ erubeſcere oportere. Nẽpe leui exiſtens capite, dẽſam habet ſapiẽtiã, qualẽ Homericũ carmẽ Aeacidẽ fuiſſe cecinit. Hic aũt comã neglexit, qm̃ ipſa mortuũ donauit. Mortuũ eñ quiddã eſt ipſa coma, & uiuẽtibꝰ partibus appẽdet. Itaq; animaliũ quæ magis à rõne elongãtur, uniuerſum corpus crinibus ambitur,

ἑλκόμενος καὶ μόγις, μετὰ ἱδρῶτος θαυμαστοῦ ὅσου, ἅτε καὶ θέρους ὄντος, τότε καὶ εἶδον ἐγὼ πρότερον ἢ οὔπω, θρασύμαχον ἐρυθριῶντα *hoc eſt, Traſymachus quidẽ hæc oĩa ſic habere faſſus eſt, non tã facile, q̃ ego nũc loquor, ſed uix & adactus, nõ ſine mirifico ſudore, perinde ac ſi æſtas fuiſſet. Tũ uidi ego, qđ ante nunq̃, rubore ſuffundi Traſymachũ.* *A Dorio in Phrygium.) Tonus enim Phrygius eſt concitatior,* Phrygius Tonus. *quo Timotheus muſicus Alexandrũ ad arma capeſſenda ſæpe incitauit. Dorius, remiſſior. Quoniam ipſa mortuũ donauit.) Deſcribit Homerus Iliados penultimo, quàm magnifice, quãq; religioſe iuſta Patroclo, duodecim Troianis adoleſcẽtibus mactatis, Achilles exoluerit, rogoq; comam abraſam iniecerit, ſic canens.* Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην, τήν ῥα σπερχειῷ ποταμῷ τρέφε τηλεθόωσαν. Ὀχθήσας δ᾽ ἄρα εἶπεν ἰδὼν

ἐπὶ οἴνοπα πόντον. Σπερχεῖ' ἄλλως σοί γε πατὴρ ἠρήσατο Πηλεὺς, κεῖσέ με νοστήσαντα φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν. Σοί τε κόμην κερέειν, ῥέξειν θ' ἱερὴν ἑκατόμβην. πεντήκοντα, δ' ἔνορχα παρ' αὐτόθι μῆλ' ἱερεύσειν. ἐς πηγάς. ὅθι τοι τέμενος βωμός τε θυήεις. Ὣς ἠρᾶθ' ὁ γέρων σὺ δέ οἱ νόον οὐκ ἐτέλεσσας. Νῦν δ' ἐπεὶ οὐ νέομαί γε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν Πατρόκλῳ ἥρωϊ κόμην ὀπάσαιμι φέρεσθαι. Ὣς εἰπὼν ἐν χερσὶ κόμην ἑτάροιο φίλοιο θῆκεν.

ambitur, in hoīe uero cū ſit uita particeps expreſſioris uitæ plus nudatū ꝙ comatū appa ret. Ne aūt nō eſſet cōmerciū cū alijs mortalibus, paucis in partibus capillis pollet. Quo fit, ut quiſquis paucis partib⁹ comat, is cæteris hominibus præſtet, quanto reliquis animantibus homo. Et ſicut homo inter animantia eſt diuiniſſimum & leuiſſimum, ita beſtiarum omnium ouis ſtolidiſſima. qa paſſim crines corporis habet. Efficitur hinc ut comæ materia aduerſus ſapiētiam gerat bellū. Simul enim eſſe nolūt. Canes ſunt ſagaciores quæ aures uentresq; leues habēt, quibus uero piloſæ, attoniti & temerarij, quas uenationi ſatius eſt abeſſe ꝙ adeſſe

*Quos uerſus Nicolaus Valla ſic elegantiſſime uertit: Sed Aeacides ſumo de uertice crines, Quos toties Sperchie tuis madefecerat undis, Flauentes ſecat ante pyrā, tū lumina torquēs, Aequora ꝑſpexit, querulisq; ita uocibus, inqt:*

*Sperchicos alios crines tibi numine Peleus, Sacrarat, reditū ad patriā, ſi fata dediſſent Impia felicē, quin*

*& ſacras*

adeſſe. Plato ex bijugis illis equis quos anima impellit, illum fallacem uocat equum, qui ob piloſas aures ſurditatem contraxit, & id neceſſe eſt, ſicut illum futurum cæcū, qui parte qua cernimus, pilis abundat. Natura non tolerat, ut rebus infamib⁹ coexiſtāt res precioſiſſimæ. precioſi autem ſunt ſenſus, & hæ partes quibus animal eſt animal. uiſus autē inter hæc eſt diuiniſſimum quid & leuiſſimum. Quæ igitur in homine ſunt leuiſſima, illa honoratiſſima. Et ita in toto genere hominum, quæ ſunt optima, neceſſarium eſt eſſe caluiſſima. Nā paulo ante oſtenſum eſt, hominē eſſe cæteris animātibus præſtantiorē, quanto pilorū

*cras Hecatōbes. Es quinquaginta ad fontem mactare bidentes. Hic ubi tēpla tibi, & diuina altaria fumant, Pollicitus, miſeri nō exaudita parentis Vota, ſed aduerſa dānamur ſorte. Patroclus Hos ſecum crines habeat ſeruetq; ſepulchro. Sic fatus chariq; manus obnubit amici, Cæſariem imponens laceram.*

*Plato ex bijugis.) Plato de equis deorū & aurigis multa locutus, quos ſemper eſſe bonos ait, de bijugis cæterarū animarum equis, ſic tandem meminit in Phædro,* ὁ μὲν τοίνυν αὐτοῖν ἐν τῇ καλλίονι στάσει ὤν, τό τε εἶδος ὀρθὸς καὶ διηρθρωμένος, ὑψαύχην, ἐπίγρυπος, λευκὸς ἰδεῖν, μελανόμματος, τιμῆς ἐραστὴς μετὰ σωφροσύνης τε καὶ αἰδοῦς, καὶ ἀληθινῆς δόξης ἑταῖρος, ἄπληκτος, κελεύσματι μόνον καὶ λόγῳ ἡνιοχεῖται. ὁ δ᾽ αὖ σκολιὸς, πο

Plato de bijugis equis.

to pilorū habet minus. Cum ergo homo ſit omnium ſanctiſſimū, ergo homo qui facto comam amiſit, caluum dico, erit diuiniſſimum. Vnde uides depictos illos Diogenes, Socrates, Platones, & ex ſeculo ſapientes caluos uideli cet. Nolo noſtrum ſermonē deſpiciat Apolloni⁹ Tyanæus qui comatus fuit, aut alius

λυ̂ς, εἰκῆ συμπεφορημένος, κρατεραύχην, βραχυτράχηλος σιμοπρόσωπος, μελάγχρως, γλαυκόμματος, ὕφαιμος, ὕβρεως καὶ ἀλαζονείας ἑταῖρος, περὶ ὦτα λάσιος, κωφὸς, μάστιγι μετὰ κέντρων μόγις ὑπείκων, *hoc eſt, Igitur ex his duobus equis melior, cum forma rectiori, tum membrorū diſpoſitione perquàm inſignis, erecta ceruice, naribus ſubaquilinis, albo colore, nigricantibus oculis: honoris amans cū temperantia & uerecundia, rectarum inſuper opinionum ſtudioſus, nequaquam ſtimulorum egens, in hortatione ſolum & ratione gubernatur. At alter obliquus, uarius, temere, nullaq; membrorum proportione coagmentatus, præfracta ceruice, collo perbreui, ſima facie, colore nigro, cæſijs oculis, ſanguinolentus, cōtumeliarū & faſtus amās, ſecundū aures hirſutus, ac ſurdus, flagello uix & ſtimulis obedit.* Apollonius

llonius.

*Tyanæus) Apolloniū fuiſſe comatū refert his uerbis Philoſtratus in primo,* καὶ λίνου ἐσθῆτα ἐμπίσχεται, παραιτησάμενος τὴν ἀπὸ τῶν ζώων. ἀνῆκέ τε τὴν κόμην, *id eſt, E lino ueſtem induitur, cum ex animalium uellere textam reſpuiſſet, cæſariēq; promiſit. Hūc autē merito præſtigiatoribus annumerat Syneſius, quē cū diuus Hieronymus, tum*

alius præſtigiator. niſi enim hoc genus comatū eſſet, non facile poſſet uulgus decipere. Ars autem magica neq; ſapientia eſt, ſed prodigiorum operatio: neq; ſciētia, ſed uis quædam & poteſtas nominãda eſt. Legiſlatores enim putant ſapientiam eſſe honoratiſſimam, & aduerſus ueneficos, carnifices enutriunt. Conuerſim igitur dicatur, ſi ſapiens aliquis, idē & caluus. Et ſi non caluus, neq; ſapiēs. Pari modo res deorum ſic ſe habent. Nam qui in Dionyſij choro qui eius Orgia celebrant

*tū Lucianus in Philopſeude, magnum fuiſſe ſcribunt. Cuius autoritatem ſuis fabulamētis ſanctiorem reddiderūt Damis Aſſyrius, Maximus Aegienſis, Mœragenes, & Philoſtratus, hiſtorici mendaciſſimi. Hinc Imp. Cæſ. Alexāder Māmeæ filius, hunc ꝓ deo ueneratus eſt, quē in larario ſuo, Chriſto Abrahæq; proxime coniunxerat. Et Hierocles Chriſtianæ religioni tum naſcenti inimicus, Philalethem aduerſus Chriſtianos ſcripſit, quo libro nihil aliud agit, quàm ut Apollonium ex Philoſtrati hiſtoria, Chriſto parem faciat. Cæterum Euſebius Cæſarienſis huius nugas, breui quidē libello, ſed acuto, perquàm argute retudit, docens hunc inſtar aſini, leonis pelle, quod aiunt, tecti, non philoſophū, ſed magum ac ueneficum fuiſſe, & miracula nō niſi* διὰ δαιμονικῆς ὑπουργίας, *hoc eſt, miniſterio dæmonū perpetrantē, uelut ſcurrā & circulatorē ciuitates oberraſſe. Niſi enī hoc genus comatū.) Lucianus nullo non loco philoſophorū barbas, ac ꝓmiſſam cæſariem inceſſit,*

Alexãder Imp.

Hierocles.

Euſebius.

Lucianus.

brant cuncti ſunt extraria coma criniti. Nebri maxime Bacchici ſunt, qui ex piceis habent comas. In tanta autē cōcitatione quaſi ebriorum, Silenus caluus tenet gubernacula.

*inceſſit, ut qbus imponere uulgo ſint ſoliti.* Nebri Panes. *Nebri.) Nebri Panes ſunt iuniores. Nam* νεβρὸς *hinnulum Græce ſignificat. Talis autē, Panū ſpecies narratur. Philoſtratus in Iconibus,* καὶ πᾶνας αὐτῷ ξυμπλεῖν ἀκούοντες ἐν εἴδει τράγων, *id eſt, Ac Panes ſimul cum Baccho nauigare audiētes in ſpecie hircorū.* Pan uniuerſi ſymbolū. *Porrò Phurnutus, Pana uniuerſi ſymbolū eſſe uult, parte quidē inferiori hirſutum ac hirco ſimilem, propter terræ aſperitatem, ſuperiori uero parte, humana figura præditum, quod ignis principalior mūdi pars ſit. Eius uerba ſunt hæc:* τοιοῦτον εἶναι καὶ τὸν πᾶνα, ἐπειδὴ ὁ τοῦ παντὸς ὁ αὐτός ἐστι. καὶ τὰ μὲν κάτω λάσια καὶ τραγώδη διὰ τὴν τῆς γῆς τραχύτητα ἔχειν, τὰ δ' ἄνω ἀνθρωπόμορφα, διὰ τὸ τὸν αἰθέρα τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι τοῦ κόσμου. Picea. *Ex piceis.) Picea, ceu Theophraſtus ſcribit, conifera arbor eſt, folijs tenuioribus quàm pinus,* πεύκη. *magnitudine quoque minor. Græcis* πεύκη *dicitur, ex hac Panes ſatyriq; corollas factitabant. Ouidius primo Faſtorum: Pars tibi qui pinu tempora nexa geris. Refert Phurnutus ob id pineo ſerto Pana deū ornari, quod hæc arbor quid montanū, ac ſylueſtre magnificumq; habeat.* καὶ τὸ τῆς πίτυος στέμμα ἐπηκολούθησεν ὄρειόν τι Silenus. καὶ μογαλοπρεπὲς ἔχοντος τοῦ φυτοῦ. *Silenus.) Silenum Diodorus in quinto, ſcribit Bacchi fuiſſe pædagogū ac nutritorem, ſtudiorumq; formatorē, qui huic plurimū ad uirtutem*

nacula. Quod non ſine Iouis cura factum, ut caluus ſapientia, & modeſtia præditus, Baccho adiungeretur, quod is naturæ impetu aliquando guſtu uini inſaniat, ne ad extremam inſaniam labens, Ioui patri reconciliari non poſſit. Socrates cum in cæteris eſſet ingenio modeſto, & ad ſe laudandum omnium parciſſimus, non potuit tamen non gloriari, q̃d Sileno eſſet ſimilis. Nempe caput eſt ſapientiæ receptaculũ. Hæc comparatio inſipientes latuit. Iuuenes decet coma, in quibus nõdum flos ſapientiæ adeſt. Cum autem in ſenectute ſapimus & intelligimus, quid in demẽte coma gloriaris. Si autem quis ſenex nutrit comam, ſcias quoſdam ſenes in quibus mens deſideretur. Res igitur ſic habet, ut non ſimul permaneant coma & mens, ſed tanq̃ lux & tenebræ mutuo concedant. Cauſam igitur horũ in medium afferemus.

*ad uirtutem & gloriam, resq́; bellicas ꝓfuerit. Hic à Philoſtrato in Iconibus* ναρθηκοφόρος γέρων *dicitur, id eſt, ſenex thyrſum gerẽs. Pauſanias Græcus autor, Silenos eſſe ſcribit ſatyros ſeniores. De his & apud Athenæum.*

*Sileno eſſet ſimil.) Alcibiades apud Platonẽ in Sympoſio Socratem laudaturus, Silenis eũ aſſimilẽ eſſe dicit, his uerbis,* φημὶ γὰρ δὴ ὁμοιότατον αὐτὸν εἶναι τοῖς σειληνοῖς τούτοις τοῖς ἐν τοῖς ἑρμογλυφείοις καθημένοις. οὕς τινας ἐργάζονται οἱ δημιουργοὶ σύριγγας ἢ αὐλοὺς ἔχοντας οἱ διχάδε διοιχθέντες φαίνοντ

*νουντῃ ἔνδοθεν ἀγάλματα ἔχοντες θεῶν, id eſt, Socratem igitur dico ſimillimũ Silenis iſtis, in officinis ſculptorũ ſedentibus, quos ſic ſculpunt opifices, ut fiſtulas uel tibias geſtent, quod ſi hos quis aperiat, deorũ imagines intus claudere uidentur. Indicare uoluit Alcibiades Socratem longe alium eſſe hominẽ, quàm præ ſe ferret. De Silenis Alcibiadis multa leges in Chiliadib⁹ Eraſmi.*

*Ad hæc Eleuſis celeb. Anacaly.) Dicit Syneſius ob id Eleuſin anacalypteria Cereris ſacra celebrare, quod ſegetes tum nudari purgariq́; incipiant. Eſt ἀνακαλύπτω deuelo.*

afferemus. Materia eſt omnium infima & uarietatis capax. Materia quidẽ in imperfectis uincit, cadit uero in excellentibus. Conſidera arbores, quarum finis eſt fructum producere. Ante quidẽ quam tam pompã pulchritudinis oſtentat? culmos, folium, ariſtas, folliculos: fructu autem completo hæc omnia præuia materiæ præludia areſcũt defluuntq́ue: quippe quod perfectum eſt, uenuſtate non indiget: tunc autẽ perfectum eſt, quando in eo eſt ſpecies alterius ſeminis. Ad hæc Eleuſis celebrat anacalypteria Cereris. Mens autem cum ſit diuiniſſimum ſeminũ, quæ deorſum ueniunt, & caput inhabitet, cuius fructus eſt intellectus materialis, lætificat caput comæ pulchritudo quaſi ariſtis quibuſdam aut floſculis. Et ſicut ante defluxum foliorũ, fructus non perficitur, ſic intellectus in capite, donec uanno quadam cribrata

ſint

ſint ſuperflua. Cum uideris caput caluū, conijce illic fructus maturitatem abſolutam eſſe, tabernaculū caput conſtituiſſe, tēplumq́ dei id caput eſſe. Recte igitur Cereris feſta Epibateria à ſapientibus dici uoluerunt, propter mentis aſcenſum, quæ ab imperitis Anacalypteria à capitis detectiōe uocari putabantur. Nam qui caluus eſſe cœpit, is initiatus eſt, & apparentis dei ſacra edoctus. Et ſicut poma Punica & iuglandes malæ ſunt, quæ ſuis thecis immoriuntur: ſic capita mala, quæ illius diuini fructus ſunt expertia, & multitudine rei mortuæ circunſepta.

*lo. Hinc Græci* ἀνακαλυπτήρια *uocāt munera, quæ ſpōſæ dantur, cum primū deuelatur, ut hanc maritus uideat. Autor Suidas. Cum uideris caput caluum.) Sic & canicies ſapientem indicare ſolet, ut pallor philoſophum. Hinc Gregorius Nazianzenus in oratiōe cōtra Maximum Cynicum.* οὐδὲ σὺ σφριγῶν μοι καὶ σαρκοτροφῶν ἡδὺ θέαμα, εἴθε τι καὶ πολιᾶς ἐπήνθει σοι καὶ ὠχρότητος ἵνα πιστευθῇς γοῦν εἶναι συνετὸς καὶ φιλόσοφος, *id eſt, Neque tu mihi iucundus es aſpectu, quod aqualiculum extendas, cutemq́; belle cures, utinam tibi caniciei pallorisq́; nōnihil ineſſet, ac afflorceret, ut ſaltem ſapiēs & philoſophus eſſet credereris. Epibateria.)* ἐπιβατήριον *latine aſcenſorium interpretari poſſumus.* ἐπιβατήρια, *Græci machinas, ſcalas, ſeu ligneas turres appllant, quibus in urbiū expugnatiōe muri cōſcendūtur. autor eſt Suidas.*

ἀνακαλυπτήρια.

Canicies.

ἐπιβατήριον.

*Sacerdotes*

pta. Sacerdotes Aegyptij nẽ quidem in palbebris crines habere conſueuerunt, quod &ſi uiſu ridiculi erant, quidam tamen altum ſapiebãt. Prouerbio enim dicitur: Exuberare ſapientia Aegyptios, nempe æternis rebus cũ perituris, minime oportere eſſe cõmercium. Qui caluus eſt, cum deo naturalem quandã neceſſitudinẽ habet, Si deus caluus ſit, neſcimus. Proxima autem deo, ſunt ſphæræ quæ perfectæ ſunt, & hæ caluæ, ſimiliter ſtellæ. Deũ igitur tertium, qui eſt anima mundi, mẽs noſtra imitari deſiderat. Ipſam autem animã ſuus pater per mũdum ſenſibilem infundit, cuius exiſtens opifex ex cunctis eũ ſeminibus, cunctiſq; perfectũ corporibus, integrum effecit, tradiditq; ei figuram, omnium figurarum capaciſſimam. Rurſum ſtellæ, deorſum capita ſunt, quæ eſſent animorum domicilia.

Anima mundi aſtrum ſortita

*Sacerdotes Aegyptij.) Teſtatur Herodotus, Aegyptios omne corpus eradere, ne quid eis inter deorum cultum, aut pediculi, aut alterius ſordis creetur.*

*Exuberare ſapiẽtia Aegytios.) Hoc ꝓuerbium torſit Syneſius. σοφία enim nõ tam ſapientiã ꝙ aſtutiã interdũ ſignificat. Quo noĩe male audiunt Aegyptij, uelut impoſtores & fallaces. Vnde ἀιγυπτιάζειν uerbum deductum eſt, quod in eos competit, qui fallere cõſueuerunt.* σοφία. αἰγυπτιάζειν.

*Anima mũdi.) Videtur hic Syneſius de anima mundi & aſtrorũ, Platonis opinionem ſequi, quam nõ modo gnauiter redarguit*

tita eſt, anima hominis caluicium pro ſua dignitate. Nobis apparet cœlum eſſe caluiciũ. Et quas laudes quis pro ſphæra, eaſdem & pro caluicio afferat. Etſi affingat Homerus & Phidias comam Ioui, ut quo totum olympũ cõcutiat habeat aliquid, qualis tamen Iupiter in cœlo ſit cernimus. An extra illum ſit corporeus Iupiter nec ne, non ſatis mihi cõſtat. Si ſit alter, poſterior erit ille quẽ cernimus: tamen poëſis & pictura maxime

*guit Ariſtoteles, ſed & Chriſtiani penitus exploſerunt.* In*quit enim* Io. Da*maſcenus* Μηδεὶς δὲ ἐμψυχομένους τοὺς οὐρανοὺς, ἢ τοὺς φωστῆρας ὑπολαμβανέτω ἄψυχοι γάρ εἰσὶ καὶ ἀναίσθητοι. *Nemo, inquit, cœlos animatos eẽ credat aut aſtra, nam cum anima, tum ſenſu uacãt.* Vt quo *totum olympũ cõ.*) *Alluſit ad id, quod eſt apud* Homerum Iliados primo. Μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον, *id eſt,* Magnũ *concuſſit olympum.* Tamen *poëſis & pictura.*) Simonides *non minus ſcite, quàm uere dixiſſe proditur, poëſim nihil aliud eſſe* Poëſis: Pictura:
*ꝙ picturam loquentem neq; picturam aliud quàm poëſim tacitam.* Quemadmodum *enim pictores non niſi imaginibus ac colorum uarietate res ueras repræſentant, ſic poëtæ fabulis ac uerborum lenocinio philoſophiæ dogmata efferunt.* Hinc *tot poëtarum allegoriæ, hinc illa figmenta te ctiſſima, hinc tot ænigmata.* Nam *quod hoc loco* Syneſius *poëſim à ueritate ſcribit abhorrere, uelut anxie, quæq; ad ſuum propoſitum torquenti concedamus, ſi eatenus id intelligat, ut ſe prima fronte, nondũ excuſſa demõſtrat.* Alio

xime à ueritate abhorrēt, pulareſq́ ſunt admodum, & quod faciunt, oſtentationis gratia fit, nō ueritatis. Imperiti exiſtimant comam eſſe honorificam, externaq́ omnia admiratur uulgus. Quæ habent extrarios capillos, ſicut extraria ſunt bona. Loco mētis natura gubernat capillos, etiam ipſa fortuna. Naturæ igitur fortunæq́ munera ab imperitis beatitudinem afferre creduntur. Qui ad populum ſcribit uel loquitur, neceſſe eſt illum in opinione popularium eſſe, & ea fingere, & de

*quin quis neget poëticen à philoſophia non alio diſcrimine ſeparari, niſi quod hæc quidem recentior eſt, illa uetuſtior hæc apertior, illa magis tecta. hæc ſoluto ſtilo tradita, illa nūeris aſtricto. Quod Maxim⁹ Tyrius Platonicus quodam loco non tam elegāter, quàm uere ſcribit cuius uerba quod is autor neuti* ꝙ *uulgatus eſt, hic libuit adnotare.* καὶ γὰρ ποιητικὴ τί ἄλλο ἢ φιλοσοφία τῷ μὲν χρόνῳ παλαιά, τῇ δὲ ἁρμονίᾳ ἔμμετρα. τῇ δὲ γνώμῃ μυθολογική. καὶ φιλοσοφία τί ἄλλο ἢ ποιητικὴ τῷ μὲν χρόνῳ νεότερα, τῇ δὲ γνώμῃ σαφέστερα. δύο τοίνυν πραγμάτων χρόνῳ μόνον καὶ σχήματι ἀλλήλοις διαφερομένων πῶς ἄν τις διαιτήσῃ διαφοράν. *Etenim poëtica, inquit, quid aliud fuerit, quàm philoſophia, quæ quidem tempore ſit antiqua, harmonia uero metrica, ſententijsq́; fabuloſa? Et philoſophia, quid aliud* ꝙ *poëtica, tempore quidem recentior, at clarior ſententijs? Has igitur duas res, tempore dūtaxat, ac forma differentes, quis inter ſe pugnare definiat*

*Poëticæ finitio.*

& de his diſſerere quæ populo ſunt grata. Rudes & indocti ſolent abſurdarum opinionum eſſe fautores. Vnde fit ut ſi quis præter conſuetudinem aliquid patriæ induxerit, neceſſe ſit ut uenenum bibat. Quas putas Græci de Homero pœnas ſumpſiſſent ſi uera de Ioue fuiſſet locutus? Aegyptij & præcipue ſapientes & prophetæ, deorũ imagines nõ mechanicis tradunt faciendas, ſed quæ accipitrum ibidumq́ roſtris excidunt, in ueſtibulis populum deludunt. Ipſi uero adyta ſubeũtes, ſacra abſcondũt, agũtq́ feſta in deorum arculis, quæ clauſas tenent, ut fertur, ſphæras, quæ ſi populus uideret, ſæuiret in illos, Aeſculapium aut ſolum oſtẽdunt, & hunc caluum, q̃uis Græci comatũ in Epidauro habuerint, quibus ueritatis, inquiſitio fuit neglecta. Aegyptij artem incantationis erga deos ſuos tenent, & Aegyptie loquuntur per quædã pondera. Si aũt dixeris quod eſt ſtella comata

*niat. Hactenus Tyrij uerba reddidim⁹ Faceſſant igitur qui poëticen ut ieiunam & inanibus tantum fabulis refertam calumniantur, cũ hæc etiam ad ſacros autores intelligẽdos ſit perneceſſaria. Neceſſe eſt ut uenenũ bibat.) Alludit ad Sacratem qui cicutam bibere coactus fuit, cum ab Anyto & Melyto fuiſſet accuſatus, quod de dijs Athenienſiũ parum bene ſentiret.*

*Stella comata.) Cometam putat, is ex uapore ſicco coaleſcit, cum in ſublime tractus, accenſusq́; fuerit. ut Ariſtoteles*

*Socrates.*

*Cometa.*

f 2

*ſtoteles in Meteorologicis autor eſt.*

Cometes *Quam mala portēdit.) Cometes malorum nuncius eſt, peſtis uidelicet, belli, cædis principum, quod eadem ſit horum & cometæ cauſa, uaporum, inquã, abundantia, groſſiciesq;. Neque enim Cometes quicquam poſſet, niſi cœlum ipſum ex enormi uaporũ inflammatiõe ſic uel ſic nos afficeret. Accepimus proços.) Hinc odyſſeæ. χ. De*

comata, nõ uera ſtella eſt, ſed falſo ſic appellata, nec ultra quatuor dies manet, paulatim deſinit. Vide quàm res mala ſit coma, quæ etiã aſtro, ſi ſit, mortalitatẽ affert, quàm mala portendit, quæ hic omitto. Bonam ſtellam nunquam legimus paſſam interitũ. Cũ ergo omĩa corpora cœleſtia beata ſint, & figura ſphærica, exoptarem & me & omnes amicos eo bono præditum, ut ſimiles & inſtar deorũ uideremur. Quæ deo uero ſunt ſimilia, ea pulchra ac ſpecioſa appellemus. At dices, indignum eſt ut caluicium diuinis honeſtemus nominibus, quod cum cœleſtibus nullam habeat conuenientiam. At blandiri uolentes caluis, dicimus eos quaſdam lunulas. Nec ſcio quid dignius peculiariusq; dici poſſit. Eſt eñ bicornis, deinde ſectilis, deinde dimidiato maior, deinde plenilunia. Sic ij qui calui, iã plenilunij facti ſunt, immò ſoles, quia nõ reuertunt̃ ad alias diminutiones, ſed pleno ſp orbe manentes, alias in cœlo ſtellas illuſtrant. Accepimus procos Vlyſſis

χ. *De Melanthio proco ſic Homerus,* Τώ δ' ἄρ' ἐπαΐξαν θ' ἑλέτην ἔρυσαν τέ μιν εἴσω κουρίξ, *id eſt. Crinibus hunc inſurgentes capiuntq; tenentq;. Eodē libro narrat Homerus quo pacto procos & famulas Vlyſſes interfecerit, à Minerua quidem adiutus.*

Non

Vlyſſis comatos omnes ſupra cētum ab eo interfectos, ipſe ſolus caluus exiſtens.

Caluicium igitur nimirum res eſt diuina, nā in ſe habet lumē, & alijs lucet. Huius autem ſplēdoris cauſa, caluicies & læuitas eſt. Quo tēpore ad melius itur, eodē tempore ad deteriora diſceditur.

Vita & lux optimæ cōmunionis ſunt, morti & tenebris cōtraria. Et ſi ſplendor, nuditatem habet & decet, tenebras proculdubio comam decere neceſſe eſt. Sed dicis comam naturale eſſe umbraculum, quale cuius laudes Archilochus poēta in meretricis corpore deſcribit, Coma qdē ceruicē hūerosq; adumbrabat. Vmbra uero nihil aliud eſt q̄ tenebræ.

Nox eſt umbra maxima obſtruēs mediāte terra ſolis radios. Syluæ qm̄ opacæ ſunt, licet amœnæ, lucis interdiu egēt. Lux cū ſit peculiū dijs & diuinū eſt, & dijs ſuperis deferim⁹. Vnde cū ad nouaculā ſe multi cōferant, ſanitatis gratia, quæ rerum bonarum eſt optima, tanq̄ ſimul ac calui à morbo ſint liberi, à pituita, à ſurditate, lippitudine, & reliquis morbis, qui à capite eueniunt, digna profecto res erit caluicies comæ carētia.

*Argumentū à ſanitate.*

A capite tanq̃ ab arce depen dent funes morborũ uſq; ad reliquum corpus. Si quis iam non habet comam, iam ualitudinis participes, etiam diui ni numinis Aeſculapij calui Aegyptiaci exemplũ habet.

Qui ſanitatem habere uelit, medicinæ inuẽtorẽ imitetur. Craneum ſoli expoſitum & tẽpeſtati, breui pro oſſeo fit ferreũ, proinde omni mor bo inacceſſum. Sicut haſtæ montanæ præſtantiores palu ſtribus, ſic caput lẽue ad piloſum exiſtima. Nõ ſine cau Chiron haſtam Achillis excidit in Pelio monte, non in alio loco inferiori. Piloſum ca put eſt de genere paluſtrium nutritur enim in umbra, ideo imbelle. Circa Arabiam uerſus Aegyptum conſertis manibus à Cambyſe & Pſammenito

Pelias.

*Non ſine cauſa Chiron.) Meminit haſtæ Achillis, quæ* πηλιὰς *dicta fuit, Homer⁹ Iliados.* Π.

Ἀλλά μιν οἶος ἐπίσατο πῆλαι ἀχιλλεὺς Πηλιάδα μελίην τὴν πατρὶ φίλῳ πόρε χείρων Πηλίου ἐκ κορυφῆς, φόνον ἔμμεναι ἡρώεσσιν, *id eſt, Sed ſol⁹ iacere hãc callebat Achilles Peliada ex orno, hanc patri donarat amico Chiron, exciſam ſummo de uertice Peli. Qua multos foret Heroas miſſurus in orcum.*

Pelion.

*Eſt autem Pelion mons Theſſaliæ, Cuius meminit Ouidius in quinto faſtorum. Pelion Aemoniæ mons eſt, obuerſus in auſtros, Summa uirent pinu, cætera quercus habet, Hunc Chiron incoluit. Cambyſe & Pſammenito.) Narrat Herodotus libro tertio, quod cũ*

apud

menito confecta ſtrage, nullum aliud ſignum pro delectione cadauerum habuerūt q̃ ut quiſq; cecidit in acie, ita ſepeliretur, deprehēſumq́; ex capite qualis quiſque fuiſſet. Medorū capita imbellia, tenuia, quæ lapilli iactu penetrares. Aegyptiorum & Aethiopum dura capita, ut ne graui lapide rumperes. Cauſa fuit. Medi geſtamina capitis habent ſpiſſa, Aegyptiorū in ardore ſolis educata. At ſi non credis, audi. ſi Scythæ alapam incuſſeris fortem, moritur mox

*apud Nili oſtium, quod dicitur Peluſium, haberet caſtra Pſammenitus Amaſis filius, Cambyſem regem Perſarum expectans, haud ita longe poſt acri commiſſo prælio, perquam multis utrinq; cadentibus, in fugam Aegyptios fuiſſe uerſos, ubi rem mirandam ſe uidiſſe ait ab indigenis edoctum. Oſſa enim eorum qui in acie ceciderāt, cū iacerēt fuſa, ut ab initio diſtincta fuerāt ſeorſum erāt Perſarū, ſeorſum Aegyptiorū. Sed Perſarū capita adeo fragilia ſunt ut ſi uelis ferire uel ſolo calculo perforare poſſis. Aegyptiorum autem ita firma, ut ea uix ictu lapidis elidas. Cuius rei cauſam, inquit Herodotus, hanc illi reddebant, mihi facile perſuadentes, quod Aegyptij ſtatim à pueris radere capita incipiunt, & ſic os capitis ad ſolem redditur compactum, quæ eadē cauſa eſt non caluefcēdi. Nam ex omnibus hominibus pauciſſimos quis Aegyptios caluos uideat. cuius rei hoc cauſæ eſt, quod robuſta capita geſtant. At Perſis cur fragilia ſint capita, id in cauſa eſt, quod à principijs imbuuntur operire capita*

*Pſammenitus.*

*Aegyptij.*

mox. Narrat de ludo, q̃ Hieromenia dicebat̃, ubi q̃dã nudato caluoq́; capite arieti cornuto caput exponit: nã ſæpe in die ad tõſtrinã ſe recipit, & ſeruẽti pici exponit. Deficerẽt Megarẽſes amphoræ alliſæ tã generoſo capiti, cui urceorũ teſtæ quãdoq́; adhærẽt. Hoc optabat Pindarus, ut noſtra re familiari contenti, ſederemus in theatro uidere audireq́; illa quæ aguntur. Quod ſi abeſſet largitio theatri, tamen optat ſe non incidere in extremum malorum omniũ famem. Nam ij coguntur hiſtrionicã ducere uitam, in pulpito ſe nudare, & populo præbere ſe ſpectaculum. Dion decere arbitratus uiros comã pluſq́;

*geſtantes pilea tiarasq́; ex Herodoto.*

*Narrat de ludo) Dion in Caluicij opprobriũ retulit quẽdam fuiſſe caluũ q̃ nudo capite cornuti arietis ictus exciperet, uolens hoc exemplo demonſtrare caluiciem eſſe calamitoſam, ac planè ridiculam. Quin dementis eſſe uidetur, caput hoĩs partem longe nobiliſſimam beluæ procaciter cõtundẽdam præbere.*

*Hoc optabat Pinda.) Diluit obiectionẽ Dionis, affirmãs iuxta Pindari ſentẽtiã, ad hoc famẽ impellere nõnullos, ut agãt quæ hiſtrionũ ſunt, ſuæ dignitatis obliti. Quãuis igitur ridiculũ ſe præbuerit iſte nimirũ fame coactus, nihilominus honeſtiſſima res erit caluicies, cũ id qđ ab uno peccatũ eſt, toti multitudini uitio uertendũ nõ ſit. Nẽpe Lacedæmonijs olim cũ Argiuis incidit cõtẽtio de agro, q̃ dicitur Thyrea, quẽ locũ & ſi terræ Argolicæ partẽ, tamẽ Lacedæmonij introrſum tenebãt. Pugnatũ fuit, lacedæmonij ſupiores euaſere. Quo*

Thyrea.

pluſq́ fœminas, contra ſeipſum dicit, & pugnantia inter ſe. Quomodo enim attribuemus uiris fortibus id, quod habentes reddit imbecilles? Præterea lege decretum eſt, ut non ſemper maſculi habeant comam. Nempe Lacedæmonij poſt Thyream, Argiui uero ante Thyream comati erãt. Fœminis uero ſemper & ubiq; terrarũ fuit decorum ſtudiũ comandi: neq; auditũ fœminã caput nouaculæ ſummiſiſſe, nec uiſa eſt à ſeculo calua fœmina. Si autẽ fluxum capillorũ patitur, id morbi cauſa fit. Sed non fuit uir, qui ad extremũ uenit, qui nõ caluus factus fuerit. Quare caluicium eſt finis naturæ, quem nõ omnes aſſequũtur. Lacdæmonij in Thermopylis ornandæ comæ operã dedere expectantes pugnam: nullus euaſit uictor tamen. Pili ſunt quid mortuũ, & nutriri in mortuis ſolent. Aegyptij cutetenus raſis corporibus

*ex tẽpore tonſis capitibus Argiui, cum antei criniti eſſent, neceſſario legẽ condiderũt, ſe deuouentes, nc prius comam alerent, néue mulieres aurum ferrent, quàm Thyreas recuperaraſſent. His è diuerſo legem tulere Lacedæmonij, in poſterum comati eſſent cũ ante hac non fuiſſent. Autor Herodotus in primo. Lacedæmonij in Thermo.) Cum Græci in tranſitu, qui locus à pleriſq; Græcorũ Thermopylæ uocatur, caſtra haberent, Xerxes q in Thrachinia Melidis cũ exercitu manebat equitẽ quendam ad ſpeculandũ quot illi eſſent, & quid agerent miſit.*

Thermopylæ.

Xerxes.

bus mortuis, ſequēti anno inuenerunt comam barbamq́; demiſſam geſtaſſe. Dion illos tacuit Græcos uiros fortiſſimos, qui uictoria potiti ſunt, ſilentio præterit qui ſub Alexando militarūt, & à Dario pœnas ſumpſerūt, quibus Lacedæmonij ſoli obfuerūt, ſentientes tandem quàm malum ſit coma militibus in pugna quæ fuit in Arbelis. Vbi uero omnes tonſi fuerant, duce fortuna pugnam ſuſtinebant. Narrat Ptolemæus Lagi filius, qui interfuit, cū Macedo Perſen petebat infeſtius. At Perſa telum & parmā abijcit, ſubmittit ſe telo illius, & barbā illius ac comā præripiēs, inermē trahit & proſternit ꝓſtratū interficit. Quod uidentes alij Perſæ idem fecerūt. Increbuit enī quaſi teſſera per exercitum Perſicum,

uiros

*Is ubi ad ſtationem Græcorum perueniſſet, contemplatur aſpicitq́; nō ille quidem omnes milites, nā eos qui intra murum quem excitauerant excubabāt, intueri nequibat, ſed eos qui extra murū agebant.* Erant *autem eo tempore exterius manendi in Lacedæmoniorum ſtatione uices.* Eos *animaduertit, partim ſe ludo* Gymnaſtico *exercentes, partim comam pectentes.* Græcos *itaq;* Xerxis *iuſſu,* Medi *ac* Ciſſij *ſunt aggreſſi, ibi aliquot* Lacedæmonij *occubuere, inter peritos perite pugnantes.* Autor Herodotus *in ſeptimo.* De *hoc & ſupra.* Arbelis.) Loci *nomē eſt, cuius apud hiſtoricos frequens mentio.* Ptolemæus Lagi) Hic *hiſtorias ſcripſit:* Citatur *ab* Arriano.

*Ptolemæus hiſtoricus.*

uiros iſtos coma teneri & captum iri. Globus igitur qui in Alexandri exercitu fuit, qui omnes calui erãt, totum pondus belli ſuſtinuerunt. Nihilominus rex Alexãder ex Cilicia turpiter nudus fugit. De inde abductis lõgius copijs, perſuaſit ut omnes raderentur. Redijtq́ꝫ, & uictoriã habuit de Perſis. Non igitur coma facit terribiles, niſi forte meticuloſis infantibus quaſi larua apparens. Sed tunc hoſtibus incutitur timor, cum caput eſt galea munitum, quæ ſecundũ rem ipſam nihil eſt niſi craneum armatũ, id eſt quod terret. Quod ſi qui equinis iubis exornent, id quidẽ retro, hoc non impedit imaginem caluicij. Si Achilles fuit comatus, ut Dion ait, erat tũc iuuenis, & promptum animũ ad iram habuit. Caput coma, animus ira ferueſcebat. Verũ ſicut propter Achillem non laudamus iram in animo, ita nec propter eum admiramur capillos in corpore, tamẽ adeo paruipendit, ut Patroclo parẽtaret. Dion non allegat Homerum, ſed detraxit ſyllabam, Cæſarie flaua ſtans retro traxit Achillem. Homerus autem ſic, Poſt tergum dea ueniens eius cepit comam. Ex quibus uerbis conijci poſſit

*Vt Patroclo.) Abſcidit enĩ comã ſuam Achilles, & in rogum Patrocli iniecit, ut ſupra retulimus ex penultimo Iliados. Cæſarie flaua.)* στῆ δ' ὄπιθεν, ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε πηλείωνα. *Eſt Iliados primo, latius à nobis ante explicatum.*

*Hector*

etiam

*Hector fratris ſui.*) Eſt *hoc apud* Homerũ *Iliados.ζ. Sed & Philoſtratus hoc nõ tacuit in* He*ctore, ſic inquiens,* διεβέβλητο δὲ πρὸς τὸν πάριν ὡς δειλὸν καὶ ἧττω τοῦ κοσμεῖσθαι. *i. Pariden autẽ obiurgauit, ut timidũ & ornandi ſtudio turpiter ſuccumbentem.*

*Iuno cũ Iouis.*) Ho*merus Iliados.ξ. de Iunone quæ ceſtum Veneris acceperat, Ioui blandiri uolẽs, ſic inqt,* ἰδὲ χαίτας πεξαμένη χερσὶ πλοκάμους ἔπλεξε φαεινούς, *id eſt, hæc ubi crines Pexu erat, nitidos ſibi cõplicat arte capillos.*

*Alterum*

etiam tunc caluiciẽ incepiſſe.

Ariſtoxenus narrat Socratem fuiſſe natura pronũ ad iram,& ad alia uitia, uerũ tũc non erat caluus. Sed cũ eſſet xxv.annorum cum Zeno & Parmenides Athenas ueniſſent Panathenæa inſpecturi. Hector fratris ſui ficticiã comam in cultu exprobrauit. Ex quo patet, in ijs quæ ad tonſuram hominis prudẽtis pertinent, ſimilem ſe fuiſſe. Præterea apud Dionem de Hectore carmẽ Homeri allegando detruncatum eſt. Nec etiam in Homero reperitur. Nam ne ipſum quidem Iouem locum inuenturũ puto.

Si flauo crine fuit Menelaus,nõ tamen inde comprehendimus fuiſſe comatum, ſed nec laus erat comæ,ſed ſicut fuit Menelaus,poëta edocuit. Dioni ob materiæ penuriam,uiſa ſunt idem laus comæ,& eius cõmemoratio. Iuno cum Iouis concubitum appeteret,cũ alijs uijs, tum comæ exornatione fecit. Ego non

mendacijs

mendacijs corroboro mea ſicut Dion. Non admitto ut quicq̃ comatũ in cœlo habitet. Nihil in aſtris reperitur Venereũ. De Iouis coma dico poëtam loquutum ad uulgi oſtentationem & opinionẽ, de quo ſupra multa ſtatuarijs conceſſit. Nec tamen Dion ſua oratione ſcripſit comam eſſe bonam habentibus ipſam, aut nõ habentibus malam. Noſtra uero oratio quæ eſſentias rerum ſcrutatur, adinuenit caluicium eſſe quandã rem diuinam, & diuino numini cognatam, finemq́ eſſe naturæ, & templum eius eſſe quo diuinitatem ſapimus, alia quoq; eius circa corpus animãq; infinita bona: capillos uero cõtraria, nempe brutalis eſſe naturæ quaſdã, ut ſic dicam, ariſtas ſiliquasq́ animalium, naturæ ludibria, imperfectæ materiæ puſtulas, & de omni eo genere qđ naturæ diuinæ eſt cõtrarium. De genere comato ſunt adulteri. Homerus cenſuit ſtupratorem uirginum deinceps ſe habere ad ſplendidum coma, quaſi ad ſtuprum mulierum, ornatus comæ ſpectet. Et recte quidem, nam ſplendida quiſq; coma adulter eſt. Principes adulterorũ ſunt ij, quibus omnis abiectus eſt pudor, genus maxime inſidioſum: quippe uenuſtus aliquis adoleſcens filias & coniuges quò terrarũ mariſue uolat, abducet, aut ad quẽ angulum, quasq́ tenebras uolet. Captiua mulier corpore hoſtis eſt, animo autẽ uiri. Adulter uero comis mulieris animũ expilat: unde mari-

tus

*Alterum malum eſt Paridis.) Alexãder Paris Priami filius, Veneris auxilio ſibi fauentis, qđ huius formam Palladi Iunoniq́; prætuliſſet, Helenam rapuit, unde bellum Troianũ fuit coortum.* tus uxorem ſuam ex integro amittat. Hæc autẽ lues quoniam urbes euertit, quænam alia cauſa fuit, ut Europa & Aſia concurrerent, niſi adulterium? Quid impulit Græcos ad Priami urbẽ traijcere, niſi adulterium? Alterũ malum eſt, Paridis longe deterius, unde

Paris.

*Dicit autem hic Syneſius, Alterum malum Paridis longe deterius, obſcœnũ puerorum amorem ſignificans. Eſtq́; id dictum ad Græcanicum loquẽdi modum, ſicut & illud ſupra, licet artẽ Dionis inferiorẽ, cũ clarius uertere potuiſſet: Alterũ malum eſt, Paridis crimine longe deterius: quamuis è Latinis nonnulli ſic etiam loquantur. Sed quid nos hæc admonemus, cum totũ libellum adeo religioſe uerterit, ut uerbum uerbo quaſi reddidiſſe uideatur? Quale eſt & illud circa initium, Me fore Thraſymachũ erubeſcere, cũ potuiſſet dicere, Præſagiebã inſtar Thraſymachi rubore me ſuffuſum iri: & id quod huic loco proximũ eſt, ubi inquit, Homerus cenſuit ſtupratorem uirginum deinceps ſe habere ad ſplendidum coma, & cætera, deinceps dixit, diuinamur enim eſſe ἀκολούθως, pro cõſequenter, ut omittã, quod epitheta, quibus ſermo Græcus in neutro genere, nõ ſine elegãtia pro ſubſtantiuis utitur, epithetis reddidit. Optandum itaq; eſt, ut in Græcum exemplar alicubi incidere detur, quo tam eruditum opuſculum elegãtius liberiusq́; uerti poſſit. At dices, quid in fine nũc hæc*

Syneſij interpres.

unde Cliſthenes, unde Timarchi, unde omnes illi emerſere, qui ſuam pulchritudinẽ ad lucrum proſtituerunt ſtipendia facientes: quod & ſi non ſemper ære, tamen ſcelerata uoluptate merent. Atq; ut ſemel dicam, qui comam curãt, effœminati ſunt, & meritorij omnes, proſtant enim, tantoq; maiorem palmam ſe conſequi putant, quanto magis fœminei ordinis imitatores fiant. Et quiſquis eſt ingenio malo prauoq;, is à populi munijs exautorandus eſt. Nunc uero quod quis ſit de choro Cotys, extra hoc unũ, iudicium aliud non erit: nempe ſi comã ſæpe quis finxerit,

*hæc inculcas? Cõſulto id egimus, ne ſi inter præfandũ hoc audiſſes, uel minus diligenter libellũ legiſſes, uel frigidius Syneſium tam acute ratiocinantem fuiſſes complexus.*

Cliſthenes. *Cliſthenes.) Cliſthenes cinædus fuit, & quotidie tondebatur, ut ſemper iuuenis appareret. Meminit huius Suidas, hos Sophocleos uerſiculos citans,* καὶ πῶς ἂμ γένοιτ᾽ εὔτακτος πόλις, ὅπου θεὸς γυνὴ γεγονυῖα πανοπλίαμ ἕστηκεμ ἔχωμ κλεισθένης δὲ κερκίδα, *id eſt, At quomodo huic ciuitati bene ſit, ubi Dea quæ mulier eſt, ſtat armaturam geſtans, Cliſthenes autem radium textorium.*

Timarchus *Timarchi.) Timarchus circa uetitam libidinem fuit intemperatiſſimus, autore Suida, qui refert etiam quàm hic in auunculum & matrem fuerit inofficioſus.*

Cotys. *Cotys.) Cotys, ut ſcribit Suidas, dea fuit, turpitudinis præſes, apud Corinthios culta. Huic intemperantes ac calamiſtraturæ ſtudioſi*

*ſtudioſi, formamq; uenditantes ſacrificabant. Nemo comatus qui nō.) ſcilicet ſit cinædus: id autem cum ſit turpiſſimū, noluit effari, ſed ad Echo, id eſt, prolatorum uerborum imitatricem reſonantiam adijci iuſſit. Eſtq; hic iocus non infeſtiuus. Quid*

xerit, ſi ſæpe cōſtrinxerit triticatim, ſi unguēto perfuderit, ſtatim in prōptu eſt dici illū & deæ illi & Priapo ſacrificia feciſſe. Pherecydes iuuene comato ſibi obuio oculos tunica operuit, morbum digito oſtēdēs, ex corpore eius manifeſtū fieri, illū eſſe de pathicorum grege. Quod ſi prouerbia quicq̄ in ſe ſapientiæ contineant, ut Ariſtoteli placet, ſcribit enim ipſa antiqua eſſe philoſophiæ poſt multā hominū ſtragē amiſſæ quaſdā etiam reliquias, ac propter ſuū compendiū dexteritatemq; eſſe ſeruata. Prouerbiū igitur eſt ſermo dignitatem habēs, & tanq̄ à ſacrario philoſophiæ depromptum, eius antiquitatē referens. Veteres enim longe magis quàm noſtri homines contemplationi ueritatis incubuere. Si prouerbia, inquā, quicq̄ in ſe cōtinent ſapiētiæ, quid ſibi uult hoc prouerbiū? Nemo comatus qui nō: ſinē autem ſermonis ad Echo tu ipſe annectas, quoniā ego nō exprimā illud & nomine & re obſcœnū. Euge quoniā annexuiſti, quidnā igitur tibi uidet? O ueritatē ipſam, nēpe oraculū arbitror. Hinc ſanè prouerbiorū uis patet. Cæterū ipſis quoq; teſtimoniū perhibent & ij, quibus nunc in ore ſunt,

PROVERBIA

ſunt,& quibus olim. Nihil em̄ aliud prouerbijs elargitur immortalitatem, quàm utentiū his aſſiduitas, res ipſis ætate geſtas cōmendantiū: ſiquidē prouerbia cum ex ſingulis rerum accidentibus perſpecta ſint, ab exemplis & fidem accipiūt, & ſuo teſtimonio exempla corroborant. Quid opus eſt Platonica redargutione, quandoquidē ipſe orator exiſtens rhetoricā manifeſtauit eſſe comaticam. Dioni magnam gratiam habent ij, qui ſe luſtris dedunt; qui iniquis oculis uicinum ſpectāt. Quod publice laudatur, id imitabile eſſe neceſſe eſt, cū illi fides adhibetur, quo fit ut Dion in ciuitate noſtra catalogum perditiſſimorum hominum laudaret facile. Quos autē opponimus comatis, ſunt laudatiſſimi quidem, è quorū nūero ſunt ꝗ in deorū tēplis ſunt flamines, ꝓphetæ, æditui. In gymnaſijs præceptores & pædagogi. In militia, imperatores ac manipularij, & alij ꝗ alijs præſtare credunt̄. Agamemnon

*Quid opus eſt Platonica redargutiōe.) Socrates apd' Platonem in Gorgia multis uerbis oſtendit, Rhetoricā ſic ſe habere ad medicinam, quēadmodum fucatoria, quæ mangonica dicitur; Græci κομωτικὴν uocāt, ad Gymnaſticam, & coquinaria ad medicinā. Eſt igitur Rhetorica κομωτικὴ per analogiam. Ibidem, inqt Socrates, τὴν ῥητορικὴν εἶναι πολιτικῆς μορίου εἴδωλον, hoc eſt, Rhetoricam eſſe ciuilis particulæ ſimulacrum. Agamemnon mulierē.)*

*Agamem*

*Rhetorica.*

*Mangonica*

*Agamemnō*

memnon mulierē famoſe ge-nitam nūq̃ comato credidiſſet. Pictores cum cinædū adulterumue pingere uolūt, comatū uidebis. ſin philoſophū æditũumue, caluū conſtituet, quiddam grauitatis præ ſe ferens. Hanc orationem noſtrā philoſophis, & ſacerdotibus & ciuibus reipublicæ gubernatoribus modeſtis hominibus gratam arbitrabor, & ſi populo non omnino probetur, diſcant tamen hinc ut comati affecti rubore, modeſtam pudicitiā, tonſuram ſæpius exerceant. Et beatos exiſtiment, quibus opus non eſt tonſura. Nullæ mihi habendæ ſunt gratiæ ſed materiæ potius. In qua dicēdi infantiſſimus, aduerſus peritiſſimum in diſceptando quiuis eſſe uideretur. Velim ꝑſit quàm plurimis huius noſtri laboris ſuſcepta ꝓuincia, qua nos laudem habituros ſperamus.

*Agamemnon Chryſeida generoſam puellam nunquam comato cuſtodiendam tradidiſſet. Quibus formoſæ ſunt uxores, hi ſibi miniſtros parū bellos aſciſcere ſolent. Feliciter enim formoſis dici nō poteſt quàm faueat mulierculārum genus.*

SYNESII DE LAVDE CALVICII, FINIS.

# GERARDVS LISTRIVS RHENENSIS IOANni Paludano, inclytæ Louanienſium Academiæ publico rhetori. S. D.

EQVIDEM non in infima felicitatis meæ parte duco, doctiſſime Paludane, quod mihi contigit cum Eraſmo domeſticam conſuetudinem menſes aliquot agitare. Tãta eſt hominis integritas, comitas, feſtiuitas: nam eruditionem quid attinet prædicare, tot ipſius æditis libris, uel orbi teſtatiſſimam? Is mecũ de nullo mortalium colloqui cõſueuit, uel crebrius, uel amantius, uel honorificẽtius, quàm de ſuo Paludano, nec ego de quoq̃ audiebam libẽtius. Deũ immortalem, quo ore, qua facundia ſolet ille referre tuam eruditionem, iudicium, multo rerum uſu collectam prudentiam, incredibile ſtudium erga doctrina præſtantes uiros, ſingularem ingenij candorem, ſummam uitæ comitatem, ciuilitatem miram, morum inauditam ſuauitatem, in amicitia fidem plusq̃ Pyladeam, ut magis te perſpexerim, illo te depingente, quàm cum Louanij publice profitentem audirem. Hic igitur inflãmauit animũ meũ, licet antea quoq; flagrantẽ ut aliquo xeniolo Paludanũ mihi cõciliarẽ: neq; defuit uotis noſtris occaſio. Forte fortuna parabatur ad

*excudendum Eraſmi Morias encomiū, exiguus libellus, & quē ille, quod compertiſſimū habeo, pauculis diebus luſit magis quàm ſcripſit, ſed eiuſmodi ꝑfecto, ut dubites, plús ne adferat utilitatis, an uoluptatis. Itaq;, nō ſine cauſa, tantopere placuit, ut iam plus decies ſit excuſus typis: uerùm ſunt in eo permulta, quæ nō niſi ab eruditis & attētis poſſint intelligi: partim ob Græcitatē paſſim admixtam, partim ob alluſiones & crebras & tacitas, partim ob argutiā in iocando, quam non facile ſentiat, niſi qui naris ſit emunctiſſimæ. Nihil enim ingenioſius, quàm erudite iocari. Proinde ſuffuratus aliquot horas ſtudijs meis, quæ Græcis & Hebraicis literis, præcipue uero rei medicæ ſolitus ſum impendere, ſcholijs in loco additis, Eraſmi mei Moriam illuſtraui. Magis placebit, ſi magis fuerit intellecta: & felicius exibit in manus hominū, tui quoq; nominis auſpicio. Quare xeniolum hoc tibi dicatum, pro tuo candore libenter accipies, & in uno libello duos pariter agnoſces, Eraſmū ueterem amicū, & Liſtrium quondam tuum ἀκροατὴν, nunc nouum amicitiæ tuæ candidatū, ſi nō reijcis, nemini tuorū fide beneuolētiaq; ceſſurū. Bene uale.*

## ERASMVS ROTERO DAMVS THOMAE MORO SVO S.D.

SVperiorib⁹ dies bus cum me ex Italia in Angliam reciperem, ne totum hoc tempus, quo equo fuit inſidẽdum, ἀμούσοις & illiteratis fabulis tereretur, malui mecum aliquoties uel de cõmunibus ſtudijs noſtris aliquid agitare uel amicorũ, quos hic ut doctiſſimos, ita & ſuauiſſimos reliqueram, recordatiõe frui. Inter hos tu mi More uel in primis occurrebas: cuius equidem abſentis abſens memoria non aliter frui ſolebam, q̃ præſentis præſens conſuetudine conſueueram, qua diſpeream, ſi quid unq̃ in uita contigit mellitius. Ergo quoniam omnino aliquid agendũ duxi, & id tempus ad ſeriam cõmen

*Μωρίας ἐγκώμιον, id ẽ, Moriæ encomium. μωρία ſtulticiam ſignificat, & ἐγκώμιον ſcriptum oliquod in alicuius laudem cõpoſitũ, ut Lucianus ſcripſit encomiũ Demoſthenis. Et laudatoriũ genus Græci uocãt encomiaſticũ. Et ἐγκωμιάζειν, eſt laudes alicuius oratiõe ꝓſequi. Differt aũt encomiũ ab hymno, ut ſcribit Hãmonius. Hymn⁹ nanq; eſt deorum, encomiũ autẽ hominũ. Ἀμούσοις.) ἄμουσα uocãtur inelegãtia, parumq́; docta uelut à Muſis aliena. Agitare.) Eſt aliquid in animo uolucre. Diſpeream.) Deierantis eſt, ſicut emoriar. Horatius: Diſpeream ni optimum erat.*

Ἐγκώμιον Μωρία.

*Hymnus.*

ἄμουσα.

cōmentationem parum uidebatur accommodatū, uiſum eſt Moriæ encomion ludere. Quæ Pallas iſtuc tibi miſit in mentem? inquies. Primū admonuit me Mori cognomē tibi gentile, quod tā ad Moriæ uocabulū accedit, quàm es ipſe à re alienus. Es autem uel omnium ſuffragijs alieniſſim⁹. Deinde ſuſpicabar, hūc ingenij noſtri luſum tibi præcipue probatū iri, propterea quod ſoleas huius generis iocis, hoc eſt, nec indoctis, ni fallor, nec uſquequaque inſulſis, impendio delectari, & omnino in cōmuni mortalium uita Democritum quendā agere. Quanquàm tu quidem, ut pro ſingulari quadam ingenij tui perſpicacitate, longe lateque à uulgo diſſentire ſoles, ita pro incredibili morum ſuauitate facilitatéque cum omnibus omnium

Cōmētatio.

*erat. Commētatione. Cōmentatio eſt agitatio eſt ingenij. Quæ Pallas) Alluſit ad Homerū qui ſubinde inducit Palladem hoc aut illud, in animū mittētem Vlyſſi aut Penelopæ, cum nō apparet alioqui cauſa cur illi hoc in mentē uenire debuerit, ut cū alibi, tū Odyſſeæ. φ. τῆ δ' ἄρ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις ἀθήνη id eſt, Huic autem in mētem miſit dea Glauca Minerua. Mori cognomē) Vulgo Maurum uocāt Morū. At Græcis μωρὸς ſtultum ſignificat. Gentile.) Id eſt gentiliciū hoc eſt proprium familiæ.*

Democrit⁹.

*Democritum quendam.) Is quicqd eſſet in uita mortaliū, ridebat. Adeo ſtulta quædā res illi uidebatur uniuerſa noſtra uita. Iuuenalis Satyra*

decima.

omnium horarũ hominẽ agere, & potes & gaudes. Hãc igitur declamatiunculã nõ ſolũ lubens accipies, ceu μνημόσυνον tui ſodalis, uerũetiã tuẽdam ſuſcipies, utpote tibi dicatam, iamq́ꝫ tuam, nõ meã. Etenim non deerunt fortaſſe uitilitigatores, qui calumnientur, partim leuiores eſſe nugas, quàm ut theologum deceant, partim mordaciores, q̃ꝫ ut Chriſtianæ cõueniant modeſtiæ, noſq́ꝫ clamitabunt ueterem comœdiam, aut Lucianum quempiam referre, atqꝫ omnia

*decima: Iám ne igitur laudas quod de ſapiẽtibus alter Ridebat, quoties à limine mouerat unũ, Protuleratq; pedẽ.*

Tyberius

*Omnium horarum hominem) Tyberius Cæſar apud Suetoniũ, duos ſibi in omni negocio iucũdiſſimos & aptiſſimos omniũ horarũ homines appellitabat etiam in codicillis. Relege Chiliades Eraſmi, ſi ſuper hoc plura ſcire cupis. Non ſolum.) Accipimus quocũq; modo: ſuſcipimus, quorũ curam recipimus. Accipimus quæ admittimus & approbamus: ſuſcipimus onus. μνημόσυνον tui ſodalis.) Hemiſtichium eſt Catulli, ad quod alluſit. Mnemoſynum aũt dicitur pignus, aut ſimile quippiã relictũ apud amicũ, qđ illũ noſtri cõmonefaciat.*

Mnemoſynon.

*Vitilitigatores) Id eſt, obtrectatores & calũniatores, quos Cato nouato uerbo à uitio & morbo litigandi uitilitigatores appellabat, ut teſtatur Plinius in præfatione hiſtoriæ mũdi, qui & Zoili, & Homeromaſtiges dicũtur.*

Vitilitigatores.

*Vetus comœdia) Vetus comœdia, cuius inuentor fuit Suſarion Megarenſis, magna libertate, etiã nominatim quoſuis taxabat*

Vetus comœdia.

omīa mordicus arripere. Ve-rum quos argumenti leuitas, & ludicrum offendit, cogitēt uelim, non meum hoc exemplū eſſe, ſed idem iam olim à magnis autoribus factitatū. Cum ante tot ſecula Βατραχομυομαχίαν luſerit Homerus, Maro culicem & moretum, nucem Ouidius. Cum Buſiridem laudarit Polycrates & huius caſtigator Iſocrates, iniuſticiā Glauco, Therſiten & quartanam febrim Fauorinus,

*xabat, donec lex lata uetuit cuiuſquā nomen perſtringi, atq; ita nata eſt noua comœdia. Apud latinos autem in locum ueteris comœdiæ ſucceſſit Satyra.*

Lucianus.

*Lucianū) Lucianus rhetor Samoſatenſis adeo dicax, ut nec dijs ipſis parceret, unde ἄθεος. i. impius cognoīat⁹ eſt.*

Mordicus.

*Mordicus arripe) Mordicus aduerbiū, queadmodū apud Græcos ὀδάξ. i. dētibus & morſu. Βατραχομυομαχίαν.) id eſt, bellū ranarū, & murū. βάτραχος enim rana dicitur, μῦς mus, & μάχη pugna. Extat aūt titulo Homeri, quanq̄ docti magis putant eſſe cōpoſitū, alicuius faceta quadam Homeri imitatione. Buſiridē.) Hāc orationē carpit & corrigit Iſocrates: fuit aūt tyrānus Aegyptius, quē interemit Hercules.*

Buſiris.

Polycrates.

*Polycrates.) Rhetor Athenieſis, q ſcripſit encomium Buſiridis. Idē cōpoſuit orationē, qua fuit accuſat⁹ Socrates. Iniuſticiā Glauco) Id ē, apud Plato. de Rep. li. ij. Therſiten & quartanā febrim.) Aulus Gel. li. xvij. cap. xij. ſcribit Fauorinū philoſophū oppido q̄ libenter in eas materias dicere ſolitū quas Græci ἀδόξους καὶ ἀτόπους ὑποθέσεις. i. inopinatas & abſurdas materias appellāt. Sicuti cū Therſitæ laudes quæſiuit, & febrim quartis diebus re-*

Fauorinus, caluicium Syneſius, muſcā & paraſiticam Lucianus. Cum Seneca Claudij luſerit ἀποθέωσιν, Plutarchus Grylli cum Vlyſſe dialogū, Lucianus & Apuleius aſinum, & neſcio quis Grunnij Corocottæ porcelli teſtamentum, cuius & diuus meminit Hieronymus. Proinde ſi uidebitur, fingāt iſti me latrunculis

*currentē laudauit.* Therſites. *Terſitē aūt Home. Ili. β. ſic deſcribit.* Αἴσχιστος δ' ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε. φολκὸς ἔην, χωλὸς δ' ἕτερον πόδα, τὼ δέ οἱ ὤμω κυρτὼ ἐπὶ στῆθος συνοχωκότε, αὐτὰρ ὕπερθεν φοξὸς ἔην κεφαλὴν, ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη, *id eſt, Ad Troiam uenit, quo non deformior alter, Diſtortis oculis, claudus pede, dein humeri illi Gibbi, pectore contracti, caput extat acutum Raris conſperſum uillis.* Syneſius.

*Caluicium Syneſius.) Syneſius patriam habuit Ptolemaida Pentapolin. Epiſcopus fuit, qui inter multa alia ſcripſit encomium caluicij, quod opuſculum plenum ingenij & eruditionis adhuc extat. Luſerit Apotheoſin.) Luſerit, id eſt, iocoſe deſcripſerit, quo pacto Claudius imperator Caligulæ auunculus, qui Neronem præceſſit, referri uoluerit in numerum deorum. Grylli cum Vlyſſe dialogum.) Gryllus Græcus, ueneficijs Circes uerſus in* Gryllus. *ſuem, diſputat cum Vlyſſe, aſſerens brutorum animantium conditionem feliciorem eſſe humana. Extat inter opera Plutarchi. Grunnij corocottæ.) Eſt iocoſum argumentum de porco condente teſtamentum. Cuius meminit diuus Hieronymus in quadam præfatione commen-*

 *tarioru͂*

latrunculis interim animi cauſa luſiſſe, aut ſi malint, equitaſſe in arundine longa. Nam quæ tandem eſt iniquitas, cū omī uitæ inſtituto ſuos luſus concedamus, ſtudijs nullum omnino luſum ꝑmittere, maxime ſi nugæ ſeria ducāt, atq; ita tractētur ludicra, ut ex his aliquanto plus frugis referat lector, nō omnino naris obeſæ, quàm ex quorūdam tetricis ac ſplendidis argumētis: ueluti cum alius diu conſarcinata oratione, rhetoricen aut philoſophiam laudat, alius principis

*tariorū in Eſaiam. Latrūculis.) Latrunculorum ludus eſt ille, qui uulgo dicitur Schacorum, de quo Martialis in Apophoretis: Inſidioſorū ſi ludis bella latronum, Gemmeus iſte tibi miles & hoſtis erit. Ouidiꝰ itē: Siue latrocinij ſub imagine calculus ibit, Fac pereat uitreo miles ab hoſte tuus. Animi cauſa.) Animi gratia dicimur facere, quod nō ad utilitatē, ſed oblectationē facimus. Equitaſſe in arū. lō.) Alluſum ad carmē illud Horatianū: Ludere par impar, equitare in arūdine longa. Sic enī ſignificat ludos pueriles & ineptos. Obeſæ naris) Id eſt, craſſæ: dicūtur qui nullo ſunt iudicio. Horatius in Odis: Nec firmo iuueni, neq; naris obeſæ. E diuerſo, emunctæ naris apud eundem dicitur, qui acri eſt iudicio. Conſarcinata.) Id eſt, undiq; collecta, quā Græci ῥαψῳδίαν ἀπὸ τοῦ ῥάπτειν, quod eſt ſuere. Cuiuſmodi opera Græci uocant κέντρωνας, Latini abiecto rho, cētones. Tacite aūt notat eos, qui nō ſuo Marte, ſed hinc atq; hinc emēdicatis uerbis & ſententiolis cōponūt orationē. Philoſophiā.) Huiuſmodi*

Latrunculi.

ῥαψῳδία.

Centones.

principis alicuius laudes deſcribit, alius ad bellum aduerſus Turcas mouendũ adhortatur. Alius futura prædicit, alius nouas de lana caprina cõminiſcitur quæſtiunculas. Vt em̃ nihil nugacius, quàm ſeria nugatorie tractare, ita nihil feſtiuius quàm ita tractare nugas, ut nihil min⁹ quàm ~~nugatus~~ fuiſſe uidearis. De me quidem aliorum erit iudicium: tametſi, niſi planè me fallit φιλαυτία, ſtulticiam laudauimus, ſed non omnino ſtulte. Iam uero ut de mordacitatis

*Huiuſmodi orationes ſolennes habentur in auſpicandis ſtudijs, ad oſtentationem ingenij magis, quàm utilitatem. Principis alicuius) Nam in his plerũq; plurimũ eſt adulationis, minimum fructus. Aduerſus Turcas.) Complures huiuſmodi orationibus conati ſũt ꝓuocare principes ad bellũ, ut ſub illius prætextu quàm maxima pecuniæ uis exhauriretur, cũ magis expediat exhortari Chriſtianos ad bellum capeſſendũ aduerſus uitia.*

*Alius futura prædicit.) Notat aſtrologos προγνώστας uaniſſimũ & peſtilentiſſimũ hominũ genus. Alius nouas de lana caprina &c.) Veluti de conceptione deiparæ uirginis, de poteſtate pontificis, de præcellentia Petri & Pauli, & ſimilibus, in quibus plurimũ eſt contentionis & rixarum, nihil autem pietatis. De lana caprina prouerbialiter dictũ eſt, pro eo quod eſt, de re nihili. Horatius in epiſtolis: Alter rixatur de lana ſæpe caprina. Cõfine autem eſt illi Demoſthenis. περὶ ὄνου σκιᾶς, id eſt, de aſini umbra. φιλαυτία.) Id eſt, amor ſui. φίλος amicus, &*

Aſtrologi.

φιλαυτία.

αὐτὸς

citatis cauillatione reſpōdeā, ſemper hæc ingenijs libertas permiſſa fuit, ut in cōmunem hominū uitam ſalibus luderent impune, modo ne licentia exiret in rabiem. Quo magis admiror his temporibus auriū delicias, quæ nihil iam ferè niſi ſolennes titulos ferre poſſunt. Porrò nonnullos adeo præpoſtere religioſos uideas, ut uel grauiſſima in Chriſtum conuicia ferant citius, quàm pontificē aut principem leuiſſimo ioco aſpergi, præſertim ſi quid πρὸς τὰ ἄλφιτα attinet. At enim qui uitas hominum ita taxat, ut neminem omnino perſtringat nominatim, quæſo utrū is mordere

*αὐτὸς ipſe. Hūc Horatius in Odis uocat cæcū, & ī Sermonibus ſtultū & improbū.* Sales. *Salibus lud.) Sales dicteria ſalſa dicuntur. Lucanus: Nec ſoliti luſere ſales. Solennes titulos.) Solēnes uocat iam ueluti conſuetudine receptos, qua reges uocamus inuictiſſimos & sereniſſimos, cardinales reuerendiſſimos, pontifices ſanctiſſimos, epiſcopos reuerendos, abbates uenerabiles, atq; item de cæteris. Videas.) ὑπαλλαγή, aut ἑτέρωσις: ponitur enī ſecūda perſona ꝓ quauis ꝑſona, & eſt modus potētialis. Aſpergi) Id eſt, leuiter contaminari. Si quid πρὸς τὰ ἄλφιτα.) Hoc loco uerba Latina, quæ in limine marginali fuerāt aſſcripta, neſcio quis retulerat in cōtextum. Eſt autem dictum hoc apud Ariſtophanem in Nebulis: τί δέ μ' ὠφελήσουσ' οἱ ῥυθμοὶ πρὸς τ' ἄλφιτα, id eſt, quid autē mihi proderunt numeri ad farinas? Farina uiuimus, unde quod ad cibum*

is mordere uidetur, an docere potiꝰ, ac monere? Alioqui quot obſecro nominibꝰ ipſe me taxo? Præterea qui nullũ hominũ genus prætermittit, is nulli homini, uitijs omnibus iratus uidet̃. Ergo ſi quis extiterit, qui ſeſe læſum clamabit, is aut conſcientiã prodet ſuam, aut certe metum. Luſit hoc in genere multo liberius ac mordacius diuus Hieronymus, ne nominibus quidem aliquoties parcens. Nos præterq̃ quod à nominibus in totum abſtinemus, ita præterea ſtilũ temperauimus, ut cordatꝰ lector facile ſit intellecturꝰ, nos uoluptatẽ magis q̃ morſũ quæſiſſe. Neq̃ em̃ ad Iuuenalis exemplũ, occultam illam ſcelerum ſentinam uſquam mouimus, & ridenda magis, quàm fœda recenſere ſtuduimus. Tum ſi quis eſt, quem nec iſta placare poſſunt, is ſaltem illud meminerit, pulchrum eſſe à ſtulticia uituperari, quam cum loquentẽ

*cibum ac uictum attinet, ad farinas pertinere dicitur, quod uulgo dicunt de pane lucrando.* **A** *ſtulticia uituperari.*) Nullus *igitur, opinor, erit tam iniquus, ut ſi quid dictum uidebitur in principes, aut ſacerdotes, aut in alios offendatur, cum non taxentur ulli, niſi leniter & iucũde magis quàm acriter.* Nec *ipſum hominũ genus notatur, ſed qui in bonorum genere mali ſunt.* Po*ſtremo cũ ſtulticiæ perſonam loquentẽ fecerit, non conueniet imaginari perſonam autoris id dicere, quod ſub perſona* Moriæ *dictum eſt: non hercle magis quàm ſi quis diabolum*

Comparatio sui ipsius cum D. Hieronymo.

loquentem fecerimus, decorò perſonæ ſeruiendum fuit. Sed quid ego hæc tibi patrono tam ſingulari, ut cauſas etiam non optimas, optime tamen tueri poſſis? Vale diſertiſſime More, & Moriam tuam gnauiter defende. Ex Rure. quinto Idus Iunias.

*bolum faciat diſputantem cum Michaele de corpore Moyſi, quẽadmodum eſt ĩ Apocryphis, quicquid diabolus dixerit, hoc ex autoris perſona dictum uideatur: aut ſi quis Phalaridem loquentem inducat, ſenſiſſe uideatur quicquid Phalaridem loquentem fecerit. Decoro perſonæ ſeruiendum fuit.)*

Decorum. πρέπον.

*Decorum, quod Græci πρέπον uocant, ſitum eſt in dignitate rerum & ſermonũ, cuius præcipua ratio habetur in tragœdijs, comœdijs, & dialogis. Quid ego hæc tibi?) ἀποσιώπησις eſt.*

Patronus.

*Patrono tam ſingulari.) Patronus hic ſignificat aduocatum cauſarum: nam aliquando refertur ad libertum. Eſt autem Thomas Morus, præter egregiam optimarum literarum cognitionem, inter Britannicarum legum profeſſores præcipui nominis.*

Μωρίας

# ΜΩΡΙΑΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ, ID EST, ſtulticiæ laus, Eraſmi Rotero-dami declamatio.

Stulticia loquitur.

VVcunq; de me uulgo mortales loquũtur, neq; eñ ſum neſcia, quàm male audiat ſtulticia etiam apud ſtultiſſimos, tamẽ hanc eſſe, hãc inquam eſſe unam, quæ meo numine deos atq; homines exhilaro, uel illud abũde magnum eſt argumẽtum, quod ſimulatq; in hunc cœtum frequentiſſimũ dictura prodij, ſic repente omniũ uultus noua quadam atq; inſolita hilaritate enituerũt, ſic ſubito frontẽ exporrexiſtis, ſic læto quodam & amabili applauſiſtis riſu, ut mihi profecto quotquot undiq; præſentes intueor, pariter

*Declamatio) Apte uocauit declamationem, ut intelligas rẽ exercendi ingenij cauſa ſcriptam, ad luſum ac uoluptatem. Porrò Moriam fingit ueterum more ceu deam quãdam ſuas laudes narrantem, idq; decore, quod hoc ſtultis peculiare ſit, ſeipſos admirari, deq; ſeipſis gloriose prædicare.*

*Tamen hanc eſſe.) Hanc δεικτικῶς accipiendũ, ut ſeipſam digito oſtendat.*

*Frontem exporrexiſtis.) Frontem exporrigimus, cum hilareſcimus, Contra mœſti frontem contrahimus: quære in*

*Chiliadibus*

or, pariter deorū Homericorum nectare non ſine nepenthe temulenti eſſe uideamini, cum antehac triſtes ac ſolliciti ſederitis, perinde quaſi nuper è Trophonij ſpecu reuerſi. Cæterum quemadmodum fieri conſueuit, ut cū primū ſol formoſum illud & aureum os terris oſtēderit, aut ubi poſt aſperam hyemē, nouum

*Chiliadibꝰ Eraſmi.* *Deorum Homericorū.)* *Facete uocat Homericos, qui cum non ſint ulli in rerum natura, tamē ab Homero finguntur eiuſmodi.*

Nepenthes.

*Nō ſine nepenthe.) Nepenthes herba, cuius meminit & Plinius. Apud Homerum Penelope huius ſucco addito poculis, diſcutit triſtitiam cōuiuij. Vnde illud Odyſſeæ δ.* ἔνθεν ἔπινον νηπενθές τ' ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληθες ἁπάντων, *Id eſt, Vnde bibebant, Iræ, Nepēthes, omniſq; obliuia curæ. Nā hanc uim habere traditur, & hinc nomē habet. Nam* πένθος *Græce, luctus eſt, ne priuandi uim habet. Sunt qui putant eſſe bugloſſam, de qua Galenus ſcribit,* ὅτι οἴνοις ἐμβαλλομένη εὐφροσύνης αἰτία γίνεται, *id eſt, quod uino immiſſa læticiæ cauſa fit.*

πένθος.

Antrū Trophonij.

*E Trophonij ſpecu.) Prouerbium eſt, de uehementer mœſtis ac ſollicitis. Nam olim in Lebadia, ut Suidas ait,* χρηστήριον ἦν ὃ καταβάσιον ἐκάλουν, *id eſt, oraculum erat, quod Catabaſion, id eſt, deſcenſum uocabant. Specus autem erat Trophonij dictus, in quo putabant oracula reddi per dæmonem quempiam, unde macie confecti, ſqualidiq; redire conſueuerūt, ſi qui fuiſſent ingreſſi, qualia uulgo ferè narrant de ſpecu Patricij apud Hybernos. Qui plura de hoc cupit cognoſcere, legat*

uum uer blandis aſpirarit Fauonijs, protinus noua rebus omnibus facies, nouus color, ac planè iuuenta quædam redeat, ita uobis me conſpecta, mox alius acceſſit uultus. Itaq; quod magni alioqui Rhetores, uix longa diuq; meditata oratione poſſunt efficere nempe ut moleſtas animi curas diſcutiant, id ego ſolo ſtatim aſpectu præſtiti. Quamobrem autẽ hoc inſolito cultu prodierim hodie, iam audietis, ſi modo non grauabimini dicenti præbere aures, non eas ſanè quas ſacris concionatoribus, ſed quas fori circulatoribus, ſcurris ac Morionibus conſueuiſtis arrigere, quaſq; olim Midas ille noſter exhibuit

*re legat Eraſmi Chiliades. Aſpirarit Fauonijs.) Fauonij uenti ſunt uerni, ad quorum flatum ſoluitur gelu, & laxatur humus. Horatius, Soluitur acris hyems grata uice ueris & Fauoni. Alluſit ad carmen Horatianum, Lucẽ redde tuæ dux bone patriæ. Inſtar ueris enim, uultus ubi tuus Affulſit populo, gratior it dies, Et ſoles melius nitent.* Fauonij.

*Sacris concionatoribus.) Obiter taxat uulgus hominum, qui concionantes in templis, oſcitantes ac dormitantes audiunt, multi ne audiunt quidem, cum circũforaneos ac ſcurras miris modis auſcultent. Id uerũ eſſe facile fatebitur, qui nouerit Italiam, præſertim Romam & Venetiarum urbem.* Midas

*Midas.) Nota eſt fabula de Mida, qui Panem canentem Apollini prætulit. Alluſit autem ad prouerbium, Midæ aures. Sophi*

Sophiſtæ.

exhibuit Pani. Lubitum eſt enim pauliſper apud uos, Sophiſtam agere, non quidem huius generis, quod hodie nugas quaſdam anxias inculcat pueris, ac pluſq̃ muliebrẽ rixandi pertinaciã tradit, ſed ueteres illos imitabor, ꝗ quo infamem Sophorum appellationem uitarent, ſophiſtæ uocari maluerunt. Horũ ſtudiũ erat, deorum ac fortium uirorum laudes encomijs celebrare. Encomium igitur audietis non Herculis, neq; Solonis, ſed meũ ipſius, hoc eſt, Stulticiæ. Iam uero nõ huius facio ſapientes iſtos qui ſtultiſſimũ & inſolentiſſimũ eſſe prædicant, ſi quis ipſe ſe laudibus ferat. Sit ſanè quàm uolent ſtultum, modo decorũ eſſe fateãtur. Quid enim magis quadrat, quàm ut ipſa Moria, ſuarum laudũ ſit buccinatrix, & αὐτὴ ἑαυτῇ αὐλῇ; Quis enim

me melius

*aures.* Sophiſtæ) *Olim ſophiſtæ dicebantur philoſophi & ſapientiæ profeſſores, deinde rhetores.* Poſtremo *abijt nomen in inuidiam, ut ſophiſtæ dicerentur, qui fictam quandam ſapientiæ ſpeciẽ iactitarent.* Infamem.) *Hoc ad Moriæ perſonam referendũ eſt apud quã uocari ſapientẽ contumelia eſt: ueluti apud aulicos, docti ſtulti uocãtur, apd' doctos uiciſſim aulici.* Non huius facio.) *Et hoc* δεικτικῶς *accipiendum, ut floccũ aut pilum oſtendat.* Modo decorum.) *Decorũ uocat non ſimpliciter, quod per ſe deceat, ſed quod ſtulticiæ perſonam deceat, ueluti non eſt decorũ lenoni loqui de fide.* Αὐτὴ ἑαυτῇ αὐλῇ.) *Id eſt,*

*Ipſa*

me melius exprimat quàm ipſa me? Niſi ſi cui forte notior ſim, ꝗ egomet ſum mihi. Quanq; ego hoc alioqui, nõ paulo etiam modeſtius arbitror, quàm id quod optimatum ac ſapientum uulgus factitat, qui peruerſo quodam pudore, uel Rhetorem quempiam palponem, uel poëtam uaniloquũ, ſubornare ſolent, eumq; mercede conductum, à quo ſuas laudes audiãt, hoc eſt, mera mendacia, & tamen uerecundus interim ille, pauonis in morem pẽnas tollit, criſtas erigit, cum impudens aſſentator nihili hominẽ, dijs æquiparat, cum abſolutum omnium uirtutum exemplar ꝓponit, à quo ſciat ille ſe plus ꝗ δὶς διὰ πασῶν abeſſe: cum corniculam alienis conueſtit plumis: cũ τὸν αἰθίοπα λευκαίνῃ, deniq;

*Ipſa ſui tibicina ſit.* Prouerbium eſt, ubi quis ſeipſum factis cõmendat. Tametſi hic aliò detorſit, nẽpe ad eam, quæ ſua iactat. Rhetorẽ palponem.) Si quis audiat ſolennes iſtas orationes, quæ habẽtur in publico apud Rhomanos pontifices, apud reges, apud principes, mirũ eſt, qua frõte uel iſti ſic audeant adulari, uel illi poſſint tam ineptas laudes audire. Nec dubito, quin iſta moleſta ſint cordatis principibus.

Verecundus ille) ironice dicit uerecũdum, impudentiſſimum ſignificans, qui talia poſſit audire. Δὶς διὰ πασῶν, (Id eſt, bis per omnia. Ea eſt muſicorũ harmonia, quam uulgo duplicem octauã uocãt. Abijt aũt in ꝓuerbiũ, quo maximũ interuallũ ſignificamus. Vide Chiliades Des. Eraſmi. Cũ τὸν αἰ-

Poëtæ & Rhetores.

ve, deniq; cũ ἐκ μύας τὸν ἐλέφαντα ποιεῖ. Poſtremo ſequor tritum illud uulgi ꝓuerbium, quo dicitur is recte laudare ſeſe, cui nemo alius contigit laudator. Quanq; hic interim demiror mortalium ingratitudinem dicam, an ſegniciem, quorum cũ omnes me ſtudioſe colant, meamq; libẽter ſentiant beneficentiam, nemo tamen tot iam ſeculis extitit, qui grata oratione Stulticiæ laudes celebrarit, cum nõ defuerint, qui Buſirides, Phalarides, febres quartanas, muſcas, caluicia, atque id genus peſtes, accuratis magnaq; & olei & ſomni iactura elucubratis laudibus uexerint. A me extemporariam quidem illam, & illaboratam, ſed tanto ueriorem audietis orationem. Id quod nolim exiſtimetis ad ingenij oſtentationem eſſe confictum, quemadmodum uulgus oratorum facit. Nam ij, ſicuti noſtis, cum orationem totis triginta annis elaboratam

*θίοπα λευκαίνει.) Id eſt Aethiopẽ dealbat, eſt prouerbiũ de re impoſſibili. Verum hic elegãter detorſit ad id, quod is qui niger eſt factis, hoc eſt infamis, ut candidus laudatur, & alius pingitur quàm eſt.* Ἐκ μύας τὸν ἐλέφαντα ποιεῖ.) *Id eſt, Ex muſca elephantem facit. Adagium eſt, cum quis rem nihili, uerbis attollit.*

*Vulgi ꝓuerbiũ.) Sic enim iocantur uulgo, ut cum quis de ſe prædicat arrogantius, ut dicant, malos habet uicinos & ob id cogitur ſe laudare.* *Phalarides.) Phalaridis Apologiam ſcripſit Lucianꝰ. De cæteris iã dictũ eſt.* *Olei & ſomni*

elaboratam, nonnunq̃ & alienam proferũt, tamen triduo ſibi quaſi per luſum ſcriptam, aut etiam dictatam eſſe deierant. Mihi porrò ſemper gratiſſimum fuit, ὅττι ἂν ἐπὶ γλῶτταν ἔλθοι dicere. At ne quis iã à nobis expectet, ut iuxta uulgarium iſtorum Rhetorũ cõſuetudinem, meipſam finitione explicem, porrò ut diuidã, multo minus. Nã utrũq; ominis eſt inauſpicati, uel fine circumſcribere eam, cuius numen tam late pateat, uel ſecare, in cuius cultũ om̃e rerũ genus ita cõſentiat. Tametſi quorſum tandẽ attinet mei uelut umbram atq; imaginẽ finitione repræſentare, cũ ipſam me corã p̃ſentes p̃ſentẽ oculis intueamini? Sũ etẽm uti uidetis, uera illa largitrix ἐάων quam latini Stulticiam, Græci μωρίαν appellãt. Quãq; quid uel hoc opus erat dicere, quaſi non ipſo ex uultu fronteq;, quod aiunt, ſatis quæ ſim præ me feram, aut quaſi ſi quis me Mineruã, aut Sophiam eſſe contendat, non ſtatim ſolo poſſit ob

*& ſomni iactura.) Quia uigilãt ad lucernam. ὅττι ἂν ἐπὶ γλῶτταν ἔλθοι) Id eſt, Quicqd in linguam uenerit. Prouerbiũ eſt ſumptum eſt ex Aeſchylo tragico poëta, citãte Platone. Porrò ut diuidam. Alludit ad dialecticos, quibus mos eſt primum definire, quod aggrediũtur. Largitrix ἐάων) id eſt, bonorũ. Alluſit huc quod Homerus ſubinde uocat deos δωτῆρας ἐάων, id eſt, largitores bonorũ. Fronteq;, quod aiũt.) Relucet enim in uultu quoq; ſtulticia aut*

Dialectici.

tutu coargui, etiam ſi nulla accedat oratio, minime mendax animi ſpeculum. Nullus apud me fucis loc⁹, nec aliud fronte ſimulo, aliud in pectore premo. Sumq; mei undiq; ſimillima, adeo ut nec ij me diſſimulare poſſint, qui maxime Sapientiæ perſonam ac titulum ſibi uendicant, καὶ ἐν τῇ πορφύρᾳ πίθηκοι, καὶ ἐν τῇ λεοντῇ ὄνοι obumbulāt. Quamuis autem ſedulo fingant, tamen alicunde prominētes auriculæ Midam produnt. Ingratum me Hercule & hoc hominum genus, qui cū maxime ſint noſtræ factionis, tamen apud uulgum cognominis noſtri ſic pudet, ut id paſſim aliis magni probri uice obijciant. Proinde cum ſint μωρότατοι re, cæterum ſophi ac Thaletes uideri uelint, nonne iure optimo μωροσόφους

*cia aut ſapientia hominis. Minime mendax.) Ex ſermone enim potiſſimū colligitur anim⁹ hominis. Καὶ ἐν τῇ πορφύρᾳ πίθηκοι, καὶ ἐν τῇ λεοντῇ ὄνοι obambulant.)*

Diſſimulata ſtulticia.

*Id eſt, Et in purpura ſimiæ, & in leonina pelle aſini, nam ſimiæ uulgo habentur in delitijs, & nō nunquàm ad luſum purpura ueſtiūtur. Eſt autem Græcum prouerbium in eos, qui magnificā perſonam præ ſe gerūt, cum ſint nebulones. Cui ſimile eſt quod ſubtexitur in exuuio leonis aſini. Notus eſt Apologus de aſino, q pelle leonis amictus, aliquādiu apud Cumanos habitus eſt pro leone, donec auricularum indicio deprehenſus, pœnas daret. Cū ſint μωρότατοι.) Id eſt, ſtultiſſimi. Thaletes.) Is fuit*

Simiæ.

φυς illos appellabimus? Viſum eſt em̃ hac quoq; parte noſtri tẽporis rhetores imitari, qui planè deos eſſe ſeſe credunt, ſi hirudinum ritu bilingues appareant, ac præclarũ facinus eſſe ducũt, latinis orationibus ſubinde græculas aliquot uoculas, uelut emblemata intertexere, etiam ſi nunc nõ erat his locus. Porrò ſi deſunt exotica, è putribus chartis, quatuor aut quinq; priſca uerba eruũt, quibus tenebras offundant lectori, uidelicet, ut qui intelligũt, magis ac magis ſibi placeant: qui nõ intelligunt, hoc ipſo magis admirẽtur, quo minus intelligunt. Quandoquidem eſt ſanè & hoc noſtratium uoluptatum genus non inelegans, q̃ maxime peregrina maxime ſuſpicere. Quod ſi q paulo ſunt ambitio

*Is fuit unus è numero ſeptem ſapientũ.* Μωροσόφυς.) *Dictio eſt compoſita, ex ſtulto & ſapiente, quaſi dicas, ſtulte ſapiẽtes.* Si hirudinum.) *Has uulgo ſanguiſugas uocant.* Eſt *aũt huic animanti lingula biſulca, ut tradit* Plinius. Emblemata.) *Id eſt, immiſſuras, id enĩ ſonat uox Græca, ſignificat autem theſſellas, ex q̃bus pingunt in opere muſeaco, aut quibus uariant pauimẽta, Hiſpani ex ligno ſimilia cõficiunt in mẽſis præcipue.* Di*cũtur autem emblemata* παρὰ τὸ ἐμβάλλειν, *id eſt, ab inijciendo.* Si deſint exotica.) *Id eſt, extraria, hoc eſt, alienæ linguæ, puta Græcæ aut Hebraicæ.* Noſtratium uoluptatum.) Noſtratium, *id eſt, ſtultorum, ut Cicero dixit:* Verba *ueſtratia.*

*Mixtura linguarum.*

Hirudo.

*Emblemata*] *Affectata obſcuritas.*

ambitioſiores, arrideant tamẽ & applaudant, atq; aſini exẽplo, τὰ ὦτα κινῶσι, quo cæteris probe intelligere uideantur. καὶ ταῦτα δὴ μοὺ ταῦτα. Nunc ad inſtitutum recurro. Nomen igitur habetis uiri. Quid addã epitheti? Quid niſi ſtultiſſimi? Nam quo alio honeſtiore cognomine Myſtas ſuos compellet dea ſtulticia? Sed quoniam non perinde multis notum eſt, quo genere prognata ſim, id iam Muſis bene iuuantibus exponere conabor. Mihi uero neq;

Ortus ſeu genꝰ ſtulticiæ.

*τὰ ὦτα κινῶσι.) Id eſt, aures moueant. Aſinus aures habet mobiles, ac prælongas. Et uidetur ualere aurium iudicio, cum ſit ſtolidiſſimus. Alluſum eſt autem ad prouerbium Græcorũ. καὶ ταῦτα δὴ μὰ ταῦτα.) Id eſt, Et hæc quidem hæc, uerba ſunt ridicule dicta à ſeruo Cariõe in Pluto Ariſtophanis. Idẽ eſt aliquoties apud Platonem. Viri quid addam.) Mos eſt addere epitheton aliquod honorificũ uiri fortiſſimi, aut uiri ſplendidiſſimi, aut aliud ſimile. Porrò hoc iocandi genus, ἀπροσδόκητον uocant, cum aliud expectatur, aliud ſuccedit.*

Myſtæ.

*Myſtas. (Myſtæ dicuntur initiati myſterijs alicuius numinis, unde & ſymmyſtæ dicũtur, ijſdẽ initiati ſacris. Dicũtur autẽ, παρὰ τὸ μυέω, quod eſt initio, quod à μύω, eſt occulto arcana myſteriorũ, quæ nefas erat reuelare, dicitur. Sed quoniã.) Alluſit ad partes laudatorij generis, qđ à natiuitate ſolet incipere. Muſis bene iuuãtibus.) Alludit ad morẽ ſcriptorũ, ut ſignificet rem fore poëticã ac fabuloſam.*

neque Chaos, neq; Orcus, neq; Saturnus, neq; Iapetus, aut alius id genus obſoletorum, ac putrium deorũ quiſpiam pater fuit. Sed πλȣ̃τος ipſe unus, uel inuitis Heſiodo & Homero, atque ipſo adeo Ioue, πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Cuius unius nutu, ut olim ita nũc quoq; ſacra, pphanáq; omnia ſurſum ac deorſũ miſcentur. Cuius arbitrio bella, paces, imperia, conſilia, iudicia, comitia, connubia, pacta, fœdera, leges, artes, ludicra, ſeria, iam ſpiritus me deficit: breuiter, publica priuatáque omnia mortaliũ negocia adminiſtrãtur. Citra cuius opẽ, totus ille poëticorum numinũ populus, dicam audacius, ipſi quoq; dij ſelecti, aut omino non eſſent, aut certe οἰκόσιτοι ſanè quàm frigide uictitarent.

*fabuloſam.* Chaos *neq; Orc⁹)* Ad hos *ueluti antiquiſſimos deos* Heſiodus *refert omniũ deorũ genus in* Theogonia. Chaos.

Sed *πλοῦτος.)* Id *eſt, diuitiæ: quanq̃ ea uox apud Græcos ſit maſculini generis, & numeri ſingularis.* Hunc *ueluti deum induat* Ariſtophanes. πλȣ̃τος.

Heſiodo *&* Homero.) Nam *apud utrũq; ſæpius eſt hoc hemiſtichiũ de* Ioue, πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, *id eſt,* Pater *hominũq; deûmq;.*

Dij *ſelecti.)* Nã *priſci theologi gentilium, duodecim deos ſelectos, hoc eſt, ſummos habebãt ueluti primates in tanta deorũ turba.*

οἰκόσιτοι.) οἶκος *domus,* σῖτος *cibus.* Vnde *qui domi capiũt cibum, & de ſuo uiuunt,* οἰκόσιτοι *uocantur.* Porrò, *ſunt qui ob parſimoniam domi tenuiſſimo utantur uictu, eoq; libẽter* οἰκόσιτοι.

tarēt. Quē quiſquis iratũ ha-
buerit, huic ne Pallas quidē
ſatis auxilij tulerit. Contra,
quiſquis propiciũ, is uel ſum-
mo Ioui, cũ ſuo fulmine man
dare laqueum poſſit. τούτου
πατρὸς εὔχομαι εἶναι. Atq; hic
quidem me progenuit non è
cerebro ſuo, quemadmodũ
tetricā illam ac toruam Palla
dem Iupiter, uerũ ex Neote-
te nympha multo omniũ ue-
nuſtiſſima, pariter ac feſtiuiſ-
ſima. Neq; rurſum id, triſti illi
alligatus cōiugio, quomodo
faber ille claudus natus eſt,
uerum quod non paulo ſua-
uius ἐν φιλότητι μιχθεὶς, quē
admodum noſter ait Home
rus. Genuit autē, ne quid er-
retis, non Ariſtophanicus ille
Plutus, iam capularis, iā ocu-
lis captus, ſed quondam inte
ger

*foris pranſitant.*

Pallas. *Ne Pallas quidē.) Palladem potiſſimũ nominat, quod dea ſapientiæ, ſtulticiæ ſit inuiſa, uel quod illa ſtrēnua ſit bellatrix, & patrē defenderit aduerſus gigantes.* τούτου πατρὸς εὔχομαι εἶναι.) *Id eſt, Huius patris glorior eſſe. Hemiſtichiũ eſt ſolenne apud Homerũ.* *Ex Neotete.) Id eſt, ex iuuentute: id enim ſonat Græce Neotes.*

Neotes. *Innuit autē ex diuitijs & iuuentute naſci potiſſimũ ſtulticiam.*

*Faber ille.) Vulcanũ ſignificat ridiculum, & tamen ex matrimonio natum, puta Iouis & Iunonis.* ἐν φιλότητι μιχθείς.) *Id eſt, In amore mixtus. Eſt autem hemiſtichium ſolenne apud Homerũ, quoties ſignificat furtiuũ concubitum, extra matrimoniũ.*

*Iam capularis.) Capulares dicũtur ſenes decrepiti. Talis*

*autem*

ger adhuc calidusq; iuuenta, neq; iuuēta ſolum, uerū multo magis nectare, quod tum forte in deorum cōuiuio largius ac meracius hauſerat. Quod ſi locum quoq; natalem requiritis, quandoquidē id hodie uel in primis ad nobilitatē intereſſe putant, quo loco primos ædideris uagit⁹, ego nec in erratica Delo, nec in undoſo mari, nec ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι ſum ædita, ſed in ipſis inſulis fortunatis, ubi ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα omnia proueniunt. In quibus neq; labor, neq; ſenium, neq; morbus eſt ullus, nec uſquam in agris

*autē inducitur Plutus apud Ariſtophanem. Calidusq; iuuenta.) Alluſit ad illud Horatianum, Nō ego hæc ferrem calidus iuuenta.* Patria.

*Erratica Delo.) Hic natus fuit Apollo cum ſua ſorore, quorum beneficio inſula prius fluitās, cœpit immobilis eſſe.* Delus.

*Nec in undoſo mari.) Nam hinc fingitur nata Venus. ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι.) Id eſt, In ſpecubus cauis. Eſt hoc carmen in primo Odyſſeæ libro, tum aliâs crebrum apud Homerum. ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα.) Id eſt, Inſeminata & inarata, hoc eſt, citra ſationē & citra arationem. Eſt autem prouerbium quoties utilitas contingit citra laborem. Eſtq; apud Lucianum in paraſito, & item in Rhetorum præceptore, ſumptum ex Homeri Odyſſeæ libro nono, Οὔτε φυτεύουσι χερσὶ φυτὸν, οὔτε ἀρόωσιν Ἀλλὰ τάγ᾽ ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται, id eſt, Neque plantant manibus plantam, neque arant, ſed inſeminata & inarata omnia creſcunt.*

*Aſphodelus,*

agris aſphodelꝰ, malua, ſquilla, lupinumue, aut faba, aut aliud hoc genus nugarũ conſpicitur. Sed paſſim oculis, ſimulatq; naribus adblandiuntur moly, panace, nepenthes, amaracus, ambroſia, lotus, roſa, uiola, Hiacynthus, Adonidis hortuli. Atq; in his quidẽ nata delicijs, nequaq̄ à fletu ſum auſpicata uitam, ſed protinus

*Aſphodelus, malua.*) Hæc *ſunt uilia, ac plebeis mẽſis apta, quæ* Lucianus *ſcripſit naſcı̃ in inſulis fortunatis, odit igitur hæc, ueluti ſobria, & tetricis apta.* De *aſphodelo & malua,* Heſiodus *in opere cui titulus,* ἔργα καὶ ἡμέραι, Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ, *id eſt,* Neq; *quàm in malua & aſphodelo magna utilitas.* L*upini meminit* Lucianus. μῶλυ.) Herbæ *ſunt fabuloſæ.* De Moly *meminit* Homerus Odyſſeæ κ. *quod dicit* Mercurium *dediſſe* Vlyſſi, *ut à ueneficijs* Circes *tutus eſſet.* Verſus Homeri *ſunt:* Ὣς ἄρα φωνήσας, πόρε φάρμακον ἀργειφόντης, Ἐκ γαίης ἐρύσας καί μοι φύσιν αὐτοῦ ἔδειξεν. Ρίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος. Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί, χαλεπὸν δέ τ' ὀρύσσειν Ἀνδράσι γε θνητοῖσι, θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται, id *eſt,* Sic *igitur dicens dedit medicamen* Mercurius, Ex *terra trahens & mihi naturam ipſius mõſtrauit.* R*adix quidem nigra erat, lacti autem ſimilis flos.* Moly *autem ipſum uocant dei, difficile autem fodere uiris mortalibus, dei autẽ omnia poſſunt.* Panace *dicitur efficax aduerſus omnes morbos.* Vnde *ut* Plinius *dicit, nomen habet,* πᾶν *omne,* ἄκεσις *medela, &* ἀκέω *medeor.* Nepenthes *triſticiam*

*Aſphodelus*

Moly.

Panace.

tinus blande arriſi matri. Iam uero nō inuideo τῷ ὑπάτῳ κρονίωνι capram altricem, cū me duæ lepidiſſimæ nymphæ ſuis aluerint mammis, Methe Baccho progenita, & Apædia Panos filia. Quas hic quoq; in cæterarū comitum, ac pediſequarū mearum conſortio uidetis. Quarū mehercle nomina, ſi uoletis cognoſcere, ex me quidem nō niſi Græce audietis. Hæc nimirum quam ſublatis ſupercilijs conſpicamini, φιλαυτία eſt. Huic, quā uelut arridentibus oculis, ac plaudentē manibus uidetis, κολακία nomē. Hæc ſemiſomnis ac dormitanti ſimilis, λήθη uocatur. Hæc

*triſtiaam diſcutit in cōuiuijs. Cætera nota ſunt. Arriſi matri.) Vulgo riſum tribuit ſtultis. Alluſit aūt ad hoc, quod prima uox hominis eſt ploratus. Et tamē legimus quoſdā natos ſtatim arriſiſſe matri, quod ſignum putant auſpicatiſſimum. Τῷ ὑπάτῳ κρονίωνι.) Id eſt, Summo Ioui, quem Saturniū, hoc eſt, Saturni filiū uocant. Eſt autem hemiſtichium Homeri cū. Capram altricem) Iupiter in Creta clàm eſt educatus lacte capræ, cuius cornu inter aſtra poſuit, non ingratus alumnus. Methe.) Id eſt, temulentia. Nam id Græce μέθη, cui apte tribuit patrem Bacchū uini autorem. Apædia.) Id eſt, imperitia. Pan autem craſſus, & agreſtis eſt iuxta fabulas. φιλαυτία.) Id eſt, amor ſui. Quanquam Græca uox fœminini generis eſt. Hāc ſublatis ſupercilijs fecit ob arrogātiā. κολακία.) Id eſt, adulatio, cuius eſt applaudere. λήθη.) obliuio.*

*Nutrices ſtulticiæ.*

*Comites Moriæ.*

*Methe.*

*Apædia.*

μισοπονία

Hæc cubito utroq; innitens, conſertisq; manibus, μισοπονία dicitur. Hæc roſeo reuincta ſerto, & undiq; delibuta unguentis, ἡδονή. Hæc lubricis & huc atq; illuc errãtibus luminibus, ἄνοια dicitͬ. Hæc nitida cute, probeq; ſaginato corpore, τρυφὴ nomen habet. Videtis & deos duos, puellis admixtos, quorum alterum κῶμον uocant, alterum νήγρετον ὕπνον. Huius, inquã, famulitij fidelibus auxilijs genus omne rerũ meæ ſubijcio ditioni, ipſis etiam imperãs imperatoribus. Genus, educationem, & comites audiſtis. Nũc, ne cui ſine cauſa uidear mihi deæ nomen uſurpare, quantis cõmoditatibus deos ſimul & homines adficiam, quamq; late meũ pateat numen, arrectis auribus accipite. Etenim ſi non inſcite ſcripſit quidam, hoc demum eſſe deum, iuuare mortales, & ſi merito in deorũ ſenatum aſciti ſunt, qui uinũ, aut frumentum, aut unam aliquam huiuſmodi cõmoditatem mortalibus oſtenderunt, cur non ego iure, deorum omniũ

*μισοπονία.) Id eſt, odium laborũ, uitium contrarium induſtriæ, quã Græci uocant φιλοπονίαν. ἡδονή.) Id eſt, uoluptas. ἄνοια) Id eſt, amentia. τρυφή.) Id eſt, delicia.) κῶμον.) Comũ Græci deũ faciunt temulentiæ & intẽperantiæ, ac iuuenilium compotationum.*

*Comus.*

*νήγρετον ὕπνον.) Id eſt, altiſſimũ ſomnũ, ſic enim uocat Homerus ſomnum, unde quis expergefieri non poſſit.*

*Diuinitas Moriæ.*

ἄλφα

ἄλφα

ἄλφα dicar, habeárque, quæ una omnib⁹ largior omnia? Principio quid eſſe poteſt uita ipſa uel dulcius, uel precioſius? At huius exordium cui tandem acceptum ferri conuenit, niſi mihi? Neque enim aut ὀβριμοπάτρης haſta Palladis, aut νεφεληγερέτου Iouis ægis, hominũ genus uel progignit, uel propagat. Verum ipſe deûm pater atq; hominum rex, qui totum nutu tremefactat olympum, fulmen illud triſulcũ ponat oportet, & uultum illum Titanicum, quo, cum lubet, deos omneis territat, planeq; hiſtrionum more, aliena ſumenda miſero perſona, ſiquando uelit id facere, quod nunq̃ non facit, hoc eſt παιδοποιεῖν. Iam uero Stoici ſe dijs proximos autumant.

*ἄλφα.) Id eſt, alpha, ita per iocum ſignificabãt primũ, quod literis olim notarent numeros. Vnde illud, Ego ſum alpha & ω. ὀβριμοπάτρης.) Hoc epitheton Homerus tribuit Palladi, q̃d fortem ac potentem habeat patrem Iouem. Eſt autem tetrica Pallas maxime cum uibrat haſtam. νεφεληγερέτου.) Id eſt, Nubium congregatoris: ſic enim ſubinde appellat Homerus Iouẽ νεφεληγερέτα ζεύς. Aegis.) Eſt clypeus Iouis, ex pelle capræ altricis, hanc obtendit cum ſæuit, non cum amat. Titanicum.) Id eſt, toruum. Nam Titanes uocantur antiquiſſimi deorũ. Porrò ſenes tetrici dicuntur τιτανώδεις, id eſt, Titanicũ obtuentes, qui toruo truculẽtoq; ſunt aſpectu. παιδοποιεῖν.) παῖς puer, ποιεῖν facere, hoc eſt, liberis creãdis operam dare,*

*Initiũ uitæ deberi ſtulticiæ.*

*Titanes.*

παιδοποιεῖν

tumant. At date mihi terq́ꝫ quaterq́ꝫ, aut ſi libet, ſexcẽties Stoicum, tamen huic quoqꝫ, ſi non barba inſigne ſapiẽtiæ, etiam ſi cum hircis cõmune, certe ſupercilium erit ponendum, explicanda frons, abijcienda dogmata illa adamantina, ineptiendum ac delirandum aliquãtiſper. In ſumma, me, me inquàm, ſapiẽs ille accerſat oportet, ſi modo pater eſſe uelit. Et cur non apertius meo more uobiſcũ fabuler? Quæſo, num caput, num facies, num pectus, nũ manus, num auris, quæ partes honeſtæ putant, progenerãt deos aut homines? Non opinor, imò ea pars adeo ſtulta, adeò ꝙ ridicula, ut nec nominari citra riſum poſſit, humani generis eſt propagatrix. Is eſt ſacer ille fons, unde uitam hauriunt omnia uerius, quàm ille Pythagoricus quaternio. Age uero, qui uir obſecro matrimonij capiſtro uelit præbere os, ſi quemadmodum iſti ſapientes facere conſueuerunt, prius eius uitæ incommoda ſecum perpenderit: aut quæ tandem mulier uirum admiſſura ſit, ſi partus periculoſos

*dare, ſic uerecunde uocant habere rem cum muliere. Dogmata.) Id eſt, decreta: ſic enĩ uocantur placita philoſophorum. Adamantina, uocat quod certiſſima habeantur.*

*Pythagoricus.) Alluſit ad carmen uulgatiſſimũ Pythagoræ. Ναὶ μὰ τὸμ ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παράδοντα τετρακτὺν παγὰμ ἀενάου φύσεως, id eſt, per animæ noſtræ dantem quaternionem fontẽ pepetuæ naturæ.*

*Reclamante*

*Dogmata.*

*Pudẽda mẽbra ſine riſu non nominantur.*

*Matrimonium à ſtulticia.*

*Coit⁹ à partu repetit⁹.*

periculoſos labores, ſi educationis moleſtiã, uel norit, uel cogitarit? Porrò ſi coniugijs debetis uitam, coniugium autem debetis ἀνοίᾳ pediſequæ mihi nimirũ quid debeatis, intelligitis. Tum quæ ſemel hæc experta, denuo repetere uelit, niſi λήθης præſens numen adfuerit? Neq; uero id Venus ipſa, uel reclamãte Lucretio unq̃ inficias iuerit, ſine noſtri numinis acceſſiõe, ſuã uim mancam atq; irritã eſſe. Itaq; ex noſtro illo temulento ridiculoq; luſu, proueniũt, & ſupercilioſi philoſophi, in quorum locum nunc ſucceſſere, quos uulgus monachos appellat, & purpurei reges, & pij ſacerdotes, Poſtremo totus etiam ille deorum poëticorum cœtus, adeo frequens, ut turbam uix iam ipſe capiat olympus, tametſi ſpacioſiſſimus. At ſanè parum mihi uitæ ſeminarium, ac fontem deberi, niſi quicquid in omni uita cõmodi eſt, id quoq; totum oſtendero mei muneris eſſe. Quid autem uita hæc, num omnino uita uidetur appellanda, ſi uoluptatem detraxeris?

*Reclamante Lucretio.) Nam is in carmine ſuo tribuit Veneri rerũ omniũ gignendarum uim, ac principatum.*

*Vulgus Monachos.) Quod olim apud Hebræos erãt filij prophetarum, quod apud Græcos & Indos philoſophi hoc apud Chriſtianos monachi uidẽtur eſſe.*

*At ſanè pa.) Oſtẽdit ſtulticia uitæ initium ſibi deberi, nũc demõſtrat & omnia uitæ cõmoda à ſe profici ſci*

*Cõmodauitæ ex ſtulticia.*

Applauſiſtis. Equidē ſciebam neminem ueſtrum ita ſapere, uel deſipere magis, imò ſapere potius, ut in hac eſſet ſentētia. Quāq̃ ne Stoici qdē iſti uoluptatem aſpernantur, tametſi ſedulo diſſimulant, milleq; conuicijs eam apud uulgus dilacerant, nimirū ut deterritis alijs, ipſi prolixius fruantur. Sed dicāt mihi per Iouem, quæ tandem uitæ pars eſt, nō triſtis, nō inſeſtiua, nō iuenuſta nō inſipida, nō moleſta, niſi uoluptatē, id eſt, ſtulticiæ cōdimētum adiunxeris? Cuius rei cum ſatis idoneus teſtis eſſe poſſit, ille nunq̃ ſatis laudatus Sophocles, cuius extat pulcherrimum illud de nobis Elogium, ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος, tamē age, rem omnē ſigillatim aperiamus. Principio quis neſcit primam hominis ætatē multo lætiſſimam, multoq; omnibus gratiſſimam eſſe? Quid eſt enim illud in infantibus, quod ſic exoſculamur, ſic amplectimur

*ſci.* Applauſiſtis) *Innuit ſtultis ita maxime uideri, uitā abſq; uulgaribꝰ iſtis uoluptatibus nō eē expetēdā.* Vel deſipere potius) *Quāto cum decoro perſonæ, uariat correctionem? Porrò qđ alijs eſt deſipere, id eſt ſtulticiæ ſapere.*

*Cōdimentū uitæ ſtulticia.*

Vt deterritis alijs) *Alluſit ad Philoxenum, in pulpamentum, naſi mucū emungere ſolitū, ut alijs auerſantibus cibum, ipſe ſolus ueſceretur.* Elogiū, ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος.) *Verſus eſt ſenarius Iambicus, id eſt, In nihil ſapiendo uita iucundiſſima. Ni fallor, uerba ſunt Aiacis, dolentis quod ab inſania reſipuerit.*

*Infantia ſtulta.*

plectimur, ſic fouemus, ut hoſtis etiã huic ætati ferat opẽ, niſi ſtulticiæ lenociniũ, quod data opera prudens natura, recens natis adiunxit, ut aliquo uoluptatis uelut autoramento, & educantium labores delinire queãt, & tuentiũ fauores eblandiant̃? Deinde quæ ſuccedit huic adoleſcẽtia ꝙ eſt apud om̃es gratioſa, ꝙ cãdide fauẽt oẽs ꝙ ſtudioſe ꝓuehũt, ꝙ officioſe porrigũt auxiliares manus? At unde q̃ſo iſta iuuentæ gratia? unde niſi ex me? Cuius beneficio ꝙ minimũ ſapit, atq; ob id ꝙ minime ringitur. Mentior, niſi mox ubi grandiores facti per rerũ uſum, ac diſciplinas uirile quiddam ſapere cœperint, cõtinuo defloreſcit formæ nitor, langueſcit alacritas, frigeſcit lepos, labaſcit uigor. Quoq; longius à me ſubducitur, hoc minus minuſq; uiuit, donec ſuccedat τὸ χαλεπὸν γῆρας, id eſt, moleſta ſenectus, non iã alijs modo, uerũ etiã ſibimet inuiſa. Quæ qdẽ prorſum nulli mortaliũ foret tolerabilis, niſi rurſũ tãtorũ miſerta laboꝝ dextra adeſſem, & quẽadmodũ dij poëtaꝝ ſolẽt peũtib⁹ aliq̃ metamorphoſi ſuccurrere, itidẽ

*puerit. Eſt ſimilis fabella apud Horatiũ de quodam Argiuo, expoſtulãte cũ amicis, quod illorũ opera reſtitutus eſſet ab inſania. Τὸ χαλεπὸν γῆρας.) Id eſt, moleſta ſenectus Nam id epitheti ſubinde tribuit illi Homerus. Aliqua metamorphoſi.) Id eſt transformatione, ut Phaëtontem in cygnum, Alcyonem in auem transformãt. Iam*

*Adoleſcẽtia*

*Virilis ætas.*

*Senectus*

*Repuereſcẽtia.*

*Obliuio ſenilis.*

*Iam capulo.) Id eſt, morti, unde & capulares ſenes uocantur, admodũ defecti ætate. Capulus autem eſt loculus, quo cadauera efferuntur. παλίμπαιδας.) Id eſt, iterũ pueros, quod ad pueritiam rediſſe uidentur. Notum eſt prouerbiũ, Bis pueri ſenes, ad quod alluſit. Ad Lethes) Quoniam paulo ſuperius lethen, id eſt obliuionẽ, unam ex ſuis fecit pediſequis. Innuit autem ſenes obliuioſos eſſe, & ob id iucundius uiuere, quod multorũ uitæ malorum non meminerint. Odi puerũ.) Senarius eſt prouerbialis, & citatur ab Apuleio, in apologia magiæ ſecunda.*

ego quoq; iam capulo proximos denuo quoad licet, ad pueritiã reuocarẽ. Vnde nõ abs re uulgus eos παλίμπαιδας appellare conſueuit. Porrò ſi quis transformãdi rationem requirat, ne id quidẽ cœlarim. Ad Lethes noſtræ fontem, nam in inſulis fortunatis oritur, ſiquidẽ apud inferos tenuis modo riuulus labitur, eos produco, ut ſimul atque illic longa potarint obliuia, paulatim dilutis animi curis repubeſcant. At iſti iam delirant, inquiunt, iam deſipiunt. Eſto ſanè. Sed iſtuc ipſum eſt repuerafcere. An uero aliud eſt puerum eſſe quàm delirare, quàm deſipere? An non hoc uel maxime in ea delectat ætate, quod nihil ſapit? Quis enim non ceu portentũ oderit, atq; execretur puerum uirili ſapientia? Aſtipulatur & uulgo iactatũ prouerbium, Odi puerulum præcoci ſapientia. Quis autem ſuſtineret habere cõmercium aut

*conſuetudinẽ*

conſuetudinem cum eo ſene, qui ad tantam rerũ experientiam, parem animi uigorem, iudiciiq́ʒ acrimoniam adiunxiſſet? Itaque delirat ſenex meo munere. Sed tamen delirus iſte meus interim miſeris illis curis uacat, quibus ſapiens ille diſtorquetur. Interim non illepidus eſt compotor. Non ſentit uitæ tædium, quod robuſtior ætas uix tolerat. Nõnunq́ʒ cum ſene Plautino ad tres illas literas reuertitur, infeliciſſimus ſi ſapiat. At interim meo beneficio felix, interim amicis gratus, ne congerro quidem infeſtiuus.

*ſecunda.* Præcox *autem dicitur, qđ ante tempus matureſcit.*

Præcox.

*Ad tres literas) Ita quidam ſenex apud* Plautum *ait, ſe tres didiciſſe literas, a, m, o,* Sic *enim innuit ſe cœpiſſe amare.* Melle *dulcior)* Sic *enim ſcripſit* Homerus Iliad. α τὴν λειριόεσσαν.) Id *eſt, floridam.* Sic *enim ait* Iliados. γ. *de ſenibus ſe*

Quandoquidem & apud Homerum è Neſtoris ore fluit oratio melle dulcior, cũ Achillis ſit amarulenta, & apud eũdẽ ſenes in mœnibus cõſidentes, τὴν λειριόεσσαν uocem ædunt. Quo quidem calculo ipſam etiam ſuperant pueritiã, ſuauem quidem illam, ſed infantem, ac præcipuo uitæ oblectamento, puta garrulitate carentem. Addite huc quod pueris quoque gaudeãt impenſius ſenes, ac pueri uiciſſim ſenibus delectantur, ὡς αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον. Quid enim inter illos non conuenit, niſi quod

*Garrula ſenectus.*

*bus ſedentibus,* ἐπὶ σκαίῃσι πύλῃσι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι, *id eſt, ſuper læuas portas uocẽ floridam mittunt. Eſt autem tacita alluſio ad* λῆρον, *quod nugas ſignificat, Minimum diſcrimen eſt inter* λῆρον *&* λείριον, *id eſt, inter nugas & florem.* ὡς αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον, *id eſt, ut ſemper ſimilem ducit deus ad ſimilẽ. Verſus eſt Homericus ex Ili.*

λῆρος

λείριον

hic rugoſior & plures numerat natales? Alioqui capillorũ albor, os edentulum, corporis modus minor, lactis appetentia, balbuties, garrulitas, ineptia, obliuio, incogitantia, breuiter omnia cætera congruũt. Quoq; magis accedũt ad ſenectam, hoc propius ad pueritiæ ſimilitudinem redeunt, donec puerorum ritu, citra uitæ tædium, citra mortis ſenſum emigrant è uita. Eat nũc qui uolet, & hoc meum beneficium cum reliquorum deorum metamorphoſi comparet. Quicquid irati faciant, non libet commemorare, ſed quibus quàm maxime propitij ſunt, eos ſolent in arborem, in auem, in cicadam, aut etiã in ſerpentem transformare: quaſi uero nõ iſtuc ipſum ſit perire, aliud fieri. Ego uero hominem eundem optimæ ac feliciſſimæ uitæ parti reſtituo. Quod ſi mortales prorſus ab omni ſapientiæ cõmercio temperarent, ac perpetuo mecum ætatem agerent, ne eſſet quidem ullum ſenium, uerum perpetua iuuenta fruerentur felices. An nõ uidetis tetricos iſtos, & uel philoſophiæ ſtudijs, uel

*Studia & occupatiões seniũ accelerant.*

diis,uel ſeriis & arduis addictos negociis,plerūq; priuſq̄ planè iuuenes ſint,iam conſenuiſſe,uidelicet curis, & aſſidua acriq; cogitationum agitatione ſenſim ſpiritus & ſuccum illum uitalem exhauriēte? Cum contra Moriones mei pinguiculi ſint, & nitidi, & bene curata cute, planè χοῖροι, quod aiunt, ἀκαρνάνιοι, nunq̄ profecto ſenectutis incommodum ullum ſenſuri, niſi nōnihil, ut fit, ſapientum contagio inficerentur. Adeo nihil patitur hominum uita, omni ex parte beatum eſſe. Accedit ad hæc uulgati prouerbii non leue teſtimonium, quo dictitant, Stulticiā unam eſſe rem, quæ & iuuentam alioqui fugaciſſimam remoretur, & improbam ſenectam procul arceat. Vt non temere de Brabantis populari ſermone iactatum ſit. Cum cæteris

*ex Iliados. ε. χοῖροι ἀκαρνάνιοι.) Id eſt porci Acarnanii, in delicatos ac nitidos dicebatur, fortaſſis quod ea regio pinguiſſimos mitteret porcellos.* Porci Acarnanii.

*De Brabantis.) Nulla natio, nec humanior nec melior q̄ Brabantorum. Verū ob perpetuam hilaritatem, quam illis nec ſenecta adimit dictū eſt hoc, ioco uulgari prouerbium, Brabātus quo natu grandior, hoc ſtultior.*

*Hollandi mei.) Et hæc laudatiſſima gens eſt, tamen ob ingenii ſimplicitatem, & mores minime fucatos, uulgo ſtulti uocantur, prouer-* Brabanti.

cæteris hominibus ætas prudentiam adferre ſoleat, hos quo propius ad ſenectam accedunt, hoc magis atque magis ſtulteſcere. Atqui hac gente non eſt alia, uel ad communem uitæ conſuetudinem feſtiuior, uel quæ minus ſentiat ſenectutis triſticiam. His quidem ut loco, ita & uitæ inſtituto confines ſunt Hollandi mei, cur enim non meos appellem, uſqꝫadeo ſtudioſos mei cultores, ut inde uulgo cognomē emeruerint? cuius illos adeo non pudet, ut hinc uel præcipue ſeſe iactitent. Eant nunc ſtultiſſimi mortales, & Medeas, Circes, Veneres, Auroras, & fontem neſcio quem requirant, quo ſibi iuuentā reſtituant, cū id ſola præſtare & poſſim & ſoleam. Apud me ſuccus eſt il-

le miri

*Hollandi.*

*Stulticia remoratur ſenium.*

*prouerbio iocoſo. Porrò quod dicit, mei, non ad Eraſmum, qui Hollandus eſt, ſed ad ſtulticiæ perſonam referri debet. Medeas, Circes, Veneres.) Medea magicis herbis ſenibus reuocauit iuuentutem. Circe item ſua uirga ſuóque poculo uertebat homines in quas uellet formas, Venus Phaonem ex ſene fecit adoleſcentem elegantiſſimum, adeo ut poſtea à Saphone deamaretur. Aurora ſucco ſuo iuuentutem produxit in plurimos annos ſuo Tithono. Et fontem, neſcio quē.) Significat fontem iuuentutis appellatum in quem ingreſ-*

*ſi ſenes*

le mirificus, quo Memnonis filia Tithoni aui ſui iuuẽtam prorogauit. Ego ſum Venus illa, cuius fauore Phaon ille repubuit, ita ut à Saphone tantopore deamaretur. Meæ ſunt herbæ, ſi quæ ſunt, mea precamina, meꝰ ille fons, qui non ſolum reuocat elapſam adoleſcentiam, ſed, quod eſt optabilius, perpetuã ſeruat. Quod ſi omnes huic ſententiæ ſubſcribitis, adoleſcentia nihil eſſe melius, ſenectute nihil deteſtabilius, quantũ mihi debeatis uidetis opinor, quæ tantum bonũ retineam, tanto excluſo malo. Sed quid adhuc de mortalibus loquor? Cœlum omne luſtrate, & mihi meum nomen opprobret, licebit, quicunqꝫ uolet, ſi quem omnino deorum reppererit non inſuauem & aſpernabilem, niſi meo numine cõmendetur. Etenim cur ſemper ephebus & comatus Bacchus? Nempe quia uecors ac temulentus, cõuiuijs, ſaltationibus, choreis, luſibus uitam omnẽ tranſigens, ne tantulum quidem habet cum Pallade commercij. Deniqꝫ tantũ abeſt, ut ſapiens haberi poſtulet, ut ludibrijs ac iocis coli gaudeat. Neque

*ſi ſenes repubeſcant.*

*Meum nomen.) Id eſt, Stultam me uocet. Semper ephebus.) Veteres Bacchũ puerili ſpecie, & promiſſis capillis fingebant, teſte Macrobio.*

*Ludibrijs ac iocis.) Sentis de perſonis, oſcillis, & utribus unctis, de quibus meminit Vergilius in Georgicis.*

Μορύχȣ

*Bacchus.*

*Deos ipſos ſtulticia cõmendari.*

prouerbio offenditur, quod illi fatui cognomentum attribuit, id eſt huiuſmodi, μορύχου μωρότερος. Porrò Morycho nomen uerterunt, quod illũ pro templi foribus ſedentem, muſto ficiſq; recẽtibus, agricolarum laſciuia conſueuerit oblinere. Tum autem quid non ſcõmatum in hunc uetus iacit comœdia? O'inſulſum, inquiunt, deum, & dignum qui ex inguine naſceretur. At quis nõ malit hic fatuus & inſulſus eſſe, ſemper feſtiuus, ſemper pubeſcens, ſemper omnibus luſus ac uoluptatem adferens, quàm uel ἀγκυλομήτης ille Iupiter omnibus formidabilis, uel Pan ſuis tumultibus omnia ſenio uitiãs, uel fauillis oppletus Vulcanus, ac ſemper officinæ laboribus ſqualidus, aut Pallas etiã ipſa, ſua Gorgone & haſta terribilis καὶ ἀεὶ ἐνορῶσα δριμύ. Cur

*Morychus.*

*Μορύχου μωρότερος.) Id eſt, Morycho ſtultior: lege Chiliades Eraſmi, in quibus erudite iuxta ac copioſe prouerbiũ hoc explicatur.*

*Vetus iacit comœdia.) Nam Ariſtophanes in Ranis, ridiculum induat Bacchum, Herculis ornatu ad inferos euntem, ut tragicos audiat. Ex inguine) Nam Bacchus bis natus fingitur, ſemel ex matre, ſemel ex Iouis femore.*

*Dij iocoſi & dij ſeueri.*

*Ἀγκυλομήτης.) Hoc cognomen Homerus ſubinde tribuit Ioui, q̃d aliud oſtendat, & aliud habeat in animo.*

*Pan.) Is deus putatur immittere ſubitos terrores, q̃ Panici uocãtur, & ſenex fingitur. Fauillis.) Quod faber ſit ærarius. Καὶ ἀεὶ ἐνορῶσα δριμύ.)*

μύ. Cur ſemper puer Cupido? Cur, niſi quia nugator eſt, καὶ μηδὲν ὑγιὲς neq; facit, neq; cogitat? Cur aureæ Veneri ſemper uernat ſua forma? Nimirum, quia mecum habet affinitatē, unde & patris mei colorē uultu refert, atque hac de cauſa eſt apud Homerum, χρυσῆ ἀφροδίτη. Deinde perpetuo ridet, ſi qd modo poëtis credimus, aut horum æmulis ſtatuarijs. Quod numen unquam religioſius coluere Romani, quàm Floræ omnium uoluptatum parentis? Quanquā ſi quis etiam tetricorum deorum uitam diligentius requirat ab Homero, reliquiſque poëtis, reperiet ſtulticiæ plena omnia. Quid enim attinet reliquorum facta cōmemorare, cum Iouis ipſius fulminatoris amores ac luſus probe noritis? cum ſeuera illa Diana

*μύ.) Id eſt, Semper intuēs toruc: ſic enī apud Lucianū, Cupido ait ſe deterreri, ne Palladem adeat, quod ſemper ſit toruis oculis. Μηδὲν ὑγιές.) Id eſt, nihil ſanū. Eſt Græcis prouerbium, cum omnia ſcelerata ac ſtulta ſignificant.*

*Aureæ Veneri.) Sic enim uocat Homerus, χρυσῆ ἀφροδίτη, tum Iliados ε. tum alibi frequenter. Perpetuo ridet.) Sic eam fingit Homerus multis locis, unde φιλομειδὴς dicitur. Theocritus in Cerioclepta, χὰ μάτηρ γελάσασα, id eſt, Et mater, Venus uidelicet ridens. & idem in Daphnide, Ἦνθε γε μὰν ἁδεῖα καὶ ἁ κύπρις γελάοισα, id eſt, Venit dulcis Venus ridens. Et Vergilius: Olli ſubridens.*

Diana oblita ſexus, nihil ali‑ud quàm uenetur, Endymionem interim deperiens? Verũ illi ſua facinora à Momo audiant malim, à quo ſæpius quondam audire ſolebant. Sed hunc nuper irati unà cũ Ate in terras præcipitem dederunt, quod ſapientia ſua felicitati deorum importunus obſtreperet. Neq; mortaliũ ullus exulem dignatur hoſpitio, tantũ abeſt ut illi in principum aulis ſit locus, in quibus tamen mea κολακία primas tenet, cui cum Momo non magis conuenit, quàm cum agno lupis. Itaq; ſublato illo, iam multo licêtius ac ſuauius nugantur dij, uere ῥᾷον ἄγοντες, ut inquit Homerus, nullo

*ſubridens.* Nihil *aliud q̃ uenetur.*) Id *eſt, tantũ uenetur.* Sic Quintilianus: Nihil *aliud quàm flebat.* Endymionem.) Nota *eſt fabula de* Luna *ad* Endy*mionem deſcendẽte.* Momo.) Is *deus eſt reprehenſionis, apud* Platonẽ. Hũc Lucianus *fingit libere aduerſus* Iouem, *& alios deos, loquẽtem in concilio.* Et *uetus eſt fabula, illum* Palladis, Vulcani, *ac* Promethei *carpſiſſe opera.* Ate) *Græce ſonat noxa.* Hanc Homerus *fingit à* Ioue *in terram deturbatã, & huius opera inter mortales diſſidia naſci.* Mea κολακία.) Id *eſt, adulatio, quam pediſequam fecit.* ῥᾷον ἄγοντες.) Id *eſt, facile agentes.* Sic *&* Terẽtius, *quàm uos facillime agitis, de diuitibus loquens, quorum uita facilior & expedita.* Theocritus *item in* Cyclope, οὕτω γοῦν ῥᾷστα διᾶγ᾽ ὁ κύκλωψ ὁ παρ᾽ ἡμῖν, *id ẽ,* Sic *igitur facillime egit* Cyclops

*apud*

Momus.

Adulatio grata principum aulis.

Ate.

nullo uidelicet cēſore. Quos em̄ nō præbet iocos ficulnus ille Priapus? Quos nō ludos exhibet furtis ac præſtigijs ſuis Mercuri⁹? Quin & Vulcanus ipſe in deorū conuiuijs γελοτοποιὸν agere cōſueuit, ac modo claudicatione, modo cauillis, modo ridiculis dictis exhilarare compotationem. Tum & Silenus ille ſenex amator, τὴν κόρδακα ſaltare ſolitus, unà cū Polyphemo

*apud nos. Ficulnus ille.) Alluſit ad Horatianum Priapum, quem ille ficulnū facit in ſatyris. Olim truncus eram ficulnus inutile lignum. Tum Græcis quicquid cōtemnūt, ficulnum dicitur, ut in ſuis Chiliadibus teſtatur Eraſmus. Ac præſtigijs.) Lucianus narrat illum Vulcani forcipem furatum. Item Apollinis boues, tum & ſagittas præſtigijs ademit. γελωτοποιὸν.) Id eſt, morionem, ſic enim uocant Græci, qui riſum mouere ſtudeat. Sic apud Homerum, Vulcanus in cōuiuio deorum miniſtrat, & claudicatione riſum mouet. Tum calicem porrigens matri, ridicula quædam loquitur, ut rixam diſcutiat inter Iouem & Iunonem. Vnde Homerus loquens de Vulcano Iliados α.* Ἄσβεστος δ᾽ ἄρ᾽ ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν, ὡς ἴδον Ἥφαιστον διὰ δώματα ποιπνύοντα, *id eſt, Inextinguibilis igitur motus eſt riſus beatis dijs, Vt uiderunt Vulcanum per domus ſeruientem. Senex amator.) Hic nymphas perſequitur, & inſidiatur apud Ouidium.* τὴν κόρδακα.) *Cordax genus ridiculæ ſaltationis ac ruſticanæ, cuius meminit Lucianus in libro de ſaltatione, meminit & Pollux libro quarto, capite decimotertio.*

*Voluptates deorum.*

*Ficulnus.*

*Vulcanus.*

*Cordax.*

mo τὴν ξετανελό, Nymphis τὴν γυμνοπόδιον ſaltantibus. Satyri ſemicapri Atellanas agitant, Pan inſulſa quapiam cantiuncula riſum omnibus mouet, quē ita malunt, quàm ipſas audire muſas, præcipue cū iam nectare cœperint madere. Porrò quid ego nunc cōmemorem, quæ probe poti dij poſt conuiuiū agitent? adeo me hercle ſtulta, ut ipſa nonnunquã à riſu temperare nequeam. At ſatius eſt in his Harpocratis meminiſſe, ne quis forte nos quoque Corycæus aliquis deus auſcultet, ea narrãtes, quæ ne Momus quidem impune proloquutus eſt. Sed iam tempus eſt, ut ad Homericum exemplar, relictis cœlitib⁹ uiciſſim in terrã demigrem⁹, quámque ibi nihil

*tio; περὶ εἰδῶν ὀρχήσεως. τὴν ξετανελό.) Vox ficta, qua repræſentatur ſaltatio Cyclopis Polyphemi, unde & Horatius: Saltaret uti Cyclopa rogabat. Meminit Ariſtophanes in Pluto. Γυμνοπόδιον.) Et hoc ſaltationis genus à nuditate pedum dicta: γυμνὸν enim nudum, ποῦς pes dicitur.*

Atellanæ. *Atellanas.) Atellanæ ſaltationis eſt genus, in quo obſcœnis geſticulationibus libido repræſētabatur, ab Atella ciuitate uocatum. Pan.) Nam & is fiſtulam habet, ſed agreſtem.*

Harpocrates· *Harpocratis.) Is erat ſilentij deus.*

Corycæus. *Corycæus.) Græci prouerbio Corycæos uocãt, qui clanculum auſcultant, & explorant quid agatur: uide in Chiliadibus. Ad Homericum exemplar.) Nam huic mos eſt, nunc quid agant dij in cœlo, nunc quid homines in terris;*

Ibi nihil lætum, aut felix, niſi meo munere, diſpiciamus. In primis uidetis, quãta prouidentia natura parens & humani generis opifex, illud cauerit, ne uſquam deeſſet ſtulticiæ condimentum? Etenim cum Stoicis definitoribus nihil aliud ſit ſapiẽtia, quàm duci ratione, cõtra ſtulticia, affectuũ arbitrio moueri, ne planè triſtis ac tetrica eſſet hominum uita, Iupiter quanto plus indidit affectuũ quàm rationis? quaſi ſemiunciam cõpares ad aſſem. Præterea rationẽ in anguſtum capitis angulum relegauit, reliquũ omne corpus perturbationibus reliquit. Deinde duos quaſi tyrãnos uiolentiſſimos uni oppoſuit iram, quæ præcordiorum arcem obtinet, atq; adeo ipſum uitæ fontẽ, cor, & concupiſcentiam, quæ ad imam uſq; pubem latiſſime imperium occupat. Aduerſus has geminas copias quantum ualeat ratio, cõmunis hominũ uita ſatis declarat, cum illa, quod unum licet, uel uſq; ad rauim reclamat, & honeſti dictat formulas, uerum hi laqueum regi ſuo remittunt, multoq;

*ris, uiciſſim miſcere narrationem. Semiunciã ad aſſem*) *Id eſt, uigeſimamquartam partem ad totum. Ridicule autẽ meminit aſſis & unciæ, quæ ſunt ponderum nomina, cum de rebus animi loquatur. Rationẽ in anguſtum.*) *Sic Plato rationẽ in cerebro collocat, irã in pectore, in inferioribus cõcupiſcẽtiam. Vſq; ad rauim.*) *Id eſt, uſq; ad raucedinem. Plautinum prouerbium eſt.*

*Ad*

*Stulticia naturalis homini.*

toq; odioſius obſtrepunt, donec iam is quoque feſſus ultro cedit, ac manus dat. Cæterum quoniam uiro adminiſtrandis rebus nato, pluſculum de rationis unciola erat aſpergendum, ut huic quoq; pro uirili conſuleret, me ſicut in cæteris in cõſilium adhibuit, moxq; conſilium dedi me dignũ: nempe uti mulierem adiungeret, animal uidelicet ſtultum quidem illud atq; ineptum, uerum ridiculum & ſuaue, quo conuictu domeſtico, uirilis ingenij triſticiam, ſua ſtulticia condiret atq; edulcaret. Nam quod Plato dubitare uidetur, utro in genere ponat mulierem, rationalium animãtium, an brutorum, nihil aliud uoluit, quàm inſignem eius ſexus ſtulticiam indicare. Quod ſi qua forte mulier ſapiens haberi uoluit, ea nihil aliud agit, quàm ut bis ſtulta ſit, perinde quaſi bouẽ aliquis ducat ad ceroma, inuita reluctanteq;, ut aiunt, Minerua. Cõduplicat enim uitium, quiſquis contra naturam uirtutis fucum inducit, atq; aliò deflectit ingenium. Quemadmodũ iuxta Græcorum prouerbium, ſimia ſemper eſt ſimia, etiam ſi purpura ueſtiatur: Ita mulier ſemper mulier eſt, hoc eſt ſtulta, quamcunq; perſonam induxeris. Neq; uero mulierũ genus uſq; adeo ſtultũ arbitror, ut eã ob rem mihi ſuccenſeant, quod illis & ipſa mulier, & ſtulticia ſtulticiam attribuam

*Mulier ſtultũ animal.*

*Bis ſtulta mulier quæ ſapere uelit*

*Ad ceroma.) Vnguenti genus eſt, quo inungebantur athletæ.*

*Iſtiuſmodi*

attribuam. Etenim ſi rem recta reputent uia, hoc ipſum ſtulticiæ debẽt acceptum ferre, quod ſint uiris multis calculis fortunatiores. Primum formæ gratiam, quã illæ merito rebus omnibus anteponunt, cuiusq́ præſidio in tyrãnos etiã ipſos tyrannidẽ exercent. Alioqui unde nam horror ille formæ, hiſpida cutis, & barbæ ſylua, planè ſenile quiddam in uiro, niſi à prudentiæ uitio, cum fœminarũ ſemper læues malæ, uox ſemper exilis, cutis mollicula, quaſi perpetuam quandam adoleſcentiã imitẽtur? Deinde quid aliud optant in hac uita, quàm ut uiris q̃maxime placeant? Nónne huc ſpectant tot cultus, tot fuci, tot balnea. tot compturæ, tot unguenta, tot odores, tot componendi, pingendi, fingendiq́ uultus artes? Iam num alio nomine uiris magis cõmendatæ ſunt, quàm ſtulticiæ? Quid enim eſt, quod illi mulieribus nõ permittunt? At quo tandem autoramento, niſi uoluptatis? Delectant autem non alia re, quàm ſtulticia. Id eſſe uerum non ibit inficias, quiſquis ſecum reputarit, quas uir cum muliere dicat ineptias, quas agat nugas, quoties fœminea uoluptate decreuerit uti. Habetis igitur primum & præcipuum uitæ oblectamentũ, quo fonte proficiſcatur. Sed ſunt nonnulli, cum primis autem ſenes bibaces quidẽ illi magis quàm mulieroſi, qui ſummam uoluptatẽ in compotationibus conſtituunt. Equidem an ſit ullum lautum conuiuium, ubi mulier non ad-

*Quæ commoda fœminis è ſtulticia.*

*Voluptas conuiuiorũ.*

ſit,uiderint alij.illud certe cõſtat,citra ſtulticiæ cõdimẽtũ, nullum omnino ſuaue eſſe. Adeo ut ſi deſit qui ſeu uera, ſeu ſimulata ſtulticia riſum moueat,γελωτοποιὸν quempiam uel mercede conductũ accerſant, aut ridiculũ aliquẽ paraſitum adhibeant, qui ridendis,hoc eſt, ſtultis dicterijs,ſilentium ac triſticiam cõpotationis diſcutiat. Quorſum enim attinebat tot bellarijs,tot lauticijs, tot cupedijs onerare uentrem,niſi & oculi pariter & aures, niſi totus animus, riſu iocis, leporibus paſceretur? At iſtiuſmodi tragematũ ego ſum architectrix unica. Quanquam illa ipſa iã in conuiuijs ſolennia, regem ſortiri talis, luſitare teſſeris, Philoteſijs inuitare, certare συμπεριφοραῖς, ad Myrtum canere,ſaltare,geſticulari,non à ſeptem Græciæ ſophis,uerũ à nobis ad humani generis ſalutem reperta ſunt. Atqui omnium huiuſmodi rerum ea natura eſt, ut quo plus habeant ſtulticiæ,hoc

*Tragemata.*

*Iſtiuſmodi Tragematum.) Tragemata uocant Græci quæ Latini bellaria uocant,nempe ſecũdæ menſæ delitias.*

*Regem ſortiri talis.) Rex dicebatur qui ſingulis præſcribebat,quantum deberent bibere.*

*Philoteſiæ.*

*Philoteſijs.) Græci,* φιλοτησίας *uocant, quibus & hodie noſtrates utuntur, cũ in amicitiæ ſignum prælibant alicui,ac deinde porrigũt poculum.* συμπεριφοραῖς.) *Id eſt,circũlatiõibꝰ.Sic enim uocant,cum dicẽdi, canendi, bibendiq́; uices, ordine ꝑ oẽs circũferuntur. Ad Myrtum canere.) olim*

ciæ, hoc plus conferant uitæ mortalium, quæ ſi triſtis ſit, ne uita quidē appellanda uideatur. Triſtis autē euadat, oportet, niſi cognatum tædiū, hoc genus oblectamentis abſterſeris. Sed erunt fortaſſis, qui hoc quoq; uoluptatis genus negligant, & in amicorū charitate & conſuetudine acquieſcant, amicitiam dictitantes unam rebus omnibus anteponendam, quippe rem uſq; adeo neceſſariam, ut nec aër, nec ignis, nec aqua magis. rurſum adeo iucundam, ut qui hanc de medio ſuſtulerit, ſolem ſuſtulerit, adeo deniq; honeſtam, ſi quid tamen hoc ad rem pertinet, ut nec ipſi philoſophi uereantur eam inter præcipua bona commemorare. Sed quid, ſi doceo me huius quoque tanti boni, & puppim eſſe & proram? Docebo aūt nō Crocodilitis, aut

*Olim qui canere iubebatur, Myrteum ramum accipere ſolitus erat, ab eo qui ante cecinerat, atq; is finita cantiōe tradebat, quem uellet poſt ſe canere, ut copioſius explicat Eraſmus in ſuis Chiliadibus.* Ne uita quidem.) *Vnde ueteres uiuere dicebāt, genialiter agere læteq;. Catullus, Viuamus mea leſbia, atq; amemus.* Nec aër, nec ignis.) *Ita M. Tullius in Lælio de amicitia.* Et puppim eſſe & prorā) *Prouerbialiter dixit, præcipuum autorem & fontem. Nā qui puppim ac prorā nauis habet, totam habet nauim.*

*Viuere.*

*Nec amicitiam cōſtare ſine ſtulticia.*

Crocodilitis.) *Crocodilites genus eſt ſyllogiſmi captioſi, quē dialectici fingūt: Crocodilū ꝓpoſuiſſe mulieri, cuius*

*Crocodilites.*

 *filium*

aut Soritis ceratinis, aut aliĳs
id genus dialecticorum argu
tĳs, ſed pingui, quod aiunt,
Minerua, rem digito prope/
modum oſtendam. Age, con
niuere, labi, cæcutire, halluci/
nari in amicorum uitĳs, quæ/
dam etiam inſignia uitia pro
uirtutibus amare, mirariq́, an
non ſtulticiæ uidetur affine?
Quid cum alius exoſculatur
næuum in amica, alium dele/
ctat polypus Agnæ, cum fi/
lium ſtrabonem appellat pe/
tum pater, quid inquam, hoc
eſt, niſi mera ſtulticia? Cla/
ment terq́ quaterq́, ſtulticiã
eſſe: atqui hæc una ſtulticia,
& iungit iunctos, & ſeruat
amicos

*filium rapuerat. Si*
*dixeris, inquit, uerũ*
*reddam tibi filium.*
*Illa reſpondit, non*
*reddes. Et ergo red*
*de, quia uerũ dixi.*
*Imò, inquit, ſi reddi*
*dero, non dixeris ue*
Sorites. *rũ. Soritis.) Sori*
*tes ſyllogiſmus eſt,*
*quẽ Cicero uocat ac*
*eruale, qđ aceruã dis*
*paulatim ſingl'is ſal*
*lat, ut decẽ nũmi nõ*
*faciunt diuitẽ, quid*
*ſi unum addas? quid*
*ſi etiam unum? Ita*
*fiet ut nunq̃ fias di/*
*ues, ſi nũq̃ unus nũ*
*mus facit diuitem.*
*Dicitur autem* ἀπὸ τοῦ σοροῦ, *id eſt, à cumulo ſiue acer/*
*uo. Ceratinis.) Quos Latini cornutos uocant, cũ è duo*
*bus quicqd reſponderis, in te retorquetur. Huiuſmodi ſyl/*
*logiſmis ueteres dialectici ludebant. Dicitur aũt* ἀπὸ τοῦ
Polypus. κέρατος, *id eſt, cornu. Polypus.) Alluſit ad uerſus Ho*
*ratianos. Polypus uitiũ eſt nariũ graue olentiũ. Agnã uo*
*cat amicã. Strabonẽ appellat petũ.) Strabonẽ eſſe uitiũ*
*eſt oculorũ diſtortorũ. Petũ eſſe, leuius eſt: nã petis oculis*
*pingebatur Venus, qđ id uideatur amatoriũ. Et iungit*
*iunctos*

amicos. De mortalibus loquor, quorum nemo ſine uitijs naſcitur, optimus ille eſt, qui minimis urgetur: cum interim inter ſapientes iſtos deos, aut omnino non coaleſcit amicitia, aut tetrica quædã & inſuauis intercedit, nec ea niſi cum pauciſſimis, nam cum nullis dicere religio eſt, ꝓpterea quod maxima pars hominum deſipit, imò nullus eſt, qui non multis modis deliret, & non niſi inter ſimiles cohæret neceſſitudo. Qđ ſi quando inter ſeueros iſtos coierit mutua beneuolẽtia, ea certe haud quaq̃ ſtabilis eſt, nec admodum duratura, nimirũ inter moroſos & plus ſatis oculatos, ut qui in amicorum uitijs tam cernunt acutum, quàm ut aquila, aut ſerpens Epidaurius. At ipſi in proprijs uitijs quàm lippiunt, & quàm non uident manticam in tergo pendentem? Itaque cum ea ſit hominum natura, ut nullum ingenium reperiatur, nõ magnis obnoxium uitijs. Adde tantam animorum ac ſtudiorum diſſimilitudinem, tot lapſus, tot errata, tot caſus uitæ mortalis, quo pacto uel horam conſtabit inter Argos iſtos ami

*iunctos.)* Et hoc carmen eſt Horatianũ, ut eſt illud: Nam uitijs nemo ſine naſcitur. Et illud: Quàm aut aquila, aut ſerpens Epidaurius.

*Manticam in tergo.)* Et hoc prouerbium in eos qui aliorum cernunt uitia, ſua non uident. Natum ex Aeſopi fabula. Perſius: Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere nemo. Sed præce

Aſperitas in amicitia.

citiæ iucunditas, niſi acceſſerit ea, quam mire Græci εὐήθειαν appellant, hanc ſeu ſtulticiam, ſeu morum facilitatem uertas licebit. Quid autē? an non Cupido ille omnis neceſſitudinis autor & parens, prorſum oculis captus eſt? cui quemadmodum τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται, itidē inter uos quoq; efficit, ut ſuū cuiq; pulchrum uideatur, ut caſcus caſcam, perinde ut pupus pupam deamet. Hæc paſſim & fiunt & ridentur, ſed tamen hæc ridicula iucundam uitæ glutinant copulantque ſocietatem. Porrò quod de amicitia dictū eſt, id multo magis de coniugio ſentiendum, quod quidem nihil eſt aliud,

*præcedenti ſpectatur mantica tergo.*

Inter Argos iſtos.) *Argos uocat plus ſatis oculatos. Nā ut Ouidius ait: Cinctum luminibus centum caput Argus habebat.* τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται) *i. nō pulchra pulchra uidētur. He miſtichiū eſt Theocriti de amante. Sic enī ait in Idyllio. 3.* Ἦ γὰρ ἔρωτι πολλάκις ὦ Πολύφαμε τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται) *i. Etenim amori ſæpe ó Polypheme, quæ non pulchra, pulchra uidentur. Cæcus enim amor à poëtis fingitur &* τυφλοῦται τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον, *ut ait Plato, id eſt, Excæcatur amans circa amatum.* Caſcus caſcam.) *Id eſt, uetulus uetulam. Sic enim priſci Latini loquebantur. Eſtq; prouerbium.* Pupus.) *Pupum antiqui puerum uocabant, pupam puellam.*

Amor cæc⁹ iudex.

Pupus.

Diuortijs

aliud, quàm indiuidua uitæ cõiunctio. Deum immortalẽ, quæ non diuortia, aut etiã diuortijs deteriora paſſim acciderent, niſi uiri fœminæqꝫ domeſtica cõſuetudo, per adulationem, per iocum, per facilitatem, errorem, diſſimulationem, meũ utiqꝫ ſatellitiũ, fulciretur, alereturqꝫ? Papæ, quàm pauca coirẽt matrimonia, ſi ſponſus prudenter exquireret, quos luſus delicata illa, ſicuti uidetur, ac pudens uirguncula iam multo ante nuptias luſerit? Tum quanto pauciora cohærerent inita, niſi plurima uxorũ facta per uiri uel negligentiam, uel ſtuporem laterent? Atque hæc quidem merito ſtulticiæ tribuuntur, uerũ ea interim præſtat, ut marito iucunda ſit uxor, uxori iucundus maritus, ut tranquilla domus, ut maneat affinitas. Ridetur, cuculus, curruca, & quid non uocatur, cum mœchæ lachrymas labellis exorbet. At quanto felicius, ſic errare, quàm zelotypiæ diligentia cũ ſeſe cõficere, tũ oĩa miſcere tragœdijs? In ſũma uſqꝫadeo nulla ſocietas nulla uitæ coniunctio, ſine me uel iucunda, uel ſtabi-

*Diuortijs deteriora.) Significat ueneficia, aut homicidia.*

*Cuculus, curruca.) Sic uulgo uocant maritũ uxoris parũ pudicæ. Quãq̃ Plautus cuculũ uocat maritũ foris amantẽ aliã, qđ hæc auis oua ponat in nido alieno. Iuuenalis currucã uocat maritũ uxoris parũ caſtæ, quod alienos alat pro ſuis. Tu tibi nũc curruca places.*

*Sibi qſq; puteat.) Putere dicit̃ qđ moleſtũ eſt ac diſplicet.*

Pro Nireo.

*Non conſtare coniugiũ ſine ſtultiã.*

Cuculus.

Curruca.

*Nulla ſocietas hominũ abſq; ſtulticia.*

lis eſſe poteſt, ut nec populus principem, nec ſeruum herus, nec heram pediſequa, nec diſcipulū præceptor, nec amicus amicum, nec maritum uxor, nec locator conductorem, nec contubernalis contubernalem, nec conuictor conuictorem diutius ferat, niſi uiciſſim inter ſeſe nunc errent, nunc adulentur, nunc prudentes conniueant, nunc aliquo ſtulticiæ melle ſeſe deliniant. Iā hæc ſcio uideri maxima, ſed audietis maiora.

*Nemo ſibi ipſi charus abſq; ſtulticia.*

Quæſo num quenquàm amabit, qui ipſe ſemet oderit? Num cum alio concordabit, qui ſecum ipſe diſſidet? Num ulli uoluptatem adferet, qui ſibimet ipſi ſit grauis ac moleſtus? Iſtud opinor nemo dixerit, niſi qui ſit ipſa ſtultior ſtulticia. Atqui ſi me excluſeris, adeo nemo poterit alterum ferre, ut ipſe etiam ſibi quiſque puteat, ſua cuiq; ſordeant, ſibi quiſque ſit inuiſus. Quandoquidem id mali natura, non paucis in rebus nouerca magis quàm parens, mortalium ingenijs inſeuit, præcipue paulo cordatiorum, ut ſui quenq; pœniteat, admiretur aliena.

*Forma.*

Quo fit ut omnes dotes, omnis elegantia, decorq; uitæ uitietur, pereatq;. Quid enim proderit forma, præcipuum deorum immortalium munus, ſi putiditatis uitio contaminetur?

*Iuuentus.*

Quid iuuenta, ſi ſenilis triſticiæ fermento corrumpatur? Deniq; quid in omni uitæ munere uel tecum, uel apud alios acturus es cū decoro:

eſt

eſt em̃ non artis modo, uerũetiam omnis actio- nis caput, decere qđ agas, niſi adſit dextra hæc Philautia, quæ mihi merito germanæ eſt uice? Adeo ſtrẽnue meas ubiq; ptes agit. Quid autẽ æque ſtultum, atq; tibiipſi placere? teipſum admirari? At rurſum quid uenuſtum, quid gratioſum, quid non indecorum erit, quod agas, ipſe tibi diſplicens? Tolle hoc uitæ condimentũ, & protinus frigebit cum ſua actione orator, nulli placebit cũ ſuis numeris muſicus, explodetur cum ſua geſticulatione hiſtrio, ridebitur unà ſuis cum muſis poëta, ſordebit cum arte pictor, eſuriet cũ pharmacis medicus. Poſtremo pro Nireo Therſites, pro Phaone Neſtor, ꝓ Minerua ſus, pro facũdo infans, pro urbano ruſticus uideberis. Intantũ neceſſe eſt, ut ſibi quoq; quiſq; blandiat̃, & aſſentatiuncula quapiã ſibi prius cõmendetur, quàm aliis poſſit eſſe cõmendatus. Deniq; cum præcipua felicitatis pars ſit, ut quod ſis, eſſe uelis, nimirum totũ hoc præſtat compendio mea Philautia,

*Actionis decorum.*

Pro Nireo Therſites.) *Vterque eſt apud* Homerum. Ni*reum dicit fuiſſe omnium formoſiſſimũ, qui ad* Troiam *uenerunt,* Therſitẽ *omniũ maxime deformem.* Phaone Neſtor.) Phaon *beneficio* Veneris *è ſene reuocatus eſt ad adoleſcentiã.* Neſtor *tria ſecula uixit, teſte* Homero Iliados α. Quod ſis, eſſe uelis.) Hemiſtichiũ *eſt* Martialis.

*Sibi quiſq; placet per ſtulticiam.*

tia,ut neminem ſuæ formæ,neminem ſui inge-nij,neminem generis,neminem loci, neminem inſtituti, neminē patriæ pœniteat,adeo ut nec Hirlandus cum Italo,nec Thrax cum Atheni-enſi, nec Scytha cum inſulis fortunatis cupiat permutare. Et ô ſingularem naturæ ſollicitudi-nem,ut in tāta rerū uarietate paria fecit omnia. Vbi dotibus ſuis nonnihil detraxit, ibi pluſcu-lum Philautiæ ſolet addere, quanquam hoc ipſum ſtulte profecto dixi,cū hæc ipſa dos ſit uel maxima. Vt ne dicā interim, nullum egre-giū facinus adiri,niſi meo impulſu, nullas egre-gias artes,niſi me autore fuiſſe repertas. An nō omniū laudatorum facinorū ſeges ac fons eſt bellum? Por rò qd ſtultius,quàm ob cau ſas,neſcio quas,certamē eiuſ-modi ſuſcipere, unde pars utraque ſemper plus aufert incommodi quàm boni? Nam eorum qui cadunt,ue-luti Megarenſium οὐδεὶς λό-γος. Dein cum iam utrinq; cōſtitere ferratæ acies,& rau-co crepuerunt cornua cantu, quis oro ſapientum iſtorum uſus? Qui ſtudijs exhauſti, uix tenui frigidoq; ſanguine ſpiritum ducunt. Craſſis ac pinguibus

*Bellum ex ſtulticia naſcitur.*

*Megarēſes.*

*Megarenſium οὐ δεὶς λόγος,) Id eſt Nullus reſpectus. Prouerbiū eſt apud Theocritum,ex oraculo natum,quo reſponſum eſt Megarenſes neque tertios eſſe, neq; quartos, perinde quaſi in nullo ſint numero, de quibus nulla ſit mētio. Et rauco.) Hemiſtichiū eſt Vergilianū. Craſſis ac pinguibus*

pinguibus opus eſt, quibus quàm plurimum adſit audaciæ, mentis quàm minimũ. Niſi ſi quis Demoſthenẽ militẽ malit, qui Archilochi ſequutus conſilium, uix conſpectis hoſtibus, abiecto clypeo fugit, tã ignauus miles, quàm orator ſapiens. Sed cõſilium, inquiunt, in bellis plurimum habet momenti. Equidem fateor in duce, uerum id quidem militare, non philoſophicum, alioqui paraſitis, lenonibus, latronibus, ſicarijs, agricolis, ſtupidis, obæratis, & huiuſmodi mortaliũ fece res tam præclara geritur, non philoſophis lucernarijs. Qui quidem quàm ſint ad omnẽ uitæ uſum inutiles, uel Socrates ipſe unus Apollinis oraculo ſapiens, ſed minime ſapienter iudicatus, documento eſſe poteſt, qui neſcio quid publice conatus agere, ſummo cum omniũ riſu diſceſſit. Quanquam uir is in hoc nõ uſquequaq; deſipiat, quod ſapientis

*pinguibus*) Hoc ex *Ariſtotelis ſentẽtia, qui putat eos q minime ualẽt ingenio, plus pollere audacia. Nã craſſus ſanguis, quo abundant robuſti, ut robur auget, ita ingeniũ craſſum efficit. Contra, ſanguis tenuis, ex quo ſpiritus tenues exhalant, ut corpuſculum imbecillum & meticuloſum, ita ingenium acutum timidumq; efficit.*

*Per peſſimos & ſtultiſſimos bellum optime geritur.*

*Demoſthenẽ.*) *Nam is abiecto clypeo fugit, unde Rhipſaſpis dictus eſt, ut Plutarchus in eius uita.*

*Demoſthenes.*

*Archilochi ſequutus cõſilium.*) *Lacedæmonij Archilochũ poẽtã è finibus ſuis excedere coẽgerũt: quod in epigrãmate quodã gloriatus eſſet*

*Archilochus.*

pientis cognomen nō agnoſcit, atque ipſi deo reſcribit, quodq́; cēſet ſapienti à Rep. tractanda abſtinendum eſſe, niſi quod potius monere debuerat, à ſapientia temperandum ei, qui uelit in hominū haberi numero. Deinde qd eundem accuſatum ad cicutam bibendam adegit, niſi ſapientia? Nam dum nubes & ideas philoſophatur, dum pulicis pedes metitur, dum culicum uocem miratur, quæ ad uitam cōmunē attinent, non didicit. Sed adeſt præceptori de capite periclitanti diſcipulus Plato, egregius ſcilicet patronus, qui turbæ ſtrepitu offenſus, uix dimidiatā illam periodum pronunciare potuit.

*ſet ſe clypeum abiciſſe, quaſi id conſultius ſit, quàm mori ĩ pugna.* Autor Plutarchus *ĩ apophthegmatis Laconicis: lege prouerbium in Chiliadibus, Abiecit haſtam.* Ad cicutā.) *Herba eſt mortifera, unde Socrates bibit potionem.*

*Dum nubes) Ita Ariſtophanes inducit eum adorantem nubes tanquā deos.*

*Nec ad dicē dū idoneos eſſe qui ſapiunt.*

*Et ideas.) Alludit ad ideas Platonicas, quas irriſit & Ariſtoteles. Dum pulices pedes) Hoc quoq; de eodem fingit in Nubibus Ariſtophanes, irridens illius mathematicam. Dum culicum uocem.) Eſt & hoc in eadem fabula. Socratem fingit diſputantem, unde tantam uocem emittat culex, tantillum animal. Qui turbæ ſtrepitu.) Hoc in eius uita legitur, & extat initium illius orationis: quanquam omnium natu minimus adſum &c. cum alioqui in ſcholis & circulis eſſet omnium facundiſſimus.*

De Theophraſto

tuit. Iam quid dicã de Theophraſto? qui progreſſus in concionem, repente obmutuit, perinde quaſi lupo conſpecto, qui militẽ animaſſet in bello? Iſocrates ob ingenij timiditatem nec hiſcere unꝙ eſt auſus. M. Tullius eloquẽtiæ Romanæ parens, ſemper indecora trepidatione, perinde quaſi puer ſingultiẽs exordiri conſueuit. Idq́ Fabius interpretatur cordati oratoris & periculum intelligentis argumentum. Verum cum hoc dicit, an non palàm fatetur, ſapiẽtiam obſtare ad rem probe gerendam? Quid iſti faciẽt, cum res ferro geritur, qui tũ metu exanimantur, cũ nudis uerbis eſt decertandũ? Et poſt hæc celebratur, ſi dijs placet, præclara illa Platonis ſententia, beatas fore reſpublicas, ſi aut imperent philoſophi, aut philoſophẽtur imperatores. Imò ſi conſules hiſtoricos, reperies nimirũ nullos reipublicæ peſtilentiores

fuiſſe

*De Theophraſto.)* Is Ariſtotelis diſcipulus, ab eloquentia nomen etiã inuenit, & tamen quia non exercitatus, apud populum dicturus obmutuit.

*Quaſi lupo conſpecto.)* Lupus etiã ſi prius hominem uideat, uocem adimere putatur. *Iſocrates* ſcripſit plurimas orationes, nullam egit cauſam, quod uoce eſſet exili, & natura timidus, ut in illius uita legitur. *M. Tullius.)* Hoc uitij Tullius ipſe fatetur.

*Si aut imperẽt.)* Non hæc dicuntur ex animo, ſed ad Moriæ perſonã reſpiciens ludit, cum autor ipſe longe diuerſa ſentiat.

Alter

Theophraſtus.

Iſocrates.

Pernicioſos eſſe Reip. ſapientes.

fuiſſe principes, quàm ſi quã do in philoſophaſtrũ aliquẽ aut literis addictum inciderit imperiũ. Cuius rei ſatis, opinor, faciunt fidem Catones: quorum alter inſanis delationibus Reip. tranquillitatem uexauit, alter libertatẽ P. R. dum nimium ſapiẽter uindicat, funditus ſubuertit. Adde his Brutos, Caſſios, Gracchos, ac Ciceronem etiam ipſum, qui non minus peſtilens fuit Romanorũ Reip. quàm Demoſthenes Atheni enſiũ. Porrò M. Antonius, ut donemus bonum imperatorem fuiſſe, nam id ipſum extorquere poſſim, fuit enim hoc ipſo nomine grauis, atque inuiſus ciuibus, quod tã philoſophus eſſet. Sed tamen ut donemus

*Alter inſanis.*) De Cenſorio loquitur, qui quadragies accuſatus, ſemper abſolutus eſt, ipſe ſeptuagies ac ſæpius alios reos fecit, ut in eius uita narrat Plutarchus, & Plinius in ſeptimo. *Alter.*) Vticenſem intellige, qui prouocato Cæſare, ſubuertit libertatem Romanam. *Brutos, Caſſios*) Hi Iulium occiderunt: ac poſtea uicti, manu ſua ſibi necem conſciuerunt. *Gracchos.*) Tiberium & Caiũ, uterque eloquens, uterque ſeditioſus, uterque per tumultum perijt: lege Plinium de uiris illuſtribus. *Ciceronem.*) Cicero Antonium in perniciem reipublicæ prouocauit. *Demoſthenes.*) Et hic Athenienſes ad bellum aduerſus Philippum ſuſcipiendum incitauit: quæ res eis uertit male. *M. Antonius.*) Hic Pius dictus eſt, & cognominatus Philoſophus, uir omnium laudatiſſimus,

*Cato Cenſorius.* *Gracchi.* *M. Antoni⁹*

donemus fuiſſe bonũ, at certe peſtilentior fuit Reip. tali relicto filio, ꝙ fuerat ſua adminiſtratione ſalutaris. Quãdoquidem ſolet hoc hominum genus, qui ſe ſapientiæ ſtudio dediderunt, cum cæteris in rebus, tum præcipue in liberis propagãdis infeliciſſimum eſſe, prouidẽte opinor natura, ne malum hoc ſapientiæ inter mortales latius ſerpat. Itaq; Ciceroni degenerẽ fuiſſe filiũ conſtat, & ſapiens ille Socrates liberos habuit matri ſimiliores quàm patri, ut non omnino peſſime ſcripſit quidã, id eſt, ſtultos. Sed utcunque ferendum, ſi tantum ad publica munia forent ὄνοι πρὸς λύραν, niſi ad omnem prorſus uitæ functionem nihilo eſſent dexteriores. Ad conuiuium adhibe ſapientem, aut triſti ſilentio, aut moleſtis quæſtiunculis obturbabit. Ad chorum aduoca, camelum ſaltare dices. Ad publicos ludos trahe, ipſo uultu populi uoluptatibus obſtabit, & cogetur è theatro migrare ſapiens

*datiſſimus, ſed Commodi illaudatiſſimi pater. Ne malum hoc ſapientiæ.) An nõ hic palàm ludit, & ſtulticiam loqui facit, non ſuum animum? Itaq; Ciceroni.) Cicero filius Ciceronis, temulentus, ignauus, moroſus, nulla in re ſimilis patri, niſi in feſtiuitate, ut teſtatur Seneca. Socrates liberos.) Ita teſtatur Seneca: nã uxorem habuit Socrates moroſam, ac rixoſam, ut teſtatur Gellius. Ὄνοι πρὸς λύραν.) Id eſt, Aſini ad lyram, prouerbium eſt.*

*Sapiens*

*Sapientum ſtulti filij.*

*Ciceronis filius.*

*Ad omnem uitæ conſuetudinẽ inepti ſapientes.*

ſapiens Cato, quãdoquidem ſupercilium non poteſt ponere. In colloquium inciderit. repente lupus in fabula. Si quid emendum, ſi contrahendum, breuiter ſi quid eorum agendum, ſine quibus hæc quotidiana uita tranſigi non poteſt ſtipitem dicas ſapientem iſtum, non hominem. Vſq; adeo neq; ſibi, neque patriæ, neq; ſuis uſquã uſui eſſe poteſt, propterea quod communiũ rerum ſit imperitus, & à populari opinione, uulgaribusq; inſtitutis longe lateq; diſcrepet. Qua quidẽ ex re odiũ quoq; cõſequatur neceſſum eſt, nimirũ ob tantã uitæ atq; animorum diſſimilitudinem. Quid enim omnino geritur inter mortales nõ ſtulticiæ plenum, idq; à ſtultis, & apud ſtultos? Quod ſi quis unus uniuerſis uelit obſtrepere, huic ego ſuaſerim, ut Timonem imitatus, in ſolitudinem aliquã demigret, atq; ibi ſolus ſua fruatur ſapientia.

*Sapiens Cato.) Eſt apud Martialẽ de Catone Cẽſorio, qui cum ſederet in theatro, nec auderent agere, qui acturi erant Floralia, in quibus mulieres nudæ & uiri turpiter ſaltabant, iuſſus eſt aut mutare uultũ, aut exire, exiuit itaq;. Lupus eſt in fabula.) Prouerbiũ eſt de ſubito ſilẽtio, in medio ſermone oborto. Timonẽ) Timon Athenienſis offenſus hominum moribus, abijt in ſolitudinem, & mortalium omniũ conſortia fugit, adeo ut ſepulchrum quoque illius à continente ſit undis maris auulſum. Extat de hoc Luciani dialogꝰ ab Eraſmo uerſus.*

*Sapientia odiũ parit.*

Amphionis

ſapiẽtia. Verũ ut ad id, quod inſtitueram, reuertar, quæ uis ſaxeos & agreſtes illos homines in ciuitatẽ coẽgit, niſi adulatio? Nihil em̃ aliud ſignificat illa Amphionis & Orphei cithara. Quæ res plebem Romanam iam extrema molientem, in concordiam ciuitatis reuocauit? Num oratio philoſophica? Minime. Imò ridiculus

*Amphionis & Orphei.) Eſt in fabulis, Amphione canente, ſaxa ſua ſponte in ſtructurã murorum coijſſe, atq; ita cantu, non manibus extructas fuiſſe Thebas. De Orpheo quoq; fabulantur, ſaxa & quercus, cantu illius commota fuiſſe. Id Horatius interpretatur agreſtem multitudinem, quam per ſaxa & quercus intelligi uoluit, illorum ſuauiloquentia, in ciuitatis formam fuiſſe coactam. Ac pueriles apologus.) Cum plebs Romana ære alieno demerſa, autore Sicinio, in ſacrum montem à patribus ſeceſſiſſet atq; ita de republica actum eſſe uideretur, Patres Menenium Agrippam oratorem ad plebem miſerunt, qui huiuſmodi apologo, plebem patribus reconciliauit. Tempore, inquit, quo in homine, non ut nunc, omnia in unum conſentiebant, ſed ſingulis membris, ſuum cuiq; cõſilium, ſuus ſermo fuerat, indignatas reliquas partes, ſua cura, ſuo labore, ac miniſterio, uentri omnia quæri, uentrem in medio quietũ, nihil alid', ꝗ̄ datis uoluptatib⁹ frui, conſpiraſſe inde, ne manus ad os cibũ ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent. Ac ita cum uentrem fame domare uellent, ipſa una membra, totũq; corpus, ad extremam tabem ueniſſe, inde apparuiſſe uentris quoq; haud ſegne miniſteriũ*

Stulticia Reſp. conſtituit.

Menenius Agrippa.

culus ac puerilis apologus de uẽtre, reliquiſq; corporis mẽbris confictus. Idem ualuit Themiſtoclis apologus conſimilis de uulpe & ericio. Quæ ſapientis oratio tantundem potuiſſet, quantum cõmenticia illa cerua Sertorij potuit, quantum Laconis illius

*eſſe, quippe qui ſanguinem hũc, quo uiuimus, uigemuſq;, mitteret in oẽs corporis partes. Hocq; apologo, oſtendens iram plebis in patres ſimilẽ eſſe inteſtinæ illi membrorũ ſeditioni, flexit mentes hominum. Hæc fermè Liuius, primæ Decadis libro ſecundo.*

Themiſtocles. *Themiſtoclis apologus.) Themiſtocles populũ Athenienſem, ægre ferentem auariciam magiſtratus, huiuſmodi apologo deterruit à rebus nouandis. Vulpecula ſitibunda, æſtate media, ſole feruẽte, dum foſſam ingreſſa, aquam quærit, luto à ſole indurato inhæſit, inibiq; muſcæ totum uulpeculæ corpus obſidentes, ſanguinem omnẽ exugebant. Quod erinacius, foſſæ ripam forte fortuna prætergrediens, cõſpicatus, uulpeculæ uolens ſuppetias ferre, muſcas ſpinis illis ſuis abegere parabat. Ibi uero uulpecula obſecrans, ne muſcas abigeret, dixit, Iſtę nũc ſanguinis ſaturæ ſunt, quas ſi abegeris, aliæ famelicæ in horum locum ſuccedentes, quicquid ſanguinis reliquum fuerit, prorſus ebibent.*

Sertorius. *Cerua Sertorij.) Plutarchus in uita Sertorij refert eum, cum Iberiam ſibi ſubieciſſet, Barbaros hoc modo illuſiſſe. Ceruam candidi coloris, ſic manſuefactã, ut uocantem exaudiret, & uidentem ſequeretur, iactabat ſibi à Diana miſſam, multaq; ſe per illam edoceri. Itaq; quoties hoſtes aduenturos coniectaret, ſimulabat ſibi id à cerua indicatũ,*

dicatum, atq; ſiquãdo uictoria aliqua ſuorum ducum deferebatur, occulto nũcio, ſibi à cerua, fauſta nunciatum iactabat. Eaq́; arte fecit, ut Barbari eum numinis inſtar colerent. Laconis dictum.) Lycurgi uidelicet Lacedæmoniorum legislatoris, q ut Plutarchus ſcribit in libello de puerorum educatione duos catulos, iiſdem æditos parentibus, ſic educauit, ut alterum ignauum uoracemq́;, alterum uero generoſum uenatorem redderet. Deinde Lacedæmonijs in concione congregatis, Magnum momentum ad uirtutem, ô Lacedæmonij, inquit, ſunt mores, doctrinæ, & educationes. Atq; ego hæc uobis manifeſta faciam. Quo dicto, ponens in mediũ λοπάδα, id eſt, ollam ac leporem, è regione catulorum, ipſos catulos dimiſit. Ibi uero generoſus ille in leporẽ impetum fecit, alter uero ad ollam ſe recepit. Lacedæmonijs autem nondum conijcientibus quid hæc ſibi uellent, Lycurgus inquit, Catuli iſti iiſdem parentibus prognati ſunt, cæterũ diuerſam nacti educationem, alter uenator ſtrẽnuus, alter ignauus & guloſus euaſit. De uellendis pilis.) Cũ Sertorius, ut Plutarchus in eius uita ſcribit, aduerſus Pompeium bellũ gereret, multitudoq́; Barbarorum, ducis imperio minus pareret, hoc commento uſus eſt. Aduocata totius exercitus concione, duos equos adduci iuſſit, alterũ macie ſenioq́; confectum, alterum robuſtum, caudamq́; habentem nigram. Macilento autẽ admouit uirum robuſtum;

Lycurgus.

lius de duobus canibus, deque uellendis equinæ caudæ pilis ridendum commentum? Vt ne quid dicam de Minoe

Legũ repertrix ſtultitia.

de Minoë deq; Numa, quorum uterq; fabuloſis inuẽtis, ſtultam multitudinem rexit. Huiuſmodi nugis cõmouet ingens

*ſtum, forti uero homunculum imbecillem. Dato autem ſi gno uir ille magnus, ut illi præceptũ erat, caudam gracilis equi ambabus manibus prehendens, euellere ſetas omnes uno impetu annixus eſt. Paruus contra homuncio robuſti equi caudam paulatim uellebat. Tandẽ uero ubi ille fruſtra conatus ſibi moleſtus eẽt alijsq; riſum moueret, hic cõtra minimo labore ſetas ſtatĩ euelleret. Ibi Sertorius aſſurgẽs, uidetis cõmilitões, inquit, ingeniũ plus poſſe* ꝙ̃ *uires. Multa enim quæ unico impetu ſupari, nõ poſſunt paulatim ſuperantur.*

Minos. *Minoe Numa que.) Minos Cretẽſiũ rex, finxit ſe nono quoq; ãno in cõſilium Iouis patris admitti, atq; inde leges acceptas ad populum ferre, quo maior eſſet legibus autoritas. Vnde Homerus Odyſſeæ. τ.* Μίνως ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστὺς, *id eſt, Minos nono quoq; anno cum Ioue familiarem habuit confabulationem. Vnde Heſiodus dixit eum Iouis ſceptrum, quam Plato in Minoë doctrinam interpretatur habere.* Ζηνὸς ἔχων σκῆπτρον, τῷ καὶ πόλεων βασίλευε, *id eſt, Sceptra Iouis retinens, quis Cretũ rexerat urbes.*

Numa Pompilius. *Numa item.) Cum ſub Numa Pompilio, ſecundo Rhomanorum rege, Rhomani cum omnibus finitimis pacem haberent, ueritus Numa, ne luxuriarent ocio animi, quos metus hoſtium diſciplinaq; militaris continuerat, omnium primũ, rem ad multitudinem imperitam, & illis ſeculis rudem, efficaciſſimam, deorum metum inijciendum ratus eſt, qui cum deſcendere ad animos ſine ali-*

*quo cõmento miraculi non poſſet, finxit ſibi cum dea Aegeria cõgreſſus nocturnos eſſe, eiusq́; ſe monitu ſacrificia inſtituere, legesq́; ferre. Hæc fermè Liuius.*

ingens ac potẽs illa belua, populus. At rurſum, quæ ciuitas unq̃ Platonis, aut Ariſtotelis leges, aut Socratis dogmata recepit? Tum autem quæ res Deciјs perſuaſit, ut ultro ſeſe

*Belua populus.) Plato libro de republica ſexto dicit, Sophiſtas nihil aliud docere, q̃ uulgi ſententias, in quibus cum congregatus fuerit, conſentiunt, hancq́; uocare ſcientiam. Veluti ſi quis* θρέμματος μεγάλου, καὶ ἰσχυροῦ τρεφομένου, *Id eſt, beſtiæ magnæ robuſtæq́; nutritæ, iras & cupiditates ſingulas obſeruarit, qua ratione hoc adire, tractareq́; deceat, q̃bus rebus miteſcat, & quibus acerbius fiat, q̃bus placetur, quibusq́; irritetur. Dicitq́;, ſophiſtas ſingula nominare ad illius beſtiæ ingentis opinionem, bona uidelicet dicere, quibus delectatur, mala uero quibus ipſa beſtia offenditur, neq; aliam ullam de his afferre rationem. Hæc Plato. Sed & nonnulli concionatores noſtri temporis non multũ ſophiſtis illis uulgaribus diſſimiles eſſe uidẽtur. Quippe q̃ magis in concionibus blaterant, quæ mercatoribus, mulierculisq́; grata eſſe putant, quibus & aliquid pecuniolæ corradere queãt, quàm ea quibus uulgus ad pietatẽ trahi poſſit. Horatius item Platonem imitatus uocat populũ beluã multorũ capitũ. Socratis dogmata) .i. decreta. Cuiuſmodi ſũt illa, ſatius eſt iniuriã pati, q̃ facere, & mors nihil eſt mali, & philoſophia nihil aliud eſt, q̃ meditatio mortis.*

*Fortitudinis laus à ſtulticia.*

*Socratis dogmata.*

ſeſe dijs manibus deuouerent? Quid Q. Curtium in ſpecum traxit niſi inanis gloria, dulciſſima quædã Siren, ſed, mirũ quàm à ſapiẽtibus iſtis damnata? Quid enim ſtultius, inquiunt, quàm ſupplicem candidatum blandiri populo, congiarijs fauorem emere, uenari tot ſtultorum applauſus, acclamationibus ſibi placere, in triumpho ueluti ſignum aliquod populo ſpectandũ circumferri, æneũ in foro ſtare? Adde his nominũ & cogno-

Decij.

*Decijs perſuaſit) Nam Decij pro ſalute reipublicæ ſe deuouerunt. pater, ut Liuius ſcribit Decadis primæ, libro octauo, in bello Latino. filius, ut idem libro decimo teſtatur, in bello, quod aduerſus Vmbros Hetruſcos & Samnites geſtum eſt.*

Q. Curtius.

*Quintũ Curtium.) Notiſſima eſt hiſtoria.*

Candidati.

*Candidatũ.) Candidati uocantur, qui magiſtratum petunt, quos mos erat nomenclatore præeunte blande ſalutare, hunc patrem uocantes, hunc fratrem, hunc dominum, ut ſibi fauerent.*

Congiariũ.

*Congiarijs.) Congius menſuræ genus unde congiarium, quod modo pro munere, quod datur populo à principe, modo pro menſura accipitur. Signum aliquod.) Signa ſtatuæ dicuntur.*

*Aeneum ſtare.) Alluſit illud Horatianum, Aut æneus ut ſtes. Ponebantur enim æneæ ſtatuæ benemeritis, in circo aut in foro Rhomæ. Nominum & cognominum.) Mirus tumultus de adoptione nominum Antonini, Pij, Alexandri, Auguſti, ut patet ex Elio Spartiano, & alijs.*

In deos

& cognominũ adoptiones. Adde diuinos honores, homũcioni exhibitos, adde publicis ceremonijs in deos relatos etiam ſceleratiſſimos tyrannos. Stultiſſima ſunt hæc, & ad quæ ridenda non unus ſufficiat Democritus. Quis negat? Atqui hoc fonte nata ſunt fortium heroum facinora, quæ tot eloquentiũ uirorum literis in cœlum tolluntur. Hæc ſtulticia parit ciuitates. hac conſtant imperia, magiſtratus, religio, conſilia, iudicia nec aliud omnino eſt uita humana, quàm ſtulticiæ luſus quidam. Iam uero ut de artibus dicam, quid tandem mortaliũ ingenia ad excogitandas prodendasq; poſteris, tot egregias, ut putant diſciplinas excitauit, niſi gloriæ ſitis, tãtis uigilijs, tãtis ſudoribus, famam, neſcio quã, qua nihil eſſe poteſt inanius, redimendam putarunt homines uere ſtultiſſimi? Sed interim ſtulticiæ tot iam egregia uitæ cõmoda debetis, quodq; eſt longe dulciſſimum, aliena fruimini inſania. Ergo poſteaq;

*In deos relatos.) Rhomaæ ſolent defunctos imperatores miris quibuſdam ceremonijs in deos referre, extructa turri lignea præalta, in hac congeſta ui ſtipularum & aromatum, in ſummo erat aquila alligata tenui funiculo. Is ſimul atque ſolutus eſſet incendio, auis ſumma petebat. Gratiſſimus interim odor nares omnium peruadebat ueluti animæ imperatoriæ petentis cœlum. Aliena fruimini inſania.) Retulit Plinij Cecilij ſententiam, Optimũ eſt aliena*

*Artium repertrix ſtulticia.*

mihi fortitudinis & īduſtriæ laudem uindicaui, quid ſi prudētiæ quoque uindicem? Sed dixerit aliquis eadem opera ignem aquæ miſceas, licebit. Verum hoc quoq; ſucceſſurum arbitror, ſi uos modo quod antehac feciſtis, aurib⁹ atque animis fauebitis. Principio ſi rerum uſu cōſtat prudentia, in utrum magis competet eius cognominis honos, in ſapientem, qui partim ob pudorem, partim ob animi timiditatem nihil aggreditur, an in ſtultum, quem neq; pudor, quo uacat, neque periculum, quod non perpendit, ab ulla re deterret? Sapiens ad libros ueterum confugit, atq; hinc meras uocum argutias ediſcit. Stult⁹ adeundis cominusq; periclitandis rebus, ueram,

*Prudētia pēnes ſtultos uerior.*

*aliena inſania frui. Inſaniunt non ſolum qui ſtulte quid agunt, uerum etiam qui immodice. Vnde qui non æſtimandis uigilijs, diſciplinas uel inueniunt, uel expoliunt, inſanis laboribus prosunt alijs. Et horum inſania fruuntur, qui iuuantur illorum uigilijs. Ignem aquæ miſceas.) Pugnat enim ex diametro, quod aiunt prudentia cum ſtulticia. Eſt autem prouerbium apud Græcos quo ἀδύνατον, id eſt, quod fieri non poteſt, ſignificant, πῦρ ὕδατι μιγνύναι, id eſt, ignem aquæ miſcere. Quo uſus eſt Plutarchus in libello περὶ πρώτου ψυχροῦ, Id eſt, de prima frigiditate. Neque pudor quo uacat.) id eſt, quo caret.*

Nam

ueram, ni fallor, prudentiam colligit. Id quod uidiſſe uidetur Homerus, etiamſi cæcus, cum ait ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω. Sunt enim duo præcipua ad cognitionē rerum parandã obſtacula, pudor qui fumum offundit animo, & metus, qui oſtenſo periculo, dehortatur ab adeundis facinoribus: at his magnifice liberat ſtulticia. Pauci mortales intelligunt ad quàm multas alias

*Nam duo potiſſimũ reddunt nos timidos, pudor, qui eſt metus iuſtæ reprehenſionis, & periculum, quod intelligimus. Vnde Lucianus in epiſtola ad Nigrinum ait:* τὸ λελογισμένον ὀκνηροὺς ποιεῖ, τὸ δὲ ἄμαθες θρασεῖς, *id eſt, prudentia ſegnes facit, inſcitia autem audaces.*

*Veram ni fallor.) Huiuſmodi quædam Aulus Gellius prodidit in philoſophos umbraticos, uerum hæc iocans trahit ad ſtultorum experientiam, qui ſuo malo fiunt paulo minus ſtulti: hanc Plinius miſeram prudentiam uocat. Etiamſi cæcus.) Subeſt facetia in uocibus, uidiſſe & cæcus. Nam hic uidere pro intelligere poſitum eſt, & ſunt qui tradant Homerum oculis captum fuiſſe.* ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.) *Id eſt, Factũ etiã ſtultus cognouit. Expertus ſtultus ſuo doctus malo, tum demũ intelligit. At ſapientis, qui ratione & conſilio ducitur, nõ eſt dicere, nõ putaram. Sumptũ eſt ab Homero Iliados* π. *Heſiodus dixit,* παθὸν δέ τε νήπιος ἔγνω, *id eſt, paſſus etiam ſtultus nouit. Qui fumum offundit.) Vnde Plinius ſpeciem inſaniæ, quam gignat ſtrychnũ herba, quam medici*

alias quoq; cõmoditates conducat, nunq̃ pudeſcere, & nihil non audere. Quod ſi prudentiam accipere malunt eã, quæ rerum iudicio conſtat, audite obſecro quàm procul abſint ab hac, qui hoc nomine ſeſe uenditant. Principio cõſtat res omneis humanas, uelut Alcibiadis Silenos, binas habere facies nimium inter ſeſe diſſimiles. Adeo ut quod prima, quod aiũt, fronte mors eſt, ſi interius inſpicias, uita ſit: cõtra, quod uita, mors: quod formoſum, deforme: quod opulentum, id pauperrimum: quod infame, glorioſum:

*uulgo ſolatrũ appellant, luſum pudoris uocat. Videmus enĩ pudore fieri nõnunquam, ut homines prorſus delirẽt, & aliud pro alio reſpõdeant.* Nunq̃ pudeſcere.) *Nã his temporibus ubique plus ualet audacia quàm ſapientia.*

**Melius iudicant ſtulti.**

*Quod ſi prudentiam.) Trifariam enim accipiunt prudentiam. Vel qua præuidemus futura, uel quæ rerum uſu collecta ſit, uel in genere, quæ rerum iudicio & cognitione conſtat. Ea poteſt eſſe uel citra experientiam. Seſe uenditant.) Eleganter dixit uenditant pro iactant. Alcibiadis Silenos.)*

**Sileni.** *Sileni dicuntur ſenes Satyri, dicti ſunt autem Sileni* παρὰ τὸ σείεσθαι περὶ τὸν ληνὸν, *quod circa torcular uerſarentur, qui enim uuas calcabant, hoc nomine uocabantur. Nominatim autem pædagogus Bacchi, quem Synesius caluum fuiſſe ſcribit, cuius etiam Ouidius meminit, Silenus uocabatur. Erant etiam ſileni ſtatuæ, quæ deforis ridiculæ erant, intus diuinas imagines continebant. Quibus eleganter*

gloriosſum:quod doctum,in-doctum:quod robuſtum,imbecille:qđ generoſum, ignobile:quod lætum,triſte:quod proſperum, aduerſum:quod amicum, inimicum:quod ſalutare,noxiũ:breuiter omnia repente uerſa reperies, ſi Silenum aperueris. Id ſi cui forte nimis philoſophice dictũ uidetur, age pinguiore, quẽad modum dici ſolet, Minerua planius faciam. Quis regem non & opulentũ, & dominũ fatetur? Atqui nullis animi bonis inſtructus eſt,atqui nihil illi ſatis eſt, iam uidelicet pauperrimus eſt. Tum animũ habet plurimis addictũ uitijs,iam turpiter ſeruus eſt. Ad eundem modum in cæteris quoque philoſophari liceret. Sed hoc exempli uice poſuiſſe ſatis ſit. At quorſũ hæc? inquiet aliquis. Audite quò rem deducamus. Si quis hiſtrionibus in ſcena fabulam agentibus perſonas detrahere conetur, ac ſpectatoribus ueras

*gãter Alcibiades in conuiuio Platonis, Socratẽ comparat, quod is foris bardus ac ſtupidus, intus autẽ merum numen uideretur.*

*Pinguiore quemadmodum.) Hoc prouerbio ſignificamus nos planiꝰ & apertius loqui. Nam docti quidam rem per ſe claram, ſic explicant argute, ut intelligi non poſſit. Quẽadmodum Plato numeris ſuis tenebras offundit philoſophiæ. Si quis.) Mire & faceta argutia, & arguta facetia, propoſitionẽ hanc colligit. Fabulam agentibus.) Agunt hiſtriones, qui repræſentãt, unde & actores dicti. Perſonas detrahere.*

*Putida ſapientũ iudicia*

ueras natiuasq; facies oſtendere, nōne is fabulam omnē peruerterit, dignusq; habeatur, quem omnes è theatro uelut lymphatum ſaxis eijciant? Exorietur autem repente noua rerum ſpecies, ut qui modo mulier, nunc uir: qui modo iuuenis, mox ſenex: qui paulo ante rex, ſubito Dama: qui modo deus, repēte homunculus appareat. Verum eum errorem tollere, eſt fabulam omnē perturbare. Illud ipſum figmentū & fucus eſt, quod ſpectatorū oculos detinet. Porrò mortaliū uita omnis quid aliud eſt, quàm fabula quæpiā, in qua alij alijs obtecti perſonis procedunt, aguntq; ſuas quiſq; partes, donec choragus educat è proſcenio? Qui ſæpe tamen eundem diuerſo cultu prodire iubet, ut qui modo regem purpuratum egerat, nunc

*Perſona.* *here.) Perſona hoc loco uultus eſt appoſititius, qui regē aut fœminam ſenē aut iuuenem imitatur, unde perſonati dicuntur.* *Lymphat⁹.* *Veluti lymphatū.) Id eſt, furioſum & laruatum, quem Græci νυμφόληπτον uocant. Subito Dama.) Horatius alioquoties Damam uocat obſcurū & ignobilem, Vt ne tegam ſpurco Damæ latus? Perſius item Satyra quinta, Hic Dama eſt nō treſſis agaſo, Vappa & lippus, & in tenui farragine mendax.* *Humana uita nihil aliud quàm fabula.* *Choragus.* *Donec choragus.) Græci uocant χορηγὸν principem, aut ducem choreæ. Significat & eum qui ſuppeditat neceſſaria. Vnde & choragium, ut ſuperius admonuimus.*

Sed hæc.

nunc ſeruulum pannoſum gerat. Adūbrata quidē omnia, ſed hæc fabula non aliter agitur. Hic ſi mihi ſapiēs aliquis cœlo delapſus, ſubito exoriatur, clamitetque hunc quem omnes ut deum ac dominū ſuſpiciunt, nec hominē eſſe, quod pecudum ritu ducatur affectibus, ſeruū eſſe infimū, quod tam multis, tamq́; fœdis dominis ſponte ſeruiat. Rurſum alium, qui parentē extinctū luget, ridere iubeat, quod iam demum ille uiuere cœperit, cū alioqui uita hæc nihil aliud ſit quàm mors quædā. Porrò alium ſtemmatis gloriantem, ignobilem ac nothum appellet, quod à uirtute longe abſit, quæ ſola nobilitatis ſit fons, adq́; eūdem modum

*Sed hæc fabula.*) *Vitam intelligit, in qua nihil ſyncero rerū iudicio geritur, Sed umbris & ſimulacris rerum ducimur omnes.* Deum ac dominum.) *Hūc titulum exegit etiam* Domitianus *imperator.* Martialis: *Edictum domini deiq́; noſtri,* Et *malo prīcipe, nulla belua nocentior.* Notum eſt illud Diogenis, qui cum cōſcenſo ſuggeſto, ſubinde clamaſſet uelut concionaturus, ἀκούσατε ἄνθρωποι, id eſt, audite hoīes. Iamq́; frequens multitudo cōcurrens, iuberet quæ uellet proloqui. Ego, inquit, homines conuocaui, in uobis quid hominis uideo? ſignificans nō eſſe dicendos homines, qui more brutorum animantiū affectibus ducerentur, nō ratione.* *Quod tam multis.*) *Quot uitijs obnoxius es, tot habes dominos, & ij nōnunq̄ diuerſa imperant.* Auaricia *cogit quærere, amor iubet inſumere.*

Princeps malus.

Luctus mortui ſtultus.

Nobilitas inanis.

modum de cæteris omnibus loquatur, quæſo quid is aliud egerit, niſi ut demens ac furioſus omnibus eſſe uideatur? Vt nihil eſt ſtultius præpoſtera ſapientia, ita peruerſa prudētia nihil imprudētius. Siquidem peruerſe facit, qui ſeſe non accommodet rebus præſentibus, foroq́; nolit uti, nec ſaltem legis illius cōuiuialis meminerit, ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι, poſtuletq́; ut fabula iam non ſit fabula. Cōtra, uere prudentis eſt,

*inſumere. Quod elegāter depinxit Perſius Satyra quinta. Demens ac furioſus.) Non mirum quod apud ethnicos rudi populo fuit inuiſa ueritas. Nec Chriſtiani hæc, quæ ueriſſima ſunt, ferre poſſunt. Et quando præſtabimus ueram uirtutem, ſi faciem illius ferre nō poſſumus, ſi à cōmemoratione quoq; abhorret animus? Præpoſtera ſapientia) Veluti ſi quis ſapiēs uideri uelit inter ſtultos, aut in re ſtulta.*

*Vti foro.* *Foroq́; nolit uti.) Prouerbiū eſt ex Phormione Terentiana: Foro dicuntur uti, qui ſeſe accōmodant loco & tempori. Sumptum à negociatoribus qui merces uendunt, non ut deſtinarant domi, ſed ut deprehenderint fori ſtatum, qui uarius eſt. Eſt diligentius explicatum in Chiliadibus Eraſmi.*

*Leges in cōuiuijs.* *Ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι.) Id eſt, Aut bibe, aut abi. Veteres in conuiuijs ſortiebantur reges, qui cuiq́; cyathorum modum præſcriberent. Ponebantur & leges iocoſæ, quarum hæc una eſt, quæ in prouerbium abijt, quo ſignificabant, aut obſeruiendum moribus eorum, inter quos agis, aut diſcedendum. Sic Cato diſceſſit è floralibus, quod uultus ſeueritatem mutare non poſſet.*

Cum ſis

tis eſt, cum ſis mortalis, nihil ultra ſortē ſapere uelle, cūq; uniuerſa hominū multitudine uel conniuere libenter, uel comiter errare. At iſtud ipſū inquiunt, ſtulticiæ eſt. Haud equidem inficias iuerim, modo fateantur illi uiciſſim hoc eſſe, uitæ fabulam agere. Cæterū illud ô dij immortales, eloquar ne, an ſileam? Quur autem ſileam, cum ſit uero uerius? Sed præſtiterit fortaſſis in re tanta Muſas ex Helicone accerſere, quas poëtæ ſæpius ob meras nugas aduocare ſolent. Adeſte igitur pauliſper Iouis filiæ, dum oſtendo nec ad egregiam illam ſapientiam, ac felicitatis, ut ipſi uocant, arcem, aditū eſſe cuiq;, niſi ſtulticia duce. Iam primū illud in confeſſo eſt, affectus omneis ad ſtulticiam pertinere. Quandoquidem hac nota à ſtulto ſapientem diſcernunt,

*Cū ſis mortalis.) Iuxta illud Catonis, Cum ſis mortalis, quæ ſunt mortalia cura. Item illud Socratis: Quæ ſupra nos, nihil ad nos. Vel cōniuere.) Vt diſſimules te ſentire quod ſentis. Vel comiter.) Id eſt, ciuiliter, ut ciuilitatis & urbanitatis cauſa uere tibi perſuadeas rectum eſſe, qđ nemo non ſequatur. Cæterum illud ô dij.) Oſtendit propoſitionem eſſe duriuſculam quam aggreditur. Quas poëtæ.) Obiter taxat poëtas, quibus hoc familiare eſt, ſubinde inuocare Muſas. In confeſſo eſt.) In confeſſo eſt id, de quo nulla eſt controuerſia. Affectus omneis.) Quos Græci πάθη uocant, Latini perturbationes, aut cupiditates,*

*Ad egregiā ſapientiam non perueniri niſi per ſtulticiam.*

*Affectus.*

*tes, quibus Plato in Phædone, tanquam clauis quibuſdā animam corpori dicit affigi. Pædagogorum uice.) Hæc eſt opinio peripateticorum, qui putant affectus ueluti ſtimulos à natura datos, quibus excitemur ad uirtutē. Quanquam hanc acriter refellit Seneca. Et apte dixit, pædagogorum, nam imbecilles adhuc, & ueluti pueri, ducimur affectibus. Aſſequuti ſapientiam, contemptus illis, ſolo rationis ductu gubernamur.*

*ἀπάθεια Stoicorum.*

*In ciuitate Platonis.) Nam is ita deſcripſit formā reipublicæ, ut nemo ſequi uoluerit. Iocatur & Lucianus in ueris narrationibus, Platonem*

nunt, quod illum affectus, hunc ratio temperat. Eoq́; Stoici perturbatiões omnes ceu morbos à ſapiente ſemouent, uerum affectus iſti non ſolum pædagogorū uice funguntur ad ſapientiæ portum properantibus, uerumetiam in omni uirtutis functione, ceu calcaria ſtimuliq́; quidā adeſſe ſolent, uelut ad bene agendū exhortatores. Quanquā hic fortiter reclamat bis Stoicus Seneca, qui prorſum omnem affectum adimit ſapienti. Verum cum id facit, iam ne hominē quidem relinquit, ſed nouū potius deum quēdam δημϊουργὸν, qui nuſq́; nec extitit unquam, nec extabit: imò ut apertius dicam, marmoreum hominis ſimulacrum conſtituit, ſtupidum, & ab omni prorſus humano ſenſu alienum. Proinde ſi libet, ipſi ſuo ſapiente fruantur, citráque riualem ament licet, cumq́; eo uel in ciuitate Platonis, uel ſi malint, in idearum

In idearũ regione, uel in Tantalijs inhabitent hortis. Quis enim non iſtiuſmodi hominem ceu portentũ ac ſpectrũ fugitet horreatq́;, qui ad oẽs naturæ ſenſus obſurduerit, qui nullis ſit affectibus, nec amore, nec miſericordia magis cõmoueatur, quàm ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes, quem nihil fugiat, qui nihil erret, ſed ceu Lynceus q̃ſpiam nihil non perſpiciat, nihil non ad amuſſim perpendat

*tonẽ ſolum in ſua uiuere ciuitate.* In *idearum regione)* Plato *formas quaſdam ponit, à materia ſeparatas, in mente diuina, quas irriſit* Ariſtoteles. Alluſit *autẽ ad regiones fabuloſas, lunæ, ſolis, nubium, uentorum, de quibus multa* Lu*cianus in ueris narratiõibus.* In Tã*talijs hortis.)* Pro*uerbium eſt* Græcis, *cum ſignificant aliquid nuſq̃ eſſe, quod putent fabulas, eſſe, quæ poëtæ de miſeris referunt.* Q*uàm ſi dura.)* Ele*ganter intexuit carmen* Maronis *è ſexto* Aeneidos *de* Di*done.* Lynceus *quiſpiam.)* Hic *propemodum in prouerbium abijt, ob incredibilem oculorum proſpicientiam.* Horatius *in epiſtolis:* Non *poſſis oculo quantum contendere* Lynceus, Non *tamen idcirco contemnas lippus inungi.* Ad *amuſſim perpendat.)* Id *eſt, accuratiſſime.* Sic Gellius *libro primo:* Ad *hæc, ſcripta omnia antiquiora tam curioſe perſpectabat, aut uirtutes penſitabat, aut uitia rimabatur, ut iudicium factum ad amuſſim diceres.* Eſt *autem amuſſis fabrorum lapidicidarumq́; linea, qua ad dirigenda ligna, ſaxáque utuntur.*

Stoicus ſapiens.

Tãtali horti.

Lynceus.

Ad amuſſim.

m Nihil ignoſcat)

dat, nihil ignoſcat, qui ſolus ſe ipſo ſit cõtentus, ſolus diues, ſolus ſanus, ſolus rex, ſolus liber, breuiter omnia ſolus, ſed ſuo ſolius iudicio, qui nullum moretur

*Stoicorum paradoxa.*

*Nihil ignoſcat.) Nam Stoici dicunt, πάντα τὰ ἁμαρτήματα ἶσα εἶναι, id eſt, Omnia peccata eſſe æqualia, ab alijsq́; quos ſtultos uocant, nihil nõ perperam fieri. Vnde illud Perſij Satyra quinta: Digitum exere peccas. Et quid tam paruũ eſt? ſed nullo thure litabis. Qui ſolus ſe ipſo contentus.) παράδοξον enim Stoicorum eſt, τὸν σοφὸν αὐτάρκη εἶναι, id eſt, ſapientem ſibiipſi ſufficere. Sicq́; Plutarchus ait in libello, cui titulũ fecit περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, αὐτάρκης ἔσῃ ἐὰν μάθῃς, τὶ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθόν ἐστι, εὐφρήσεις ἐν πενίᾳ καὶ βασιλεύσεις, id eſt, Tibiipſi ſufficies, ſi didiceris quid honeſtũ & bonum, delitiaberis in paupertate, & regnabis. Solus diues) Eſt & hoc παράδοξον, ὅτι μόνος σοφὸς πλούσιος, id eſt, quod ſolus ſapiens diues ſit. Horatius in epiſtolis: Ad ſummam ſapiẽs uno minor eſt Ioue, diues, Liber, honoratus, pulcher, rex deniq; regũ, Præcipue ſanus, niſi cum pituita moleſta eſt. Et Plutarchus in eodẽ libello, quem modo citauimus, οὐ βιώσῃ φιλοσοφήσας ἀηδῶς, ἀλλὰ πανταχοῦ ζῆν ἡδέως μαθήσῃ, καὶ ἀπὸ πάντων, εὐφρανεῖ σε πλοῦτος, πολλοὺς εὐεργετοῦντα, καὶ πενία πολλὰ μὴ μεριμνῶντα, καὶ δόξα τιμώμενον, καὶ ἀδοξία μὴ φθονούμενον, id eſt, Nõ uixeris, ſi philoſopheris, iniucũde, ſed ubiq; uiuere læte diſces, & ab oĩbus, delectabũt te diuitiæ de multis benemerẽtẽ, & paupertas nõ multa curantẽ*

moretur amicũ, ipſe amicus nemini, qui dijs quoque ipſis non dubitet mandare laqueũ qui quicquid in omni uita geritur, uelut inſanum damnet, rideatq́; ? Atqui huiuſmodi animal eſt abſolutus ille ſapiens Quæſo, ſi res agat̃ ſuffragijs, quæ ciuitas iſtiuſmodi magiſtratum ſibi uelit, aut quis exercitus talem optet ducem? imò quæ mulier id genus maritum, quis cõuiuator eiuſmodi conuiuam, quis ſeruus talibus moribus dominum uel optet, uel ferat? Quis autẽ nõ malit uel unum quemuis de media ſtultiſſimorum hominum plebe, qui ſtultus ſtultis uel imperare poſſit, uel parere, qui ſui ſimilibus placeat, ſed q̃ plurimis, qui comis ſit in uxorem, iucundus amicis, bellus cõuiua, conuictor facilis, poſtremo qui nihil humani à ſe alienum putet? Sed me quidem iamdudũ iſtius ſapientis piget. Quare ad reliqua cõmoda ſeſe recipiat oratio. Agedũ, ſi quis uelut è ſublimi ſpecula circũſpiciat, ita ut Iouem poëtæ facere prædicant, quot calamitatibus hominum uita ſit obnoxia, quàm miſera, quamq́; ſordida nati-

*ta curãtẽ, & gloria qđ honoreris, & ignobilitas, quod nõ inuidearis. Qui nullum moretur.) Id eſt, curet. Stoico ſapienti nec amico eſt opus, ut qui omnia conſtituat in ſeipſo. Mãdare laqueũ) Hoc ꝓuerbio extremum contemptum ſignificamus. Iuuenalis de Democrito Satyra decima: Cũ fortunæ ipſæ minaci mãdaret laqueum, mediumq́; oſtenderet unguẽ.*

*Sola ſtulticia conſolatur huius uitæ miſeriã.*

*Harenam metiri.*

*unguẽ.* Τὸν ἄμμον
ἀναμετρεῖν.) *Id ẽ,*
*arenã percenſere,ſi/*
*ue cõmetiri.* Prouer/
*biũ eſt de re impoſſi*
*bili.* Simile ille Theo
*criti in charitibus :*
ἀλλ᾽ ἴσος γὰρ ὁ μό
χθος ἐπ᾽ ἀόνι κύ/
ματα μετρεῖν,*id eſt,*
*Metiri ſimilis labor*
*eſt in littore fluctus,*
*qđ eleganter & Ma*
*ro expreſſit libro Ge*
*orgicôn ſecũdo.* Mi
*leſiarũ uirginũ.)Mi*
*leſias uirgines mirꝰ,*
*qdã amor ſpõtaneæ*
*mortis quondam in/*
*uaſerat,ut refert Au*
*lus Gellius.* Dio/
*genes,Xenocrates.)*
ἑτέρωσις *eſt nume/*
*ri,feſtiuitatis cauſa.*
Hi *omnes ſibi mor/*
*tem*

uitas,quàm laborioſa educa/
tio,quot iniurijs expoſita pue
ritia, quot ſudoribus adacta
iuuentus, quàm grauis ſene/
ctus, quàm dura mortis ne/
ceſſitas,deinde in omni uita,
quot morborum agmina in/
feſtent,quot immineãt caſus,
quot ingruant incõmoda, q̃
nihil uſqꝫ non plurimo felle
tinctum, ut ne cõmemorem
iſta, quæ homini ab homine
inferuntur mala,quod genus
ſunt, paupertas, carcer,infa/
mia,pudor,tormẽta, inſidiæ,
proditio,conuicia, lites, frau/
des. Sed ego iam planè τὸν
ἄμμον ἀναμετρεῖν aggredior.
Porrò qbus admiſſis iſta cõ/
meruerint homines, aut quis
deus iratus eos in has miſeri/
as naſci coëgerit, non eſt mi/
hi fas in præſentia proloqui.
Verũ iſta q ſecum perpẽdat,
nónne Mileſiarum uirginum
probabit exemplum,etiam ſi
miſerandũ? At qui nã potiſſimũ ſibi uitæ tædio
fatum accerſiuere? Nónne ſapiẽtiæ cõfines? In
ter quos, ut interimDiogenes,Xenocrates,Ca
to

tones, Caſſios, ac Brutos ſileam, Chiron ille cũ immortalem eſſe liceret, ultro mortem præoptauit. Videtis, opinor, quid futurum ſit, ſi paſſim ſapiant homines: nempe altero luto, altero figulo Prometheo opus fore. Verum ego partim per ignorantiam, partim per incogitantiam, nonnunq̃ per obliuionem malorum, aliquando ſpem bonorum, aliquoties nonnihil mellis uoluptatibus aſpergẽs, ita tantis in malis ſuccurro, ut ne tũ q̃dẽ libeat uitã relinquere, cum exacto Parcarum ſtamine, ipſa iamdudum eos relinquit uita, quoq; minus ſit cauſæ, cur in uita manere debeãt, hoc magis iuuet uiuere, tantum abeſt, ut ullo uitæ tædio tangantur. Mei nimirum muneris eſt, quod paſſim Neſtorea ſenecta ſenes uidetis, quibus iã

*tem accerſiuere. De Diogene & Xenocrate prodidit Laertius. De Bruto, Caſſio & Catone Plutarchus. Chiron.) Ab hoc edoctus fuit Achilles, cui cum ob iuſticiam dij permitterẽt, ut perpetuo uiueret, maluit mori, quod offẽderetur tædio rerũ ſemper eodem tenore recurrẽtium. Ita Lucianus ἐν νεκρικοῖς. Altero luto.) Ridet obiter fabulam, quæ narrat Prometheum hominis ſimulachrum ex argilla finxiſſe. Deinde ſublato Iouis igne, indidiſſe mentem. Parcarũ ſtamine.) Hi dicuntur ὑπὲρ τὸν ἄτρακτον id eſt, ultra colũ uiuere. Taxat obiter turpem uitæ cupiditatẽ, etiam in decrepitis. Neſtorea ſenecta.) Neſtorea ſenecta, pro quantũuis ma*

Chiron.

Promethe⁹.

Senes uitæ cupidi.

Neſtor.

bus iam ne ſpecies quidē hominis ſupeſt, balbos, deliros, edentulos, canos, caluos, uel ut magis Ariſtophanicis eos deſcribam uerbis, ξυπῶντας κυφοὺς, ἀθλίους, ξυσοὺς, μαδῶντας, νωδοὺς καὶ ψωλοὺς, tamē uſqȝ adeo uita delectari, adeóque νεανίζειν, ut alius tingat canos, alius appoſititia coma caluicium diſſimulet, alius dentibus utatur mutuo fortaſſis à ſue quopiam ſumptis, hic in puellam aliquam miſere depereat, & amatorijs ineptijs quemuis etiam ſuperet adoleſcentulum

Epitheta ſenum.

*uis magna dixit, qđ apud Homerū tres hominum ætates uixiſſe dicitur. Vnde illud Iliados primo.* τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων ἐφθίατο, *id eſt, huic iam duo quidem ſecula homi præterierunt. Et paulo poſt,* μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν, *id eſt, cum tertijs autem regnabat.* ξυπῶντας.) *id eſt, ſordētes, ſiue ſqualidos:* κυφοὺς, *id eſt, incuruos:* ξυσοὺς, *id eſt, rugoſos:* μαδῶντας, *id eſt, glabros ſiue caluos, hoc eſt, nullos habentes pilos:* νωδοὺς, *id eſt, edentulos:* ψωλοὺς, *id eſt, carentes mentula. His epithetis Carion ſeruus deſcribit ſenes in Pluto Ariſtophanis. Adeoq́ȝ* νεανίζειν,) νεανίας *iuuenis, inde* νεανίζειν, *id eſt, iuueniliter agere, quod Horatius dixit iuuenari. Appoſititia coma.) Hanc quidam galericulum uocant. Id frequēs eſt apud Hiſpanos. Dētibus utitur.) Quidam edentuli, dentes arte gingiuis inſertos habent, nō ſuos, ſed forte porci cuiuſpiam. Quemuis etiā ſuperēt.) Nulli iuuenes inſaniunt impotentius, quàm ſenex, ſi cœperit amare. Nam ferrum, cui ſenex ſimilis eſt, ob mēbro*

*rum*

leſcentulum. Nam ut capulares iam, meráq; ſilicernia, teneram aliquam iuuenculam ducant uxorem, eamq́; & indotatam, & aliis uſui futuram, id adeo frequens, ut propemodum & laudi detur. Sed multo etiam ſuauius, ſi quis animaduertat anus, longo iã ſenio mortuas, adeoq́; cadaueroſas, ut ab inferis rediſſe uideri poſſint, tamen illud ſemp in ore habere, φῶς ἀγαθὸν: adhuc catullire, atque, ut Græci dicere ſolent, καπρῶν & magna mercede conductum

*rum ſiccitatẽ & frigiditatẽ, ut haud facile incaleſcit, ita ſi ſemel incaluerit, omniũ tardiſſime frigeſcit, caletq́; maxime. Nihil autem turpius amatore cano: uel Ouidio teſte, Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor. Nũc & militant, & amant paſſim ſenes.* Senex puellæ maritus.

*Silicernia.) Terentius in Adelphis, ſenem ſilicernium uocat, uel quod incuruus cernat ſilices, uel quod mox ſilentibus umbris cernẽdus ſit: unde Græcis ſenex γέρων dicitur, παρὰ τὸ εἰς γῆν ὁρᾶν, id eſt, à terrã inſpiciendo, uel παρὰ τὸ τῆς γῆς ἐρᾶν, id eſt, à terram amando, quod propinqui morti, iam de ſepultura ſoliciti ſint. Capulares item uocat decrepitos, quaſi iam capulo proximos. Capulus eſt loculus cadauerũ. Φῶς ἀγαθὸν) id eſt, lumen bonum. Vita lumen eſt. Id autem dictum eſt ab anu quapiam moriente, quam etiamnum iuuabat uiuere. Adhuc catullire.) Catullire uocat more caſtellarum laſciuire. Καπρῶν) Id eſt, libidinari, ab hircis deducto uerbo. Eſt autem Græcis in prouerbio, γραῦς καπρῶσα*

Anus libidinoſæ.

Silicernia.

Γέρων.

Capulares.

ductum aliquem Phaonem, inducere, fucis aſſidue uultũ oblinere, nuſquam à ſpeculo diſcedere, infimæ pubis ſyluã uellere, uietas ac putres oſtentare mãmas, tremuloq́ gannitu languentem ſolicitare cupidinẽ, potitare, miſceri puellarum choris, literulas amatorias ſcribere. Ridentur hæc ab omnibus tanq́, uti ſunt, ſtultiſſima: at ipſæ ſibi placẽt, & in ſũmis interim uerſantur delicijs, totaſq́ ſeſe melle per ungunt

*καπρῶσα, id eſt, anus hirciſſans, ut Eraſmus copioſius docet in ſuis Chiliadibus. Aliquẽ Phaon.)*

*Phaon.*

*Phaonẽ poſuit ꝓ quouis formoſo adoleſcẽtulo. Phaon enim adamatus fuit à Saphone, nec mutuo tamen adamabat. Ita anus præter ætatis decorum libidinoſæ, pecunia conducũt amatorem. Iuuenalis: Optima certe Nunc uia proceſſus uetulæ ueſica beatæ. Huiuſmodi quãdam inducit Ariſtophanes in Pluto. Eſt autem ἀστεισμὸς, qua rem obſcœnam nõ obſcœnis extulit uerbis. Infimæ pubis ſyluam.) Et hic rem fœdam honeſta περιφράσει texit. Significat autẽ obſcœnũ mulieris membrũ. Huiuſmodi Martialis inducit Ligellam uetulam.*

*Vietus.*

*Vietas ac putres.) Vietũ flaccidũ eſt, id quod accidit in aniculis, & carne & humoribus abſumptis flacceſcunt mammæ. Putreis dixit in Odis Horatius: Sed incitat me pectus & mammæ putres equina quales ubera. Tremuloque gannitu.) Gannitum uocat ineptum cantum. Alluſit ad illud Horatianũ: Et cantu tremulo pota cupidinem lentum ſollicitas. Totaſq́; ſeſe melle perungunt.) Græcum prouerbium eſt, in eos*

qui ſe

tingũt meo uidelicet bñficio felices. Porrò qbus hæc deridicula uidentur, illud ſecũ expendant uelim, utrum ſatius ducãt huiuſmodi ſtulticia uitam planè mellitam exigere, an trabem, ut aiunt, ſuſpendio quærere. Porrò qđ hæc uulgo putantur infamiæ obnoxia, iſtud nihil ad ſtultos meos, qui malũ hoc aut non ſentiunt, aut ſi quid ſentiunt, facile negligunt. Si ſaxum in caput incidat, id uere malum ſit. Cæterum pudor, infamia, probrum, maledicta, tantum adferunt noxæ, quantũ ſentiũtur. Si ſenſus abſit, ne mala quidem ſunt. Quid lædit, ſi totus populus in te ſibilet, modo tute tibi plaudas? Atq; ut id liceat, ſola ſtulticia præſtat. Sed mihi uideor audire reclamantes philoſophos. Atqui hoc ipſum eſt, inquiũt, miſerum, ſtulticia teneri, errare, falli, ignorare. Imò hoc eſt hominẽ eſſe. Porrò miſerum cur uocent, non uideo, quandoquidem

*qui ſe totos immergunt delicijs, ut mellei ſint undiq;.* Refertur hoc, explicaturq; in Eraſmi Chiliadibus. *An trabem, ut aiunt, ſuſpendio quærere.*) Prouerbium de ſumma deſperatione, aut de negoƈio intolerabili: nam ſolẽt inſani quidam ad laqueos cõfugere. *Si ſaxum in caput incidat.*) Bella diſtinctio ueri mali, & non ueri, planeq; digna ſtulticia, ſed quæ tamen nimium placuit uulgo mortalium.

*Si totus populus. in te.*) Alluſit ad illud Horatij: Populus me ſibilat, at mihi plaudo Ipſe domi ſimul, ac nummos contemplor in arca.

Stultũ metuere infamiã

Miſerũ non eſt, quicqd ſecundũ naturam eſt.

doquidem ſic nati eſtis, ſic inſtituti, ſic conditi, ea eſt cōmunis omnium ſors. Nihil autem miſerum, quod in ſuo genere conſtat, niſi forte quis hominem deplorandum exiſtimet, qui neq; uolare poſſit cum auibus, neq; quaternis ingredi pedibus cum reliquo pecudum genere, neque cornibus ſit obarmatus, quemadmodum tauri. Verum is eadem opera, equū etiam belliſſimū infelicem uocabit, quod neq; grāmaticam didicerit, neq; placentis ueſcatur: taurum miſerum, quod ad palæſtricā ſit inutilis. Igitur ut equus imperitus grāmaticæ, miſer non eſt, ita nec homo ſtultus infelix, propterea quod hæc cum illius natura cohærent. Verū rurſus urgēt logodædali. Eſt, inquiūt, homini peculiariter addita diſciplinarum cognitio, quarum adminiculis id quod natura diminutum eſt, ingenio penſet. Quaſi uero ullam ueri faciem habeat, naturam, quæ in culicibus, atq; adeo in herbis ac floſculis tā ſollicite uigilauerit, in uno homine dormitaſſe, ut diſciplinis opus eſſet, quas Theutus ille humano generi infenſus genius, in ſummā perniciem excogitauit, adeo non utiles ad

*Diſciplinas inutiles eſſe & noxias.*

*Logodædali)* Dædalon *Græci uocant ingenioſum*. Vnde Dædala *Circe*. Vnde *argutos diſputatores* λογοδαιδάλους *appellat, quod arte torqueant ſyllogiſmos.* *Theutus ille humano generi.)* De hoc Theuto *Socrates apud* Platonem *in* Phædro, *ita loquitur* Audiui *equidem, circa* Naucratim

*Theutus.*

ad felicitatem, ut illi quoque ipſi officiāt, ad quod proprie repertæ dicuntur, ut elegāter arguit apud Platonem, rex ille prudentiſſimus de literarum inuēto. Igitur diſciplinæ cū reliquis humanæ uitæ peſtibus irrepſerunt, ijſdem autoribus, à quibus omnia flagitia proficiſcūtur, puta dæmonibus, quibus hinc nomen etiam inuentum, quaſi δαήμονας, hoc eſt, ſcientes appelles. Siquidē *cratim Aegypti, priſcorum quendam fuiſſe deorum, cui dicata ſit auis, quā Ibim uocāt, Dæmoni aūt ipſi nomē Theuth, hunc primū numerum, geometriam, aſtronomiamq; inueniſſe, præterea luſus talorū, alearū, literasq;. Erat tunc totius Aegypti rex Thamus, & in ampliſſima eminentiſſimaq; ciuitate, quas Græci Aegyptias Thebas uocant, & deum ipſum Ammonem uocant. Ad hunc Theuth profectus, artes demonſtrauit ſuas, dixitq; eas diſtribui Aegyptijs cæteris oportere. In hunc ferè modum Plato. Vnde cum idem dæmon, qui talorum & teſſerarum, ludorum peſtiferorum inuentor fuit, humanas has ſcientias commentus eſt, conſtat hæc non minus grauiter quàm iocoſe dicta eſſe. De literarum inuento.) Locus eſt apud Platonem, quem modo citauimus. Rex enim rogabat Theuth, ad quid cōduceret literæ, quibus ſcribitur. Reſpondit, ualere ad memoriæ ſubſidium. At ille demonſtrauit literas officere memoriæ, dum homines his freti, non inſcriberent animo quæ audiſſent, ſed chartis. Quibus hinc nomen etiam.) Græcis enim δαήμονες appellantur ſcientes, à priſco uerbo δαῶ, quod eſt diſco, ſiue ſcio: unde*

Artes à malis dæmonibus excogitatæ.

Dæmones.

*unde dæmones appellatos putant grãmatici. Negociũ faceſſeret.) Id eſt, moleſtus eſſet in ius uocando. Porrò rhetorum opera, in iudicijs requirebatur. Bonæ leges.) Id teſtatum etiam eſt prouerbio, bonas leges ex malis naſci moribus. Vt enĩ medicina non eſſet, ſi nulli fuiſſent morbi, ita leges nõ fuiſſent, niſi flagitia coëgiſſent. Religioſiores erãt.) Quaſi ſit impium ſcrutari naturæ arcana, à quibus in totũ abſtinuit Socrates, dicens nihil ad nos attinere, quæ ſupra nos eſſent. Iam quid extra cœlũ.) Iam hoc loco uim habet connectendi. Alluſit autem*

Grãmatica.

Dialectica.

Rhetorica.

Leges.

Phyſica.

Siquidem ſimplex illa aurei ſeculi gens, nullis armata diſciplinis, ſolo naturæ ductu, inſtinctuq; uiuebat. Quorſum enim opus erat grammatica, cum eadẽ eſſet omnibus lingua, nec aliud ſermonę petebatur, niſi ut alius alium intelligeret? Quis uſus dialectices, ubi nulla erat pugnantiũ inter ſe ſententiarum dimicatio? Quis rhetoricæ locus, cũ nullus alteri negociũ faceſſeret? Quorſum requireretur legum prudentia, cũ abeſſent mali mores, ex quibus haud dubie bonæ leges prognatæ ſunt? Porrò religioſiores erãt quàm ut impia curioſitatę arcana naturæ, ſyderum menſuras, motus, effectus, abditas rerum cauſas ſcrutarẽtur, nefas eſſe rati, ſi homo mortalis ultra ſortem ſuam ſapere conaretur. Iam quid extra cœlũ eſſet, inquirendi demẽtia ne in mentẽ quidem ueniebat. At labẽte paulatim ætatis aureæ puritate, primũ à malis, ut dixi,

ut dixi, genijs inuētæ ſunt artes, ſed paucæ, atq; hæ quidē à paucis receptæ. Poſtea ſexcentas addidit Chaldæorum ſuperſtitio, & Græcorū ocioſa leuitas, meras ingeniorum cruces, adeo ut uel una grammatica abūde ſatis ſit ad perpetuā uitæ carnificinā. Quanquam inter has ipſas diſciplinas, hæ potiſſimū in precio ſunt, quæ ad ſenſum communem, hoc eſt, ad ſtulticiam quàm proxime accedūt. Eſuriunt Theologi, frigent Phyſici, ridentur Aſtrologi, negliguntur Dialectici. Solus ἰατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἀνδρῶν. Atque in hoc ipſo genere, quo quiſque indoctior,

*tem ad illud Plinianum, Furor eſt profecto, furor egredi, ex eo &c. Chaldæorū ſuperſtitio.) Iſti addiderūt Aſtrologiam ac Magiā. Superſtitionem his tribuit, quod ſtellis diuinitatem tribuerint. Frigent Phyſici.) Frigēt, qui negligūtur, nec uigent aut florēt. Ἰατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.) Id eſt, medicus uir multis æquiualens alijs. Eſt autē uerſus Homericus, ſumpt⁹ ex Iliados λ. quem Plato tum alibi, tum in Sympoſio citat. In hoc ipſo genere) Id eſt, in genere medicorum. Cum periculoſa ſit huius artis profeſſio, mirum tamē eſt, quàm paſſim audeant hanc exercere mulierculæ, idiotæ, errones. Atq; hoc magis mirum, eſſe magnates, qui talibus uitam ſuam malunt cōmittere, quàm uere medico. Adeo uulgus hominū amat decipi. Niſi ſtatim procul inſpecto lotio, pronuncies ſexum, ætatem, morbum, & morbi cauſam, medicū non credunt.*

**Magia.**

**Maxime in precio ſunt artes minime ſapiētes.**

**Medici.**

ctior, audacior, incogitantiorq́ꝫ, hoc pluris fit etiã apud torquatos iſtos principes. Atqui medicina, præſertim ut nunc à compluribus exercetur, nihil aliud eſt quàm aſſentationis particula, non minus profecto quàm rhetorica. Secũdum hos proximus datur locus leguleijs, & haud ſcio, an primus, quorum profeſſionẽ, ne quid ipſa pronunciem, uelut aſininam philoſophi

*dunt. Nec hoc arbitror ad artis meæ contumeliam pertinere, ſed potius ad gloriam, ſi taxatur illorum temeritas, qui hanc illotis pedibus aggrediuntur.*

Iureconſulti

*Atqui mediana.) Plato in Gorgia duas ponit artes, gymnaſticam & medicinam ad corpus, duas item ad animam pertinentes, nomotheticam gymnaſticæ, & iuſticiam iudiciariam, medicinæ correſpondẽtem. Has quatuor corpus & animam, ait optime curare. Aſſentatoria uero id ſentiẽs, quadrifariam ſe diuidit in quatuor illas artes, dumq́; ſic ſemper, non quod optimũ eſt, ſed quod dulciſſimũ præbet, plurimos illaqueat. Porrò coquinariam, medicinam ait ſubire, eiusq́; eſſe ueluti ſimiam, fucatoriam gymnaſticam imitari, ſophiſticam item legalem, rhetoricam iudiciariam iuſticiam. Verum ſi ad medicos noſtri ſeculi reſpexerimus, ut uineta egomet cædam mea, iuxta prouerbium, ipſa medicina magis aſſentationis, quàm artis particula eſſe uidebitur.*

Legulei.

*Leguleijs.) Legulei per contemptũ dicti ſunt, qui non ex literis iureconſultorũ, ſed ex formulis, & rubricis ius petebant. Vnde & rubricarij dicti ſunt. Velut aſininam.) Propterea quod nõ ſint inſtructi ſophiſticis*

phi magno cõſenſu ridere ſo lent. Sed tamẽ horum aſinorum arbitrio maxima minimaq́ꝫ negocia tranſiguntur. His latifundia creſcunt, cum theologus interim excuſſis totius diuinitatis ſcrinijs, lupi num arrodit, cum cimicibus ac pediculis aſſidue bellũ ge rens. Vt igitur feliciores ſunt artes, quæ maiorem habent cum ſtulticia affinitatem, ita longe feliciſſimi ſunt hi, quibus prorſus licuit ab omniũ diſciplinarũ cõmercio abſtinere, ſolamq́ꝫ naturam ducẽ ſequi, quæ nulla ſui parte mãca eſt, niſi forte mortalis ſortis pomeria trãſilire uelimus. Odit natura fucos, multoq́ꝫ felicius prouenit, quod nulla ſit arte uiolatũ. Agedum, an non uidetis ex unoquoqꝫ reli quorum animãtium genere ea

*ſophiſticis argutijs, ſed legibus adductis diſputent, cum hi tamen propius accedant ad uerũ, quàm hi, qui ſibi uidentur acutiſſimi, quibus illud uſu uenit, Nimiũ altercando ueritas amittitur.*

*Latifundia.) Sunt lati fundi. Plinius ci tat illud ceu prouer bio dictum, Italiam perdidere latifundia. Pomeria.) Id eſt, terminos. Po merium id ſpacium tam intra quàm extra murum dicebatur, quod ĩtra omni ædificio, extra autẽ omni cultu uacuum relinquebatur. Liui us libro primo, Ag gere & foſſis & muro circundat urbem, pomerium profert. Odit natura fucos.) Quæ enim natiua ſunt, longe gratiora uenuſtioraq; ſunt adulterinis atq; fucatis, quod feſtiuiter Propertius Elegiarum primo, de floſculis, lapil lis, &*

*Feliciora omnia quæ carent arte.*

ea feliſſime degere, quæ ſunt à diſciplinis aleniſſima, nec ul li⁹ magiſterio niſi naturæ du/ cuntur? Quid apibus aut feli cius, aut mirabilius? At his ne corporis quidem omnes ſen/ ſus adſunt. Quid ſimile in extruendis ædificijs reperiat architectura? Quis unquam philoſophus ſimilẽ inſtituit rẽpublicam? Rurſum equus quoniã humanis ſenſibus affi nis eſt, & in hominũ contu/ berniũ demigrauit, humana rum item calamitatũ eſt par/ ticeps. Quippe qui non raro dum uinci pudet in certami nib⁹ ducit ilia, & in bellis dũ ambit triumphũ, confoditur, ſimulq; cũ ſeſſore terram ore momordit. Vt ne cõmemo/ rem

*lis, & auiculis pro/ bat. Nam ut Plinius libro uigeſimoſepti/ mo, ait, Nulli nulla eſt facilius loqui, ꝙ rerũ naturæ pinge/ re. Quid apib⁹) Plinius libro undeci mo de inſectis lo/ quens, ait, Sed inter omnia principatus apibus, & iure præ cipua admiratio, ſo lis ex eo genere, ho/ minũ cauſa genitis. Mella contrahunt, ſuccumq; dulciſſimũ atq; ſubtiliſſimũ ac ſaluberrimũ, fauos cõfingunt ac ceras. Illæ ad uſus uitæ, la/ borem tolerant, ope ra conficiunt, rempublicam habent, conſilia priuatim, ac duces gregatim. Et quod maxime mirũ ſit, mores habent. Ariſtoteles quoq; libris quinto & nono hiſtoriæ anima/ lium, multa de apum laudibus ſcripſit. Ducit ilia.) Sic Horatius in epiſtolis, Solue ſeneſcentẽ mature ſanus equũ, ne Peccet ad extremũ, ridendus & ilia ducat. Terram ore momordit.) Hemiſtichiũ eſt Vergilianũ de milite mo riente,*

*Miſerrima animantia quæ diſcipli næ capacia.*

rem interim lupata frena, aculeata calcaria, ſtabuli carcerē ſcuticas, fuſtes, uincula, ſeſſorem, breuiter omnem illā ſeruitutis tragœdiam, cui ſe ultro addixit, dum fortes uiros imitatus, impenſius hoſtem ulciſci ſtudet. Quanto optabilior muſcarum & auicularū uita, ex tempore ſoloq́ꝫ naturæ ſenſu degentiū, modo per hominū inſidias liceat. Quæ ſi quādo caueis incluſæ, aſſueſcant hūanas ſonare linguas, mirum quàm à natiuo illo nitore degenerent. Adeo modis omnibus lætius eſt, quod natura condidit, quàm quod fucauit ars. Proinde nūquam ſatis laudarim gallum illū Pythagorā

*riente, quod imitatū eſt ex illo Homeri, Odyſſeæ χ. loquentis de pcis ab Vlyſſe interfectis, οἱ μὲν ἔπειθ᾽ ἅμα πάντες ὀδὰξ ἕλον ἄσπετον οὖδας, id eſt. illi quidē, deinde ſimul oēs mordicus ceperunt immēſum ſolum. & Iliados. χ. γαῖαν ὀδὰξ εἷλον, id eſt, terram mordicus ceperunt.* Lupata frena.) *Lupata frena dicuntur aſperrima ad domandos equos præferoces. Vergilius ī Georgicis. Et duris parêre lupatis. Dicta ſunt à luporū dentibus, qui ſunt inæquales, & ob id morſus huius animātis magis eſt noxius.* Impenſius hoſtem.) *Apologus eſt apud Horatium de equo, qui dum conatur ceruum è communibus paſcuis depellere, ſeſſorem tergo, & frenum ore recepit.* Fortes uiros.) *εἰρωνικῶς dictum eſt in ſtultos principes, qui dum hoſti nocere ſtudent, in ſummum conijciunt ſeipſos diſcrimen.* Gallum illum Pythagoram.)

*Lupata.*

n Lucianus

thagorã, qui cũ unus omnia fuiſſet, philoſophus, uir, mulier, rex, priuat⁹, piſcis, equus, rana, opinor etiam ſpongia, tamen nullum animal iudicauit calamitoſius homine, propterea quod cætera om̃ia naturæ finibus eſſent contenta, ſolus homo ſortis ſuæ limites egredi conaretur. Rurſum inter hoĩes, idiotas multis partibus anteponit doctis ac magnis, & Gryllus ille non paulo plus ſapuit, quàm πολυμῆτις ὀδυσσεὺς qui maluerit in hara grunnire, quàm cum illo tot miſeris obijci caſibus. Ab his mihi non diſſentire uidetur Homerus, nugarum pater, qui cũ mortales omneis ſubinde δειλοὺς καὶ μοχθηροὺς appellat

**Quoduis animal felicius homine.** *Lucianus facit Mycillum cũ Gallo ſuo loquẽtem, qui ſe Pythagoram eſſe diceret. Extat libellus ab Eraſmo latinitate donatus. Opinor etiã ſpongia.) Sunt enim qui ſpongiã animal eſſe putent, ut teſtatur Ariſtoteles, libro de natura animaliũ quinto, qui ſpogiarũ tria ponit genera. Nam aliæ, inquit, raræ, aliæ ſpiſſæ, aliæ quas Achilleas uocant. Naſcuntur oẽs ad litus, aut ad ſaxa, nutriunturq; luto. Senſum quoq; illis ineſſe creditur, ꝓpterea qđ ad cuulſoris acceſſum contrahuntur. Plinius planè credit ſpongias eſſe animalia. Nugarum pater.) Quod apud hũc fons ſit omnium fabularum. πολυμῆτις ὀδυσσεὺς.) id eſt, multi conſilij Vlyſſes. Sic enim frequenter Homerus eũ uocat. Δειλοὺς καὶ μοχθηροὺς.) δειλοὺς, id eſt, miſeros. Eſt enim hoc penè ſolenne apud Homerum & Heſiodum*

**Spongia.**

**Homerus.**

**Mortalium epitheta.**

appellat, tum Vlyſſem illum ſuum, ſapientis exemplar, ſæpenumero δύστηνον uocat, Paridem nuſq;, nec Aiacem, nec Achillem. Quãobrem id tandem? Niſi quod ille uafer & artifex nihil non Palladis cõſilio agebat, nimiumq; ſapiebat, à naturæ ductu quàm longiſſime recedens? Vt igitur inter mortales, ij longiſſime abſunt à felicitate, qui ſapientiæ ſtudent, nimirũ hoc ipſo bis ſtulti, quod homines nati cum ſint, tamen obliti cõditionis ſuæ, deorum immortalium uitam affectant, & gigantum exemplo, diſciplinarum machinis, naturæ bellũ inferunt

*dum, δειλοῖσι βροτοῖσι. Vnde Odyſſeæ. μ. πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι, .i. Sũt mortes triſtes miſeris mortalibus oẽs. Et μοχθηροὺς, id eſt, calamitoſos. Illud dictum eſt à metu, nam δειλία timiditas dicitur, & δειλιᾶν ἢ δειλιάζειν timere, hoc à labore, nam μόχθος labor dicitur, & μοχθέω, laboro. Δύστηνον uocat.) δύστηνος, id eſt, miſer quod multum ſuſpiret. Sic Homerus Odyſſeæ primo, τοῦ θυγάτηρ δύστηνον ὀδυρόμενον κατερύκει, id eſt, huius filia miſerum, lugentemq; detinet, de Calypſo Vlyſſem in Ogygia detinentem. Gigantum exemplo.) θεομαχεῖν uocant Græci pugnare cum dijs. Cicero interpretatur gigantum fabulam, ubi quis aduerſus naturam conatur. Diſciplinarum machinis.) Explicuit metaphoram addito uerbo proprio, machinis*

Δύστηνος.

 enim

*enī bellicis expugnā tur oppida. Bliteos.) Hoc uerbo delectatus eſt Octauius Auguſtus. Bliton Græce betan ſonat, ea herba, quoniā inſipida eſt ac diluta, fatua uocatur apud Martialem*

*Blitei.*

inferūt, ita quàm minime miſeri uidentur ij, qui ad brutorum ingeniū ſtulticiamq; q̃ proxime accedunt, neq; quicq̃ ultra hominem moliūtur.

Age experiamur num hoc quoq; non Stoicis enthymematis, ſed craſſo quopiam exemplo queamus oſtendere. Ac per deos immortales, eſtne quicq̃ felicius iſto hominū genere, quos uulgo moriones, ſtultos, fatuos ac bliteos appellant, pulcherrimis, ut equidē opinor, cognominibus? Rem dicam prima fronte ſtultam fortaſſis atq; abſurdam, ſed tamen unā multo ueriſſimam. Principio uacant mortis metu, non mediocri per Iouem malo. Vacant conſcientiæ carnificina. Non territantur manium fabulamentis. Non expaueſcunt ſpectris ac lemuribus, non torquentur metu impēdentium malorum, non ſpe futurorum bonorum diſtenduntur. In ſumma non dilacerantur milibus curarū, quibus hæc uita obnoxia eſt. Non pudeſcunt, non uerentur, non ambiunt, non inuident, non amant. Deniq; ſi propius etiam ad brutorū animantium inſipientiam acceſſerint, ne peccant quidem, autoribus theologis. Hic mihi iam expendas uelim ſtultiſſime ſapiēs, quot undiq; ſolicitudinibus noctes dieſq; diſcrucietur animus tuus,

*Moriones & fatui omnium feliciſſimi.*

*Stulti non peccant.*

tuus, congeras in unum aceruum uniuerſa uitæ tuæ incōmoda, atq; ita demum intelliges, quantis malis meos fatuos ſubduxerim. Adde huc, quod non ſolum ipſi perpetuo gaudent, ludunt, cantillant, ridēt, uerumetiam cæteris omnibus quocūq; ſeſe uerterint, uoluptatem, iocum, luſum, riſumq; adferunt, uelut in hoc ipſum à deorū indulgentia dati, ut humanæ uitæ triſticiam exhilararēt. Vnde fit, ut cum aliijs in alios uarius ſit affectus, hos omnes ex æquo tanq̃ ſuos agnoſcant, expetant, paſcant, foueant, cōplectantur, ſuccurrāt, ſi quid acciderit: impune permittāt, quicquid uel dixerint, uel fecerint. Adeó ꝙ nemo illis nocere cupit, ut feræ quoq; beluæ ab illorū iniuria tēperent, ſenſu quodā innocentiæ naturali. Sunt enim uere ſacri dijs præcipue mihi, ideo ꝙ nō iniuria hūc honorē oēs illis habēt. Quid quod ſūmis etiā regibus adeo ſunt in delitijs, ut nonnulli ſine his neq; prandere, nec ingredi, nec omnino uel horam durare poſſint. Neq; uero paulo interuallo hos bliteos ſuis illis tetricis ſophis anteponūt, quos tamen ipſos aliquot honoris gratia ſolent alere. Cur autē anteponant, nec obſcurum arbitror

*Iucūdi omnibus fatui.*

*Martialem: Vt ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ, O q̃ ſæpe coquus uina piperq; petet. Vt feræ quoq;.) Mirum eſt dictu, quod tamē uidemꝰ in canibus in pueros, & natura fatuos, non facile ſæuiunt, & agnoſcūt naturæ ſimplicitatem. Omnes illis habent.)*

*Fatui principum deliciæ.*

bitror, nec mirum uideri de- bet, cum ſapientes illi nil niſi triſte ſoleant adferre principi bus, ſuaq́ꝫ doctrina freti, non uereantur aliquoties auricu- las teneras mordaci radere uero, Moriones autẽ id præ- ſtent, quod unum undecũq́ꝫ principes modis omnibus au cupantur, iocos, riſus, cachin- nos, delitias. Iam accipite & hanc non aſpernãdã ſtultorũ dotem, quod ſoli ſimplices ac ueridici ſunt. Quid autem ue ritate laudatius? Quanq́ꝫ ẽm Alcibiadeum apud Platonẽ prouerbium, ueritatem uino pueritiæq́ꝫ tribuit, tamẽ omĩs ea laus mihi peculiariter de- bet, uel Euripide teſte, cuiꝰ ex tat illud celebre de nobis di- ctũ, μωρὰ γὰρ μωρὸς λέγει. Fatu us qcqd habet in pectore, id & uultu præſe fert, & oratiõe promit. At ſapientũ ſunt duæ illæ

*bent.) Nam religio numinum ad omnes ex æquo pertinet.*

*Auriculas teneras.) Verſus eſt é Satyra Perſij prima. Sed quid opus teneras mordaci radere uero Auriculas?*

*Varitas penes fatuos.*

*Apud Platonem.) Sic enim in conuiuio Platonis, Alcibiades narraturus, quemadmodum cum Socrate cubitauerit, præfatur,* τὸ δ' ἐντεῦθεν οὐκ ἄν μου ἠκούσατε λέγοντος, εἰ μὴ πρῶτον μὲν τὸ λεγόμενον, οἶνος ἄνευ τε παίδων καὶ μετὰ παίδων ἦν ἀληθής. *i. Cæterũ ea quæ reſtant nõ audiueritis me dicẽtẽ, niſi prius, id qd' uulgo dicitur, uinũ qdẽ & ſine pueris & cum pueris erat uerum.* Μωρὰ γὰρ μωρὸς λέγει.) *Id eſt, ſtultus ſtulta loquitur. Prouerbiũ eſt apud*

*Euripidem*

ille linguæ, ut idem meminit Euripides, quarũ altera uerũ dicũt, altera, quæ pro tẽpore iudicarint opportuna. Horũ eſt nigrũ in candida uertere, & eodẽ ex ore frigidũ pariter & calidũ efflare, lõgeq́ꝫ aliud cõditum habere in pectore, aliud ſermone fingere. Porrò in tanta felicitate tamen hoc nomine principes mihi uidẽtur infeliciſſimi, quod deeſt, à quo uerũ audiãt, & aſſentatores pro amicis habere cogũtur. Sed abhorrent à uero principũ aures, dixerit aliquis & hac ipſa de cauſa ſapientes iſtos fugitant, quod uereãtur ne quis forte liberior exiſtat, qui uera magis, q̃ꝫ iucũda loq audeat. Ita quidẽ res habet, inuiſa regibus ueritas. Sed tamen hoc ipſum mire in fatuis meis uſu uenit, ut non uera modo, uerũ etiã aperta cõuicia cum uoluptate audiãtur. adeo ut idẽ dictũ, qđ ſi à ſapientis ore ꝑficiſcat̃, capitale fuerat futurũ: à morione ꝓfectum, in

*Euripidẽ in Bacchis Duæ illæ linguæ) Euripides ſcripſit unicuiq; mortalium duas eſſe linguas: alterã qua uera loqueretur: alterã qua loqueretur quæ tẽpori eſſent accommoda. Nigrum in candida.) Ita Iuuenalis Satyra tertia: Qui nigrũ in candida uertunt, id eſt, defendũt turpia. Et eodem ex ore.) Alluſit ad apologũ Aniani fabulatoris, huiuſmodi Satyrus quidã, cum hyberno gelu uehemẽter ſæuiente, à ruſtico quopiam in hoſpitium inductus eſſet, uidẽs hominẽ inſtare in man⁹, ori ad motas, rogauit cur ita faceret, is reſpondit, ut man⁹ frigidas anhelit⁹ tepore calefaceret. Deinde men*

*Impunitas ſtultorum.*

*ſa appoſita, cum in pultem feruentē rur ſum inflaret, admiratus Satyrus, ſciſcitatus eſt, cur id faceret uti pultem, inquit, refrigerem. Tum Satyrus ſurgens, quid audio, inquit,* σὺ ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν ἐξάγεις; *id eſt, Túne ex eodem ore calidū & frigidum educis? non mihi cū talibus habendū cōmercium eſt, idq́; dicens abijt.*

*Fatui grati fœminis.*

*Seriū nimis) Verecūde ſignificat nōnūq̄ mulieres coire cū morionib⁹, & ex ijs cōcipe, putantes futurū uti lateat.*

*Elyſium.*

*Elyſios.) Elyſiū Suidas ait,* πεδίον εἶναι ἐν ᾧ οἱ παρ᾽ ἕλλησι δίκαιοι αὐλίζονται μετὰ θάνατον ἐκεῖσε ἐλευσόμενοι, *id eſt, Campum eſſe, in quo apud Græcos iuſti demorantur, poſt mortē eò ſe conferentes, quemadmodū iniuſti ad Cocytū uadūt, hūc nōnulli apud inferos, nōnulli ſub cō*

ctū, incredibilē uoluptatē pariat. Habet eñ genuinā quandā delectādi uim ueritas ſi nihil accedat quod offendat: uerū id quidē ſolis fatuis dij dederunt. Iiſdē fermè de cauſis, hoc hominū genere mulieres gaudere ſolent impenſius, ut pote ad uoluptatē & nugas natura propēſiores. Proinde quicqd cū huiuſmodi factitarint, etiā ſi nōnunq̄ ſerium nimis, illæ tamen iocū ac luſum interpretātur, ut eſt ingenioſus, præſertim ad prætexenda cōmiſſa ſua, ſexus ille. Igitur ut ad fatuorū felicitatē redeā, multa cum iucunditate peracta uita, nullo mortis uel metu, uel ſenſu, rectà in campos Elyſios demigrāt, & illic pias atq; ocioſas animas luſibus ſuis delectaturi. Eamus nunc, & quemuis etiam ſapientem cū huius morionis ſorte conferamus.

feramꝰ. Finge quod huic opponas exemplar ſapiētiæ, hominem qui totam pueritiam atq; adoleſcentiam in perdiſcendis diſciplinis cōtriuerit, & ſuauiſſimam uitæ partem, perpetuis uigilījs, curis, ſudoribus perdiderit, ne in reliqua quidē omni uita uel tantillum uoluptatis deguſtarit, ſemꝑ parcus, pauper, triſtis, tetricus, ſibīpſi iniquus ac durus, alījs grauis & inuiſus, pallore, macie, ualetudine, lippitudine confectus, ſenio caniciecq; multo ante diem contracta, ante diem fugiens è uita. Quanq;

*quo orbis lunæ eſſe putant, nec deſunt q Elyſium putent eſſe ipſas inſulas fortunatas. Ante diem contracta.) In uehementer ſtudioſis, dum intentiſſime meditantur, oportet uehementem ſpirituū fieri agitationē, quam calor cōſequitur: caloris autem comes eſt reſolutio, cōſumptio, & exiccatio. Spiritus autem ſic reſolutos oportet ex optimo ſanguine inſtaurari, unde ſanguinem paucum euadere neceſſe eſt, ſic ſubinde in ſpiritus reſolutū. Ad hæc in ſtudioſis, propter cerebri agitationem, & ex agitatione ortum calorē, oportet ex corde ſpiritus copioſos, qui fiunt animales, aſcendere: ſiquidem ubi agitatio, eò ſpiritus & calor uergunt: ſpiritus igitur naturales, qui in uentriculo & iocinore concoctioni ſeruiunt, diminuūtur, quibus diminutis ſanguis & paucus & pituitoſus generatur. Quo circa ſtudioſos neceſſum eſt* ὀλιγαίμους *euadere,* τὰ δ᾽ ὀλίγαιμα ἤδη, *ut ait Ariſtoteles in ſecūdo libro de partibus animalium,* προοδοποιεῖται πρὸς τὴν φθοράν. ἡ γὰρ φθορὰ ὀλιγαι-

Quanq̃ quid refert quando moriat̃ iſtiuſmodi, qui nunq̃ uixerit? Habetis egregiam illam ſapientis imaginē. At hic rurſus obganniunt mihi, οἱ ἐκ τῆς στοᾶς βάτραχοι. Nihil, inquiũt, miſerius inſania. Sed inſignis Stulticia, uel inſaniæ proxima eſt, uel ipſa potius inſania. Quid enim aliud eſt īſanire, quàm errare animo? Sed iſti tota errant uia. Age, hunc quoq; ſyllogiſmũ diſſipemus, Muſis bene fortunantibus. Argute quidem iſti, uerum queadmodũ apud Platonē docet Socrates, ex una Venere ſecta duas, & ex uno Cupidine

*μία ἐστί. καὶ τὸ ὀλίγον παθητικὸν καὶ ὑπὸ ψυχροῦ τοῦ τυχόντος, καὶ ὑπὸ θερμοῦ. i. Quæ pauca ſanguinis ſunt, iam faciunt uiam ad corruptionem. Corruptio enim paucitas ſanguinis eſt, & quod paucũ eſt, facile patitur à quouis & frigore & calore. Galenus quoque autor eſt, eos qui paucum habent ſanguinem, ſeniũ accelerare.*

*Nunquam uixerit.) Viuere hic accipitur pro ſuauiter uiuere, ut Terentius: Vixit, dum uixit bene. Et Perſius Satyra quinta: Indulge genio, carpamus dulcia, noſtrum eſt Quod uiuis. Et Martialis: Viue uelut rapto, fugitiuaq; gaudia carpe. quod dicunt Græci, ἔαρ ἄγειν.*

*Οἱ ἐκ τῆς στοᾶς βάτραχοι.) Id eſt, Stoicæ ranæ. Sic illos uocat, quod obſtrepant ſuis argumētis. Et Origenes, atq; hunc ſequutus Hieronymus, Aegyptiorũ ranas, dialecticorum & ſophiſtarũ moleſtam garrulitatē interpretatur, ut etiam ſcriptũ eſt in decretis canonicis diſtinctione trigeſimaſeptima. Ex una Venere ſecta.) Pauſanias in*

Sympoſio

Cupidine diſſecto duos faciens, itidē & iſtos dialecticos decebat inſaniam ab inſania diſtinguere, ſi modo ipſi ſani uideri uellent. Neq; eñ protinus omnis inſania calamitoſa eſt. Alioqui non dixiſſet Horatius, An me ludit amabilis inſania: neq; Plato poëtarū, uatum, & amantiū furorem inter

*Sympoſio Platonis, reprehēdit Phædri orationem, quod de amore diſputaſſet, cum neq; diuidens, neq; definiens. Itaq; Pauſanias diuidere uolēs amorē, duasq; dicēs eſſe Veneres ait,* ἡ μὲν γέ που πρεσβυτέρα, καὶ ἀμήτωρ οὐρανοῦ θυγάτηρ, ἣν δὴ καὶ οὐρανίαν ἐπωνομάζομεν, ἡ δὲ νεωτέρα διὸς καὶ διώνης, ἣν δὴ πάνδημον καλοῦμεν. ἀναγκαῖον δὲ καὶ ἔρωτα τὸν μὲν τῇ ἑτέρᾳ συνεργὸν, πάνδημον ὀρθῶς καλεῖσθαι, τὸν δὲ οὐράνιον, *id eſt, Altera quidē antiquior, matreq; carens, Cœli filia, quam cœleſtem cognominamus. Altera autem iunior, Iouis & Dionæ, quam uulgarem uocamus. Neceſſum eſt autem, Cupidinem alterum Veneri alteri cooperatorem, uulgarem recte uocari, alterum autem cœleſtem. Vulgarem cupidinē, dicit Pauſanias ſtimulare ad amorē fœminarū, partumq; corporis, cœleſtem autem, ad amandos mares, diſciplinis idoneos, ad partūq; animi ſtimulare.* An me ludit amabilis.) *Eſt in Odis, ubi de furore poëtico loquitur, quo fit ut uidere uideantur, quæ procul abſunt.* Poëtarum, uatum, & amantium.) *Socrates in Phædro Platonis, amorē laudaturus, negansq; amorem eſſe uituperandū, quod furoris ſpecies eſſet, quadruplicem facit furorem, quorum unūquenq; felicem uideri uult. Primū uatum, quem* μαντικὴν

inter præcipua uitæ bona collocaſſet: nec uates illa laborē Aeneæ uocaſſet inſanū. Verū eſt duplex inſaniæ genus: alterum quod ab inferis diræ ultrices ſubmittunt, quoties immiſſis anguibus, uel ardorem belli, uel inexplebilē auri ſitim, uel dedecoroſum ac nefarium amorē, uel parricidiū, inceſtum, ſacrilegiū, aut aliā id genus peſtem aliquam in pectora mortalium inuehūt, ſiue

*τικὴν μανίαν, quaſi μανικὴν, interpoſitione ταῦ, uocari ait. Secundum myſterialem, qui per expiationes propiciationesq́; morborū remedia inuenit. Tertium poëticum, de quo dicit, ὃς δ' ἄνευ μουσῶν μανίας, ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται, πεισθεὶς ὡς ἄρα ἐκ τέχνης ἱκανῶς ποιητὴς ἐσόμενος, ἀτελὴς αὐτός τε, καὶ ἡ ποίησις, ὑπὸ τῆς τῶν μαινομένων, ἡ τοῦ σωφρονοῦντος ἠφανίσθη, id eſt, Qui autem ſine Muſarum furore ad poëticas fores ſe confert, perſuaſus quod arte ſufficienter poëta ſit euaſurus, imperfectus quidē tum ipſe, tum poëſis eius, præ illa quæ ex furore procedit, qua quidem hæc, quæ à prudentia ſit, euaneſcit. Quartū furorem facit amatorium, qui ἀπ' αὐτῆς ῥώμης ἐπωνυμίαν λαβὼν*

ἔρως. *ἔρως ἐκλήθη, id eſt, Qui ab ipſo robore cognomen ſumēs, amor quaſi robur dicitur.* *Nec uates illa.) Eſt apud Maronem Aeneidos libro ſexto, ubi Sibylla ſic loquitur Aeneæ: Et inſano iuuat indulgere labori. Nam inſanū uocatur, quicquid immodicū eſt. Vnde illud: Inſanire libet.*

Diræ. *Diræ ultrices.) Diras poëtæ furias uocant, ultrices, qđ ſontes torqueant. Immiſſis anguibus.) Apud Maronē*

ſiue cum nocentē & conſciū animū, furijs ac terriculorum facibus agunt. Eſt alterū huic longe diſſimile, quod uidelicet à me proficiſcitur, omniū maxime exoptandum. Id accidit quoties iucundus quidam mētis error ſimul & anxijs illis curis animū liberat, & multijuga uoluptate delibutum reddit. Atqui hunc mentis errorem, ceu magnū quoddam deorū munus, ad Atticum ſcribens, optat Cicero, nimirum quo tantorum malorū ſenſu carere poſſet. Neq; perperam ſenſit Argiuus ille, qui hactenus inſaniebat, ut totos dies ſolus deſideret in theatro, ridēs, plaudēs, gaudens, quod crederet illic miras

*Aeneidos ſeptimo, Alecto furiā Amatæ & Turno immittit. Nocētem & conſcium animū.) Cicero in Paradoxis: Quocunq; aſpexiſti, ut furiæ ſic tuæ tibi occurrunt iniuriæ, ſuſpirare quæ te liberum nō ſinūt. His furijs conſcij animi fuit agitatus Oreſtes. Pœna autē quam hæ furiæ infligunt, uehemens, Et multo ſæuior illis, ut ait Iuuenalis, quas Rhadamantus habet. Ad Atticū ſcribens optat.) Atticus arguit M. Tullium triumuiris occupantibus tyrannidem, quod nimium animo diſcruciaretur, adeo ut quidam putarent illum errare mente. Is reſpondit ſe plane ſentire, optat autē errorem mentis, quo tantorū malorum ſenſu uacaret. Itidem apud Euripedem Aiax dolet, quod ab inſania reſipuiſſet: & apud Senecam Phædra, Quis me dolori reddit? & quàm bene excideram mihi. Argiuus.) De hoc Horatius*

*Atticus.*

*tius in epiſtolis.*

*Iucundus amicis &c.) Verba ſunt Horatij.*

**Elleborum.**

*Elleboro magis opus.) Quod Latini ueratrum, Græci elleborum uocant, cuius duo ſunt genera: alterum album, quod, ut Dioſcorides in quarto ait,* φύλλα ἔχει ὅμοια τοῖς τῆς ἀρνογλώσσου ἢ σεύτλου ἀγρίου, *id eſt, folia habet ſimilia folijs plantaginis, aut betæ ſylueſtris: alterũ nigrũ, quod Græcis* ἐλλέβορος μέλας, *uel* μελαμπόδιον, *ſiue* πολύῤῥιζον *dicit̃. Vtrũq; autem medetur melancholicis & inſanientibus, educitq; melancholiam, quibus & dari ſolet. Vnde Horat. Danda eſt*

*Non omnis error inſania eſt.*

miras agi tragœdias, cũ nihil omnino ageretur, cum in cæteris uitæ officijs probe ſeſe gereret, iucundus amicis, comis in uxorẽ, poſſet qui ignoſcere ſeruis, Et ſigno læſæ non inſanire lagenæ. Hunc ubi cognatorũ opera datis pharmacis morbo leuaſſet, ſibiq; iam totus eſſet redditus, hunc in modum cũ amicis expoſtulans, Pol, me occidiſtis amici, Nõ ſeruaſtis ait, cui ſic extorta uoluptas, Et demptus per uim mẽtis gratiſſimus error. Et merito quidem: errabant enim ipſi, atq; elleboro magis opus habebant, qui tam felicem ac iucundam inſaniam, ceu malum aliquod, exiſtimarent potionibus expellendã. Quanq; illud equidẽ nondũ ſtatui, num quiuis ſenſus, aut mẽtis error, inſaniæ nomine ſit appellandus. Neq; enim ſi cui lippiẽti mulus aſinus eſſe uideatur: aut ſi quis indoctũ carmen ueluti doctiſſimum admiretur, is continuo uidebitur

bitur inſanire. Verum ſi quis non ſenſu tantum, ſed animi iudicio fallatur, idq́ꝫ præter uſitatum morē ac perpetuo, is demum inſaniæ cenſebitur affinis eſſe, ueluti ſi quis quoties aſinum audierit rudentem, arbitret̃ ſeſe miros ſymphoniſcos audire, aut ſi quis pauperculus, infimo loco natus, Crœſum Lydorū regem eſſe ſe credat. Sed hoc inſaniæ genus, ſi, quemadmodū ferè fit, uergat ad uoluptatē, nō mediocrem delectationē adfert tum ĳs qui eo tenent̃, tum illis, quibus eſt hoc animaduerſum, nec tamen eodē inſaniunt. Nam hæc inſaniæ ſpecies multo latius patet, q̃ꝫ uulgus hominum intelligit. Sed uiciſſim inſanus inſanū ridet, ac mutuā ſibi uoluptatem inuicem miniſtrāt. Neqꝫ raro

*da eſt ellebori pars multo maxima auaris, & Si tribus Anticyris caput inſanabile.* Sympho*niſcos)* Sic *muſicos uocat concinne canentes,* ἀπὸ τοῦ συμφωνεῖν, *quod concinere ſignificat.* Symphoniſci.

*Crœſum.)* Hic o*mniū mortalium ditiſſimus fuit, cui tamen* Soloni *quærenti, an omniū beatiſſimus foret, reſpondet,* Ἐμοὶ δὲ σὺ πλουτέων μέγα φαίνεαι, καὶ βασιλεὺς εἶναι πολλῶν ἀνθρώπων. ἐκεῖνο δὲ τὸ εἴρεό με οὔπω σε ἐγὼ λέγω, πρὶν ἂν τελευτήσαντα καλῶς τὸν αἰῶνα πύθωμαι, *id eſt, Mihi ô* Crœſe *apprime diues eſſe uideris, rexq́; multorum hominum, illud autem quod ſciſcitaris, non antea à me audieris, quàm te uita feliciter defunctum audiero.* Crœſus.

*Maior*

raro fieri uidebitis, ut maior inſanus, uehementius rideat minorem. Verũ hoc quiſque felicior, quo pluribus deſipit modis. Stulticia iudice, modo in eo genere inſaniæ maneat, quod nobis eſt peculiare, quod quidem uſq;adeo late patet, ut haud ſciam, an ex uniuerſa mortalium ſumma quẽpiam liceat reperire, qui omnibus horis ſapiat, quiq; non aliquo inſaniæ genere teneatur. Quanq; hoc tantum intereſt, qui cucurbitam cum uidet, mulierem eſſe credit, huic inſano nomen ponunt, propterea quod ꝑpaucis id uſu ueniat. Verum ubi quis uxorẽ ſuam, quam cum multis habet communem, eam pluſq; Penelopen eſſe deierat, ſibiq; maiorem in modũ plaudit, feliciter errans, hunc nullus inſanũ appellat, propterea

*Nullꝰ omnino uacat inſania.*

*Maior inſanus.) Sic Horatius in ſermonibus libro ſecũdo: O maior tandẽ parcas inſane minori. Omnibꝰ horis ſapiat.) Prouerbiũ eſt, Neminem omnibus horis ſapere. Nemo eſt, qui non alicubi peccet.*

*Quanquam hoc tantũ intereſt.) In hac diſputatione de inſania nonnihil imitatus eſt ex Horatij Satyra, cuius initiũ, Sic raro ſcribis:*

*Vxor communis.*

*Qui cucurbitam.) Hic morbus oritur ex corruptione uirtutis imaginatiuæ.*

*Penelope.*

*Penelopen eſſe.) Penelope uxor fuit Vlyſſis, quã caſtiſſimam in Odyſſea facit Homerus, unde ſubinde περίφρων, id eſt, caſta, & αἰδοίη, id eſt, uerecunda, ab eodem uocatur. Ouidius: Penelope poterat tam multos ſalua per annos Viuere, tam multis*

pterea quod paſſim maritis hoc accidere uideāt. Ad hūc ordinem pertinent & iſti, qui præ uenatu ferarum omnia contemnunt, atq; incredibilē animi uoluptatem percipere ſe prædicant, quoties fœdum illum cornuum cātum audierint, quoties canum eiulatus. Opinor etiam cum excremēta canum odorantur, illis cinnamomum uideri. Deinde quæ ſuauitas, quoties fera lanianda eſt? Tauros & uerueces humili plebi laniare licet, feram niſi à generoſo ſecari nefas. Is nudo capite, inflexis genibus, gladio ad id deſtinato, neq; enim quouis idem facere fas eſt, certis geſtibus certa mēbra certo ordine religioſe ſecat. Miratur interim perinde ut in re noua, circumſtans tacita turba. Porrò cui contigerit è belua non nihil guſtare, is uero exiſtimat ſibi non parum nobilitatis accedere. Itaq; cum iſti aſſidua ferarum inſectatione atq; eſu, nihil aliud aſſequantur, niſi ut ipſi propemodum in feras degenerent, tamē interea regiam uitam agere ſe putant. Eſt his ſimillimum

*multis fœmina digna uiris.* Ad hunc ordinem.) *Taxat ineptiſſimum uenandi ſtudium in quo ſic inſaniunt quidā magnates, ut in omni uita nihil aliud agant.*

Is *nudo capite.)* *Id accipio fieri paſſim apud Britannos in his quoque feris, quas illi damas uocant, quidam exiſtimant magis eſſe platycerotas.* Nonnulli *malunt ſylueſtrium caprarum genus.*

Nunc ro/

*Voluptas uenandi.*

*Aedificādi morbus.*

*Nunc rotunda quadratis.) Sic Horatius, Diruit, ædificat mutat quadrata rotundis.*

genus eorum, qui inſatiabili ædificādi ſtudio flagrant, nūc rotunda quadratis, nunc quadrata rotūdis permutantes. Neq; uero finis ullus, neque modus, donec ad extremam redactis inopiā, nec ubi habitent, nec quid edāt, ſupereſt. Quid tum poſtea? Interim annos aliquot ſumma cum uoluptate peregerunt. Ad quos mihi quidem proxime uidētur accedere, qui nouis & arcanis artibus, rerum ſpecies uertere moliuntur, ac terra mariq; quintam quandā eſſentiā uenantur. Hos adeo lactat mellita ſpes, ut neq; laborum, neq; impēſarum unq̄ pigeat, miroq; ingenio ſemper aliquid excogitant, quo ſeſe denuo fallant, ſibiq; ipſis gratam faciant impoſturam, donec abſumptis omnibus, non ſit quo iam fornaculam inſtruant. Non deſinunt tamen iucunda ſomniare ſomnia, cæteros pro uiribus ad eandem felicitatem animantes. Cumq; iam prorſus omni ſpe deſtituuntur, ſupereſt tamen una ſententia, abunde magnum ſolatium, in magnis & uoluiſſe ſat eſt. Ac tum uitæ breuitatem incuſant, ut quæ magnitudini negocij nō ſuffecerit.

*Alcumiſtæ.*

*Furor aleatorū.*

Porrò aleatores non nihil addubito num in noſtrum collegium ſint admittendi. Sed tamen ſtultum omnino ridiculumq; ſpectaculū eſt, quoties uidemus nonnullos uſq; adeo addictos, ut ſimul atq; ſtrepitum talorum audierint,

protinus

protinus illis cor ſaliat, palpitetq́ꝫ. Deinde cum ſemper illiciente uincendi ſpe, omniũ facultatum naufragium fecerint, in aleæ ſcopulum illiſa naue, non paulo formidabiliorem Malea uixq́ꝫ nudi emerſerint, quoſuis potius fraudãt quàm uictorem, ne ſcilicet uiri parum graues habeantur. Quid cum ſenes iam & cæcutientes, uitreis etiam oculis luſitant? Poſtremo cum iam iuſta chiragra contudit articulos, uicarium etiam mercede conducunt, qui pro ſe talos in pyrgum mittat? Suauis quidem res, niſi quod hic ludus plerũqꝫ ſolet in rabiem euadere, iamq́ꝫ ad furias, non ad me pertinere. Cæterũ illud hominũ genus haud dubie totum

*tundis. Malea.) Malea promontoriũ eſt Laconiæ, circa quod piculoſiſſimã eſſe nauigationẽ, autor eſt Strabo libro octauo, unde prouerbium hoc celebratũ fuiſſe dicit, μαλέα δὲ κάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε, id eſt, Maleam prætemauigans, domeſticorum obliuiſcere.* Malea.

*Quoſuis potius fraudãt.) Id narrat Cornelius Tacit⁹ de populis ac moribus Germaniæ, eos hybernis menſibus potiſſimũ oblectare ſe alea, & uictum aliquoties ad mortem, & ſeruitutem dedere ſeſe, ſumma fide. Iuſta chiragra.) Chiragra ſpecies eſt arthreticæ quam iuſtã uocat, quod aleatorũ puniat inſaniam. Alluſit autem ad illud Horatianum in ſermonib⁹ Vertumnis quotquot ſunt, natus iniquis, Scurra Volanerius, poſt q̃ illi iuſta chiragra Contudit articulos, qui pro ſe* Chiragra.

 tolleret

totum eſt noſtræ farinæ, qui miraculis ac prodigioſis gaudent mendacijs, uel audiẽdis uel narrandis. Nec ulla ſatietas talium fabularum, cũ portentoſa quædam, de ſpectris, de lemuribus, de laruis, de inferis, de id genus milibus miraculorum commemorãtur: quæ quo longius abſunt à uero, hoc & creduntur lubẽtius & iucundiore pruritu titillãt aures. Atq; hæc quidem non modo ad leuandum horarũ tædium mire conducunt, uerum etiam ad quæſtum pertinẽt, præcipue ſacrificis & cõcionatoribus. His rurſum adfines ſunt ij, qui ſibi ſtultam quidem, ſed tamen iucundã perſuaſionem induerunt, futurũ, ſi

Cõficta miracula.

*tolleret, atq; Mitteret in pyrgum talos mercede diurna Cõductum.* Pyrgus. *Pyrgus turricula eſt luſoria, quam alij fritillũ dicunt, ut Iuuenalis. Si dãnata ſenem iuuat alea, ludit & hæres Bullatus, paruoq; eadem mouet arma fritillo. Noſtræ farinæ.) id eſt, noſtræ cõditionis. Perſius, Noſtræ paulo ante farinæ.* Laruæ. *Laruæ & lemures.) Laruæ noxiæ inferorum umbræ ſunt, quas uulgo ſpiritus uocamus à laribus dictæ.* Superſtitioſus imaginũ cultus. *Qui miraculis ac prodigijs.) Hac de re libellũ conſcripſit Lucianus, quem Morus, cui libellus hic dicatus, elegantiſſime uertit in ſermonem latinum.* Philopſeudes Luciani. *Hoc genus hominum execratur & diuus Hieronymus in epiſtolis, qui pugnas cum dæmonibus, atq; huiuſmodi portenta confingunt. Sacrificis & cõcionatoribus.) Palàm eſt, hic non reprehendi miracula, ſed conficta, & conficta ad quæſtum,*

*quæſtum, quo plus extorqueant à mulierculis & ſenibus, ſtulteq́; credulis.* Nam *his difficillime credunt, qui maxime credunt* Euangelio. Et *ferè uidemus, ut qui huiuſmodi fabulamentis maxime fidem habent, apud hos* Euangelij *leuiſſima ſit autoritas*

futurũ, ſi ligneum, aut pictũ aliquem Polyphemum Chriſtophorũ aſpexerint, eo die nõ ſint perituri, aut q̧ ſculptã Barbaram præſcriptis uerbis ſalutarit, ſit incolumis è prælio reditu-

Videtur *autem taxare genus hominum illaudatum, quos uulgo quæſtuarios uocant, qui circumferẽtes ſanctorum reliquias, magna impudentia ſolent apud populum huiuſmodi portenta narrare, quæ poſt ipſi inter pocula rident.*

Polyphemum Chriſtophorum.) Polyphemum *uocat, quod hunc immani, & pluſq̃ gigantea magnitudine fingant pictores & ſculptores, & malum, baculi loco tenentem ingreſſum undas, qualis* Polyphemus *apud* Vergilium, *quem tertio* Aeneidos *ſic deſcribit,* Monſtrum *horrendum ingens, cui lumen ademptum,* T*runca manu pinus regit, & ueſtigia firmat.* Et *paulo poſt,* Graditurq́; *per æquor.* Iam *medium nec dum fluctus latera ardua tinxit.* Quem *&* Homerus Odyſſeæ I. *deſcribit.* Polyphemꝰ

Aſpexerit in die.) Quæſo *quid dici potuit ſtultius aut ſuperſtitioſius? & tamen mirum, ꝙ id uulgo ꝑſuaſum habeatur.* Quis *iſtiuſmodi pluſq̃ hæreticas opiniones inſeuit in animos* Chriſtianorũ? Bene *morietur, quiſq́s uixerit in* Chriſto, *non qui ligneũ uiderit* Chriſtophorum.

Aut qui ſculptam Barbaram.) V*triuſq; hiſtoria non admodum grauis eſt.* Et *tamen huiuſmodi fabulamentis*

*permiſſum eſt olim ludere Chriſtianis potius quàm Ethnicis.*

*Aut ſi quis Eraſmum.) Animaduerte lector, & intelliges, nihil hic dici cõtumelioſum in ſanctos, ſed in eos, qui illos ſuperſtitioſe colunt. Nauticum genus, quo uix aliud ſceleratius, cum non mutent uitam, tamen ita ſe domum redituros confidunt, ſi ſimulachrũ Chriſtophori conſpexerint. Milites perditiſſimum genus, ſi ad Barbaræ procubuerint imaginem, & caſtrenſia quædam demurmurauerint precamina, credũt ſe incolumes, ad priſtinam uitam redituros è prælio. Auari in hoc colunt Eraſmum, & id ſuperſtitioſe, ut breui diteſcant. Georgium Herculem.) Nonnulla, quæ de hoc feruntur, uidentur efficta ex Herculis laboribus, qui cum hydra Lernæa cõgreſſus eſt.*

lio rediturus, aut ſi quis Eraſmum certis diebus, certis cereolis, certisq́ꝫ preculis conuenerit, breui ſit diues euaſurus. Iam uero Georgium etiam Herculem inuenerunt, quem admodum & Hippolytum alterum, huius equum phaleris ac bullis religioſiſſime adadornatum tantum non adorant

Hippolytus

*Hippolytum alterum.) Nam habent gentiles ſuum Hippolytum ab equis diſcerptum. Vnde & nomen inditum, nam ἵππος equus, λυτὸς ſolutus dicitur.*

*Phaleris ac bullis.) Olim in templis Chriſtianorum nihil erat neque ſculptum neq; pictum, nunc equus Georgij ueris inſtructus armis, bonam aliquoties templi partẽ occupat.*

Tantũ non.

*Tantum non adorant.) Id eſt, propemodum, quẽadmodũ Græci dicũt μονονουχὶ, id eſt, tantum non. Qua figura uſus eſt Titus Liuius, Suetonius, & Valerius*

Maximus

rant, ac ſubinde nouo quopiam munuſculo demerentur, per huius æream galeam deierare planè regium habetur. Nam quid dicam de ĳs, qui ſibi fictis ſcelerum condonationibus, ſuauiſſime blandiuntur, ac purgatorĳ ſpacia ueluti clepſydris metiuntur, ſecula

*Maximus. Munuſculo demerentur.) Id eſt, conciliant, & ſibi deuinciũt. Scelerum condonationibus.) Has uulgo uocant indulgentias, quas hic non improbat ſi ueræ ſint, ſed ſimulatas ridet, ideóque addidit, fictis. ſæpe enim quidam ad quæſtum factas bullas circunferunt, ut agreſtibus & imperitis imponant. Nonnunquàm abutuntur & his, quas uere conceſſit pontifex dum eas populo proponunt & commendant, non quatenus conducit ad ſalutem animarum, ſed quatenus ad ipſorum quæſtum maxime confert. In ſumma non erat noſtrum de poteſtate pontificum diſputare. Hoc unũ ſcio, certius eſſe quod Chriſtus in Euangelio promiſit, de remittẽdis peccatis, quàm quod pollicentur homines, præſertim cum hæc tota res, recens ſit, & nuper inuenta. Poſtremo complures mortalium his condonationibus freti, ſibi male blandiuntur, nec cogitant de uita mutanda.* 

*Fictæ pontificum condonationes uel indulgentiæ*

*Veluti clepſydris.) Clepſydris olim horas metiebantur, in agendis cauſis. Vaſa erant anguſtis foraminibus, per quæ guttatim defluens aqua, tẽporis modum ſignificabat. Plinius in epiſtolis, Dixeram horis penè quinq;, nam tribus clepſydris, quas ſpacioſiſſime acceperam, ſunt additæ quatuor. Dicuntur autem* ἀπὸ τῶ κλέπτειν, *id*

*Clepſydræ.*

Preces ſuperſtitioſæ.

ſecula, annos, menſes, dies, horas, tanq̃ è tabula mathematica, citra ullum errorem dimetientes. Aut de ijs, qui magicis quibuſdam notulis ac preculis, quas pius aliquis impoſtor, uel animi cauſa, uel ad quæſtum excogitauit, freti nihil ſibi nõ pollicetur, opes, honores, uoluptates, ſaturitates, ualetudinem perpetuo ꝓſperam, uitam longæuam, ſenectam uiridem, deniq́; proximũ Chriſto apud ſuperos conſeſſum, quem tamen nolint, niſi admodum ſero contingere, hoc eſt cum huius uitæ uoluptates, inuitos eos ac mordicus retinentes, tamẽ deſeruerint, tum ſuccedant illæ cœlitum delitiæ. Hic mihi puta negociator aliquis aut miles, aut iudex, abiecto ex tot

*πτειν, id eſt, furando ſeu abſcondendo &, ἀπὸ τοῦ ὕδατος, id eſt, aqua, quod aquã abſconderent. Secula, annos.) Seculum, ſpacium centũ annorũ. Qui magicis quibuſdam.) Huiuſmodi ſuperſtitioſiſſimis nugis paſſim referta ſũt oĩa, Quodq́; magis mirũ eſt hæc pietas habetur apud nonnullos etiã eruditos & religioſos. Pius impoſtor.) Facete coniũxit pugnantia. Sẽtit eum qui ſub ſpecie pietatis impoſturam facit. Opes, honores.) Vides q̃d iſti petant ſuis precibus nõ bonã mentẽ, ſed cõmoda huiꝰ mũdi, ut palã intelligas nõ taxari preces, ſed ſupſtitioſas, præſertim ſi his utaris ad hũc finẽ, quẽ dicit. Nã tales & Ethnici irriſerũt poẽtæ. Vnde Perſius Satyra ſecũda huiuſmodi preculas ridẽs ait, Haud cuiuis ꝓmptũ ẽ murmur, hũileſq́; ſuſurros tollere de tẽ*

tot rapinis unico nummulo, uniuerſam uitæ Lernã ſemel expurgatã putat, totq́ʒ piuria tot libidines, tot ebrietates, tot rixas, tot cædes, tot impoſturas, tot pfidias, tot ꝓditiones exiſtimat uelut ex pacto redimi, & ita redimi, ut iam liceat ad nouum ſcelerum orbẽ de integro reuerti. Quid autem ſtultius ijs, imò quid felicius, qui ſeptem illis ſacrorum pſalmorũ uerſiculis coti die recitatis, pluſq́ʒ ſummam felicitatem ſibi promittunt? Atqʒ hos magicos uerſiculos dæmon quiſpiã, facetus quidem ille, ſed futilis magis q̃ʒ callidus, diuo Bernardo creditur indicaſſe, ſed arte circũuentus miſer: & hæc tam ſtulta, ut meipſam propemodũ pudeat, tamen approbantur, idq́ʒ non à uulgo modo, uerũ etiam à religionis profeſſoribus. Quid iam, nõne eódem ferè pertinet, cum ſingulæ regiones ſuum aliquem peculiarem uindicant diuum,

cumq́ʒ

*re de tẽplis & apto uiuere uoto.* Et *Iuuenalis ſatyra decima: Prima ferè uota, & cunctis notiſſima templis, Diuitiæ creſcant, ut opes, ut maxima toto Noſtra ſit arcana foro.*

*Vitæ Lernã.*) *Lerna palus Argiuorũ peſtilentiſſima, quæ prodidit hydram ſeptem capitum. Prouerbium eſt,* λέρνη κακῶν, *id eſt, lerna malorum, de immenſis & ĩnumeris malis.* [*Lerna.*]

*Et ita redimi.*) *Et hinc palàm nihil dici aduerſus indulgentias. Taxantur enĩ nõ qui his utuntur, ut debẽt, ſed qui ſatis putãt abieciſſe nummũ in corbonã cũ nihil de uita priſtina muteĩ.* [*Superſtitioſus cultus diuorum.*]

*Septẽ illis ſacrorũ*) *Quidã*



*è ſeptem*

cũcꝫ in ſingulos ſingula quædam partiuntur, ſingulis ſuos quoſdam culturæ ritus attribuunt, ut hic in dentium cruciatu ſuccurrat, ille parturientibus dexter adſit, alius rem furto ſublatã reſtituat: hic in naufragio proſper affulgeat, ille gregem tueatur: atcꝫ item de cæteris. Nam omnia perceſere longiſſimum fuerit. Sunt qui ſinguli pluribus in rebus ualeãt, præcipue deipara uirgo, cui uulgus hominũ plus

*Munia.* *è ſeptẽ fecerũt octo. Super hac re uide quàm ridiculã narrent, imò ſcribant fabulam, Dæmon occurrẽs diuo Bernardo, iactauit ſe ſcire ſeptẽ uerſiculos in pſalmis Dauidicis, quos qui quotidie recitaſſet, non poſſet nõ ire in cœlum. Inſtabat Bernardus, ut indicaret quinã eſſent. Cumq; ille recuſaret, Nihil agis, inquit Bernardus, quandoquidem quotidie totum euoluam pſalterium, in quo tui quoq; ſemptem uerſus inſint neceſſe eſt. At dæmon ueritus, ne tanti boni dediſſet occaſionem, maluit uerſiculos ſuos indicare: atq; hoc tantum bonum, quantum nec in euangelio legimus, cacodæmoni ferimus acceptum. Deipara uirgo.) Imitatus eſt Græcam uocem* θεοτόκος. *Mirum eſt autẽ quàm uulgus hominum ab hac omnia petat, perinde quaſi Chriſtus aut minus ſit exorabilis quàm Maria, aut minus poſſit. Sed ſtultum uulgus imaginatur in ſacra uirgine, quod uident in filio quopiam principe, & huius matre. Quod ab illo non poſſunt extorquere, uel quod ſit implacabilior hic ſexus, uel quod ad hunc non pateat aditus, id per mulierem impetrari putant. Illud animaduerte lector, quanquã*

*Moriam*

plus propè tribuit quàm fi-lio. Verum ab his diuis quid tandem petunt homines, niſi quod ad ſtulticiam attinet? Agedum inter tot anathemata, quibus templorũ quorundam parietes omnes, ac teſtudinem ipſam refertam conſpicitis, uidiſtiś ne unquã qui ſtulticiam effugerit, qui uel pilo ſit factus ſapientior? Alius enatauit incolumis. Alius ab hoſte perfoſſus uixit. Alius è prælio, pugnantibus cæteris, nõ minus feliciter quàm fortiter aufugit. Alius in crucem ſubactus, fauore diui cuiuſpiam furibus amici, decidit ut nõnullos etiam male diuitijs onuſtos pergeret exonerare. Alius

*Moriam loquentem facit, tamen hoc cauit, ne uſquã lædat Chriſtianam religionem, ne uideretur taxare eos, qui impenſe addicti ſunt cultui diuæ uirginis, addit, plus propè tribuit quàm filio, ut intelligeres ſtultam uulgi ſuperſtitionem notam, qui magis fidit Mariæ, quàm Chriſto. Ipſe cum in Italia ſtudiorum gratia cõmorarer, uidi in æde ſacra affixũ epigramma, in quo quidam teſtabatur ſe grauiſſima febri correptum, nihil ſpei collocaſſe in medico, non multum in deo, ſed tamen diuæ uirginis ope reuixiſſe. Nulla, inquit, erat in medico ſpes, neq; multa deo. Nam hunc uerſiculũ forte memoria teneo.* Inter tot anathemata.) *Ita uocantur donaria ſuſpenſa in templis, ac monumenta dicata diuis. Apud Italos in ædibus ſacris huiuſmodi plena ſunt omnia.* Alius enatauit.) *Effingunt argumentũ picturis aut ceris: deinde addunt ſubſcriptionem miraculi.*

*Vulgus nõ optat à ſuperis ſapientiam.*

*Anathemata.*

Luſit

Alius pfracto carcere fugit. Alius irato medico à febre reualuit. Alij potum uenenũ, aluo ſoluta, remedio, non exitio fuit, idq; non admodũ lęta uxore, quæ operam & impenſam luſerit. Alius euerſo plauſtro, equos incolumes domũ abegit. Alius oppreſſus ruina uixit. Alius à marito deprehenſus eluſit. Nullus pro depulſa ſtulticia gratias agit. Adeo ſuauis quædã res eſt nihil ſapere, ut omnia potius deprecentur mortales, q̃ Moriã. Sed qd ego hoc ſupſtitionũ pelagus ingredior?

*Luſit autem mira facetia, in his argumentis explicandis.*

*Alius irato medico.) Quia maluerit morbum diuturniorem, quæſtus ſui cauſa. Tales enim nonnulli ſunt, ſed hoc indigni nomine.*

*Alij potũ uenenũ.) Extat Auſonij ſuper hac re ſanè quàm lepidum Epigramma de uxore, quæ uirũ uoluit ueneno necare. Toxica zelotypo dedit uxor mœcha marito, Nec ſatis ad mortem credidit eſſe datum, Miſcuit argenti letalia pondera uiui, Cogeret ut celerem uis geminata necem. Diuidat hæc ſi quis, faciunt diſcreta uenenum. Antidotũ ſumet, qui ſociata bibet. Ergo inter ſeſe dum noxia pocula certant, Ceſſit letalis noxa ſalutiferæ. Protinus, & uacuos alui petiere receſſus, Lubrica deiectis, qua uia nota cibis. Quàm pia cura deûm, prodeſt crudelior uxor. Et cum fata uolunt, bina uenena iuuant.*

*A marito deprehenſus eluſit.) Sunt qui cõſtanter in his quoq; caſibus, ſanctos ſibi fuiſſe præſidio iactent.*

Non

Non mihi ſi linguæ centum
ſint, oraq́ꝫ centum
Ferrea uox, omneis fatuorũ
euoluere formas,
Omnia ſtulticiæ percurrere
nomina poſſim.

uſqꝫadeo omnis omniũ Chriſtianorũ uita iſtiuſmodi delirationib⁹ undiq́ꝫ ſcatet: quas ipſas tamen ſacrifici non grauatim & admittunt & alunt, nõ ignari quantũ hinc lucelli ſoleat accreſcere. Inter hæc, ſi quis odioſus ſapiẽs exoriat̃, ſuccinatq́ꝫ id, qđ res eſt, non male peribis, ſi bene uixeris: peccata

*Non mihi ſi linguæ.) Carmen Maronis, cõmutatis aliquot uerbis, ad ſuam detorſit ſententiam. Eſt autem Aeneidos ſexto. Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraq́ꝫ centum, Ferrea uox, omnes ſcelerum comprehẽdere formas, Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem. qđ imitatum eſt ex illo Homeri Iliados β.* οὐ δ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι δέκα δὲ στόματ' εἶεν, φωνὴ δ' ἄῤῥηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη, *id eſt, Non mihi ſi denæ linguæ ſint, oraq́ꝫ dena. Vox ſimul infracta, ac animus mihi aheneus eſſet. Omnis omnium Chriſtianorum.) Caue ſic accipias lector, quaſi Chriſtiana uita ſit ſuperſtitioſa. Sed eorum qui Chriſtiani uocantur mores his ſuperſtitionibus ſic ſunt infecti, ut nulla penè res ſit tam ſacra, cui non admiſceant aliquid huiuſmodi. Quæ quidem tam multa ſunt, ut Liuianam ſuperent hiſtoriam, tam ridicula, ut ſatius ſit reticere. Non male peribis.) Hoc pertinet ad imaginem Chriſtophori conſpectam, & ad uerſiculos à dæmone proditos.*

*Sacerdotes abutuntur ſuperſtitione uulgi ad ſuũ quæſtũ.*

Peccata

peccata redimis,ſi nummulo addideris odium malefacto-rum,tum lachrymas,uigilias, orationes, ieiunia, ac totam uitæ rationem cõmutaris. Diuus hic tibi fauebit,ſi uitam illius æmulaberis. Hæc,inquã, atq; id gen⁹ alia,ſi ſapiens ille obganniat, uide à quanta felicitate repente mortaliũ animos in quẽ tumultum retraxerit? Ad hoc collegium pertinent, qui uiui qua funeris pompa uelint efferri,tam diligenter ſtatuũt,ut nominatim etiam præſcribãt,quot tedas, quot pullatos, quot cãtores, quot luctus hiſtriones uelint adeſſe, perinde quaſi futurũ ſit,ut aliquis huius ſpectaculi ſenſus ad ipſos ſit rediturus, aut

*Peccata redimis.*) *Hoc ad condonationes pertinet.* *Diuus hic.*) *Hoc ad Eraſmũ cultum.* *Si uitã illius.*) *Hic eſt ueriſſimus atq; ipſis acceptiſſimus diuorum cultus. Sed quoniam hoc longe difficili⁹ negligitur à uulgo, & ad faciles quaſdã ceremonias confugiunt.*

*Cura ſepulchri.*

*Quot luctus hiſtriones*) *Durat hic mos adhuc apud cõplures Chriſtianos, ex gentilitate relictus, ut conducti quidam plorent in funere. Vnde Flaccus: Vt qui conducti plorant in funere,dicunt, Et faciunt propè plura dolentibus ex animo. Principes equos etiam pullis obtectos ſtragulis in hanc pompam inducunt, ceruice ad tibias alligata,quaſi lugeant,& dominum requirant.*

*Huius ſpectaculi.*) *Nam iſta defuncti aut nõ ſentiunt,aut ſuo malo ſentiunt. Sed tolerantur in ſolatium infirmorũ, ſi modo tam moderate fiant,ut ferri poſſint. Nũc aliquoties*

aut ut pudeſcãt defuncti, niſi cadauer magnifice defodiatur, haud alio ſtudio, quàm ſi ædiles creati, ludos aut epulũ ædere ſtudeant. Equidẽ tametſi propero, tamẽ haud poſſum iſtos ſilentio prætercurrere, qui cũ nihil ab infimo cerdone differant, tamẽ inani nobilitatis titulo, mirum quàm ſibi blãdiunť. Alius ad Aeneam, alius ad Brutum, alius ad Arcturum genus ſuũ refert. Oſtendũt undiq; ſculptas & pictas maiorũ imagines. Numerant proauos atq; atauos, & antiqua cognomina cõmemorant, cum ipſi nõ multum abſint à muta ſtatua, penè ijs ipſis, quæ oſtentant ſignis, deteriores. Et tamen hac tam ſuaui Philautia felicem prorſum uitam agunt. Neq; deſunt æque ſtulti, qui hoc beluarum genus, perinde ut deos ſuſpiciũt. Sed quid ego de uno aut altero genere loquor, quaſi uero nõ paſſim hæc Philautia plurimos ubiq; miris modis feliciſſimos efficiat? cũ hic quauis ſimia deformior, ſibi planè Nireus uidetur? Alius ſimulatq; treis lineas

*ties ambitio uſq; ad inſaniam exit.*

*Aediles creati.*) Horũ erat fabulas ædere populo, & uiſcerationes exhibere.

*Nihil ab infimo cerdone.*) Vide ut circunſpecte taxat nobiles, nõ quoſuis. Sunt enim uere nobiles, q generis claritati, doctrina moribusq; reſpondent. Sed eos qui uita, cæterisq; bonis rebus, nihilo antecellũt infimam plebem, aut, quod ſæpe uidemus, uincunt uitijs. *Nireus.*) Nireum pro formoſiſſimo poſuit,

*Aediles.*

*Stulta nobilitas.*

*Sua cuiq; placent.*

neas circino duxerit, prorſũ Euclidem ſeſe putat: hic ὄνος πρὸς λύραν, & quo deterius, nec ille ſonat, quo mordetur gallina marito, tamẽ alterum Hermogenem eſſe ſe credit. Eſt autẽ illud longe ſuauiſſimum inſaniæ genus, quo nõ nulli, quicquid ulli ſuorũ dotis adeſt, eo nõ aliter atq; ſuo gloriãtur. Qualis erat ille bis beatus apud Senecã diues, qui

*ſuit, nam Homerus ut Therſitem turpiſſimũ Græcorũ, ita hunc poſt Achillem, formoſiſſimum facit, quem ſic deſcribit Iliados β.* Νιρεὺς ἀγλαΐης θ' υἱὸς, χαρόποιό τ' ἄνακτος Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ' ἀμύμονα πηλεΐωνα Ἀλλ' ἀλαπαδνὸς ἔην, *id eſt, Filius Aglaies Nireus regis Charopiq; Nireus, quo Troiam uenit formoſior alter Graiorũ haud ullus, ſi inuictum demis Achillem. Sed mollis fuit. Lucianus* ἐν νεκρικοῖς, *cũ hoc Therſitem de forma fecit contendentẽ.* ὄνος πρὸς λύραν.) *Id eſt, aſinus ad lyram. Græcis in prouerbiũ eſt de indocili.* Quo *deterius nec.) Carmen eſt Iuuenalis è ſatyra tertia, quo gallum ſignificat gallinaceum, cui uox eſt rauca & inamabilis. Proinde ab animante Græci nomen dederunt huic uocis uitio, ut teſtatur Quintilianus.*

*Hermogenes.* *Alterum Hermogenem.) Hunc Flaccus nominat in ſatyris, ut ſummũ canendi artificem. Inuideat, quod & Hermogenes ego canto.* Qualis *erat ille beatus.) Eſt lepidiſſima fabula de quodam diuite ſtulto, qui putabat ſe ſcire quicquid ullus ſeruorum ſciret. Erat adeo obliuioſus, ut narraturus aliquid, ſæpe requireret nomen Hectoris,*

*aut*

qui narraturus hiſtoriolã quã piam, ſeruos ad manum habebat, qui nomina ſuggererẽt non dubitaturus, uel in pugilum certamẽ deſcendere, homo alioqui adeo imbecillus, ut uix uiueret, hac re fretus, quod multos haberet domi ſeruos egregie robuſtos. Porrò de artium profeſſoribus, quid attinet commemorare? quãdo peculiaris eſt horum omnium Philautia, adeo ut reperias citius, qui uelit agello paterno, quàm ingenio cedere, uerum præcipue hiſtrionum, cantorum, oratorum, ac poëtarum, quorum quo quiſq; eſt indoctior, hoc ſibi placet inſolentius, hoc ſeſe magis iactat, ac dilatat. Et inueniunt ſimiles labra lactucas, imò quo quicq; eſt ineptius, hoc plures admiratores nanciſcitur, ut peſſima quæq; ſemper plurimis arrident, propterea quod maxima pars hominũ, ut diximus, Stulticiæ obnoxia

*aut Achillis.* Et opus erat ſeruo, qui nomẽ ſuggereret. Huic adeo inualido ut uix uiueret, adulatores ſuadebant, ut in pugilum certamen deſcenderet, & reſpondẽti, qui poſſum? uix uiuo? Non uides, inquiunt, quàm multos ualidos ſeruos habeas domi tuæ?

*Vt reperias citius.*) Ita Martialis in Epigrammatis ait inueniri forte, qui cedant agro paterno, qui uelit ingenio cedere, nullus erit. *Similes labra lactucas.*) Prouerbiũ eſt, cum digna contingunt dignis, ut ineptus cantor inſulſo auditori. *Plurimis arrident.*) Eleganter arrident poſuit pro placent, quẽadmodũ

Poëtæ philauti.

*admodum & blandiri dicuntur, quæ placent. Et putidiorem.) Putidum aliquando moleſtum uocant. Horatius. Quorſum hæc tam putida tendunt?*

*Britanni præter alia) Vide lector ut rem per ſe mordacē feſtiuiter, & citra morſum tractat. Quis neſcit, ut ſingulis hominibus, ita & ſingulis nationibus ſua quædam uitia eſſe, de quibus uulgus etiam ſua habet prouerbia. At hic nihil attingit odioſum, ſed tantum ridicula quædam commemorat, ut intelligas illum candido illo Mercurij ſale ludere uoluiſſe. Nam Britannos etiam laudauit ſi uindicāt ſibi, quod*

*Cõmunis regionum philautia.*

xia eſt. Proinde ſi quis eſt imperitior, & ſibi ipſi multo iucūdior eſt, & pluribus admirationi, quid eſt quod is ueram eruditionem malit, primum magno conſtaturam, deinde reddituram & putidiorem & timidiorem, poſtremo multo paucioribus placiturā? Iā uero uideo naturam, ut ſingulis mortalibus ſuam, ita ſingulis nationibus, ac penè ciuitatib⁹ cōmunem quandam inſeuiſſe Philautiam: atq; hinc fieri, ut Britāni præter alia, formā, muſicam, & lautas menſas ꝓprie ſibi uindicent. Scoti, nobilitate, & regiæ affinitatis titulo, neq; non dialecticis argutijs ſibi blandiantur. Galli morum ciuilitatē ſibi ſumant. Pariſienſes, theologicæ ſcientiæ laudem, omnibus propè ſubmotis, ſibi peculiariter arrogent. Itali bonas literas & eloquentiam aſſerant, atque hoc nomine ſibi ſuauiſſime blandiantur omnes, quod

ſoli mortalium barbari non ſint. Quo quidem in genere felicitatis, Rhomani primas tenent,ac ueterem illã Rhomam adhuc iucundiſſime ſomniãt. Veneti nobilitatis opinione ſunt felices. Græci tanquam diſciplinarum autores, ueteribus illis laudatorum heroum titulis ſeſe uenditant. Turcæ, totaque illa uere barbarorum colluuies etiam religionis laudem ſibi uindicat, Chriſtianos perinde uti ſuperſtitioſos irridens. At multo etiam ſuauius Iudæi etiamdum meſſiã ſuum conſtanter expectant, ac Moſen ſuũ, hodieque mordicus tenent. Hiſpani bellicã gloriam nulli concedunt. Germani corporum proceritate, & magiæ cognitione ſibi placẽt. Ac ne ſingula perſequar, uidetis opinor, quantũ ubique uoluptatis pariat ſingulis & uniuerſis mortalibus Philautia, cui propè par eſt aſſentatio ſoror. Nihil eñ aliud Philautia

*bi, quod & habent, & habere pulchrũ eſt. Soli mortalium.) Olim Græci cæteros appellabant Barbaros, deinde culti literis Itali, cæteros omnes præter Græcos, Barbaros appellare cœperũt. Et nunc rebus omnibus commutatis, adhuc mirũ eſt, quàm inani noĩe ſibi placeant, & quantopere Barbaros execrẽtur.*

*Veterẽ illam Rhomam.) Referrẽ hoc loco nõnihil de Rhomanorũ affectu, ni ſcirem, ſine gemitu non poſſe audiri à pijs. Et præſtat Eraſmi, quem interpretor, modeſtiam imitari. Nihil enim aliud.) Feſtiuiter ꝑ collationis occaſionẽ miſcuit iocũ, & tamen*

Barbari. Turcæ. Iudæi.

lautia,quàm cum quis ipſe ſibi palpatur. Idem ſi alteri facias, κολακῖα fuerit. At hodie res quædam infamis eſt adulatio,ſed apud eos,qui rerum uocabulis magis, quàm rebus ipſis cõmouentur. Exiſtimant cum adulatiõe fidem male cohærere: quod multo ſecus ſeſe habere,uel brutorũ animantium exemplis poterant admoneri. Quid enim cane adulãtius? at rurſum qd fideli⁹? Quid ſciuro blãdius? at hoc quid eſt homini magis amicũ? Niſi forte uel aſperi leones,uel immites tigres, uel irritabiles pardi magis ad uitam hominũ conducere uidentur. Quanq́ eſt omnino pernicioſa quædam adulatio, qua nonnulli perfidioſi & irriſores, miſeros in perniciem adigunt. Verum hæc mea,ab ingenij benignitate,cãdoreq́ quodã proficiſcitur, multoq́ uirtuti uicinior eſt,q̃ ea quæ huic opponitur, aſperitas, ac moroſitas inconcinna, ut ait

Horatius

*Inter philautiam & colaciam quid interſit.*

*tamen iocando uerũ dixit. Eſt autem perniicioſiſſima adulatio, cum quis aſſentatur ſibi. κολακῖα) κόλαξ, id eſt, adulator. Inde κολακῖα adulatio. Miro uero ingenio,rem omnium peſſimã laudat, & ita ludit, ut nihilominus uerum dicat.*

*Adulatio res ſaluberrima.*

*Sciurus.*

*Sciuro blãdius.) Sciurus muris genus eſt piloſa cauda, qua ſe tegit, unde & nomen habet σκϊὰ umbra, & οὐρὰ cauda dicitur. Eſt enim huic animanti peculiare,cauda corpus obtegere. Habetur in delitijs ob luſum perpetuũ.*

*Bona adulatio laudata.*

*Vitia in amicitia.*

*Vt ait Horatius) Is ponit duo uitia in amicitia,aſſentationem, & huic diuerſam,aſperam morũ*

*truculen*

Horatius grauiſcꝫ. Hæc deie ctiores animos erigit, demul cet triſtes, extimulat languen tes, expergefacit ſtupidos, æ grotos leuat, feroces mollit, amores conciliat, conciliatos retinet. Pueritiam ad capeſ ſenda ſtudia literarum allicit, ſenes exhilarat, principes ci tra offenſam ſub imagine lau dis, & admonet & docet. In ſumma facit, ut quiſcꝫ ſibi ip ſe ſit iucũdior & charior, quæ quidẽ felicitatis pars eſt uel præcipua. Quid autem offi ciofius,

*truculentiam, qua ni hil amico cõcedimꝰ. Eſt autem mediũ qd dam, ut amicum ad moneas errãtem, ſed nõ quauis de re, nec amarulente, ſed ami ce, quædã condones, quibuſdam faueas. Vnde Flaccus in epi ſtola ad Lolium ſic ait, Diſcolor infido ſcurræ diſtabit ami cus. Eſt huic diuerſũ uitio uitium propè maius, Aſperitas a greſtis, & in concin na grauiſq;, Quæ ſe cõmendat tonſa cute, dentibus atris, Dũ uult libertas mera dici, ueraq; uirtus. Virtus eſt me dium uitiorum utrinq; redactum Pueritiam ad capeſ ſenda.) Laude & munuſculis olim alliciebant pueros ad amandas literas. Vnde Flaccus, Pueris olim dant cruſtula, blandi Doctores, elementa uelint ut diſcere prima. Nunc uero truculentia doctorum, & plagis, primum diſcũt odiſ ſe literas & præceptorem: quare, uel Fabio teſte, nihil magis puerorum ingenijs pernicioſum eſſe poteſt. Nam præter odium literarum, ingenijq; ſeruilitatem, quam ſæ uitia præceptorum parit, etiam corpuſculis adhuc teneris & creſcentibus non parũ nocet nimia illa ſæuitia & aſpe*

cioſius quàm cũ mutuũ muli ſcabunt? Vt ne dicam interim hanc eſſe magnam illius laudatæ eloquentiæ partem, maiorem medicinæ, maximã poëticæ: deniq; hanc eſſe totius humanæ conſuetudinis mel & cõdimentum. Sed falli, inquiunt, miſerum eſt, imò non falli, miſerrimum. Nimiũ enim deſipiunt, qui in rebus ipſis felicitatẽ hominis ſitã eſſe exiſtimãt. Ex opinionibus ea pendet. Nam rerum hũanarũ tanta eſt obſcuritas, uarietaſq;, ut nihil dilucide ſciri poſſit, quemadmodum recte dictũ eſt ab Academicis meis, inter philoſophos ꝗ̃ minimum

*Eſt error felix.*

*Caliſthenes.*

*Vita hominũ ex opinione pendet.*

*ritas quam mirum, quantum ſtulti non ſanè pauci, tãquam præceptoris uirtutẽ mirãtur. Principes citra) Si neceſſe eſt admonere principẽ, tamen iucunde monendus eſt, non acerbe, ne eueniat, quod euenit Caliſtheni p̃ceptori Alexandri, & pædagogo Ptolemæi. Porrò colorem quem oſtendit, ipſe mire ſeruauit in Panegyrico, quo Philippi Burgundionũ ducis laudes proſecutus eſt. Nihil enim aliud illic agit laudãs, quàm ut doceat & admoneat, qualem oporteat eſſe principem. Mutuum muli ſcabunt.) Prouerbium eſt, cum uiciſſim alius alium laudat, à mulis ſumptum, qui quod manibus carent, mutuo ſe ſcabunt.*

*Magnam illius laudatæ) Nam ut ſupra diximus Plato in Gorgia, oratoriam aſſentationis partem fecit. Inter philoſophos.) Socrates modeſtiæ cauſa dicebat, ſe nihil ſcire, ridens arrogantem ſophiſtarum profeſſionem, qui ſe iactabant nihil neſcire, hinc Academici nihil affirmabãt, ſed quod*

mum inſolentibus. Aut ſi q̃d ſciri poteſt, id non raro officit etiam uitæ iucũditati. Poſtremo ſic ſculptus eſt hominis animus, ut longe magis, fucis, quàm ueris capiatur. Cuius rei ſi quis experimentum expoſitum & obuium quærat, conciones ac templa petat, in quibus ſi quid ſeriũ narratur, dormitant, oſcitant, nauſeant omnes. Quod ſi clamator ille, lapſa ſum, declamator dicere uolebam, ita ut ſæpe faciunt, anilem aliquam fabellam exordiatur, expergiſcuntur, erigũtur, inhiant oẽs. Item ſi quis ſit diuus fabuloſior & poëticus, quod ſi exẽplum requiris, finge huius generis

*quod ubiq; probabile uiderent, id ſequebãtur. Porrò Socrates in apologia dicit ſe putare idcirco ab Apolline iudicatum omnium ſapientiſſimum, quod ſe nihil ſcire ſciret. Sic enim ait loquens de quodam qui & ſibi & alijs uideretur ſapiẽtiſſimus.* πρὸς ἐμαυτὸν δ᾽ οὖν ἀπιὼν, ἐλογϊζόμην, ὅτι τούτου μὲν τοῦ ἀνθρώπου ἐγὼ σοφώτερός εἰμι. κινδυνεύει μὲν γὰρ ἡμῶν οὐδέτερος οὐδὲν καλὸν οὐδ᾽ ἀγαθὸν εἰδέναι, ἀλλ᾽ οὗτος μὲν οἴεταί τι εἰδέναι, οὐκ εἰδώς. ἐγὼ δ᾽ ὥσπερ οὖν οὐκ οἶδα οὐδ᾽ οἴομαι. ἔοικα γοῦν τούτου γε σμϊκρῷ τινὶ αὐτῷ τούτῳ σοφώτερος εἶναι, ὅτι ἃ μὴ οἶδα, οὐδὲ οἴομαι εἰδέναι. *i. Ad meipſum igitur cõuerſus ſic ratiocinabar, hoc profecto homine ſapiẽtior ſum. Videtur enim noſtrũ neuter q̃d bonũ, q̃d ue malũ ſit ſcire. Cæterũ hic q̃dẽ putat ſe aliq̃d ſcire, nihil ſciẽs. Ego uero ut nihil ſcio, ita nihil ſcire me puto. Viſus ſum igitur paulo hoc ipſo ſapiẽtior, q̃d ea quæ neſcio, ne puto q̃dẽ me ſcire. Cla*

Socrates.

neris Georgium aut Chriſtophorum,aut Barbaram,uidebitis hũc longe religioſius coli,quàm Petrum, aut Paulũ, aut ipſum etiam Chriſtum. Verum hæc non huius ſunt loci. Iam quanto minoris cõſtat hæc felicitatis acceſſio? Quãdoquidem res ipſas aliquoties magno negocio pares oportet,uel leuiſſimas,uti grammaticen. At opinio facillime ſumitur. Quæ tamẽ tantũdem,aut amplius etiã ad felicitatẽ conducat. Age ſi quis putribus ueſcatur ſalſamẽtis, quorum alius nec odorẽ ferre poſſit, & tamen huic ambroſiam ſapiant, quæſo, quid intereſt ad felicitatẽ? Cõtra ſi acipenſer alicui nauſeã ſapiat,q̃d referet ad uitæ beatitudinẽ? Si cui ſit uxor egregie deformis, quæ tñ marito, uel

cum

*mator.) Quidã clamant tantum. Declamant autem, qui ex arte dicunt, præſertim exercendi cauſa. Quod autem per iocum hic narrat, mirum eſt quàm quotidie uideamus euenire. Finge huiꝰ generis.) Ne quis hic calumnietur,aliquid parum reuerenter dictum de ſanctis, non*

Error guſtꝰ

*enim uocat diuos fabuloſos, quod non ſint ſancti,ſed q̃d de*

Fabuloſus.

*his fabuloſa quædã ferantur,ut Horatiꝰ fabuloſum dixit Hydaſpem fluuiũ. Nec*

Error oculorum.

*id ſimpliciter affirmat,ſed addit, exempli cauſa. Nam horũ hiſtoriæ fabulis ſimillimæ uidentur. Et tamẽ hæc qualiacũq; ſunt, libẽtius amplectitur uulgus quàm quæ in Actibus apoſtoorũ, aut in Euangelijs legimus, certa & indubitata. Acipen-*

Acipenſer.

*ſer alicui.) Acipenſer ſiue acipenſis piſcis eſt optimi ſapo ris,*

cũ ipſa Venere certare poſſe uideatur nónne perinde fuerit, ac ſi uere formoſa foret? Si quis tabulã minio lutoq́ꝫ male oblitã, ſuſpectet, ac demiretur, perſuaſum habens, Apellis aut Zeuſidis eſſe picturam, nónne felicior etiam fuerit eo, qui eorum artificũ manum magno emerit, fortaſſis minus ex eo ſpectaculo uoluptatis percepturus? Noui ego quendam mei nominis, qui nouæ nuptæ gemmas aliquot adulterinas dono dedit, perſuadens, ut erat facundus nugator, eas non modo ueras ac natiuas eſſe, uerumetiam ſingulari atque inæſtimabili precio. Quæſo, quid intererat puellæ, cum uitro nõ minus iucunde paſceret & oculos, & animum, nugas perinde ut eximium aliquem

*eſt optimi ſaporis, q̃ ſquamas ad os uerſas habet, olim ĩ maximo ꝑcio habitus. Martialis in diſtichis, Ad Palatinas acipẽſẽ mittite mẽſas, Ambroſias ornẽt munera rara dapes. Apellis aut Zeuſidis.) Plinius libro triceſimoquinto, Apellem dicit ſuperaſſe omnes ante ſe genitos, poſteaq́ꝫ ſequutos, quippe qui pinxerit ea, quæ alij pingere non potuerint, fulmina, tonitrua, brontẽ, aſtrapem. Zeuſidis item meminit Plinius, quem ſummas diuitias dicit arte ſua ſibi comparaſſe, poſteaq́ꝫ cenſentem opera ſua maiora eſſe, quàm quæ precio poſſent comparari, cœpiſſe ea dono dare. Plura de his apud eundem inuenies. Mei nominis.) Apparet eum loqui de quopiam, cui nomẽ fuerit Moro, qui puellam ſpon*

Apelles.

Impoſtura in gemmis facticijs.

Zeuſis.

quem theſaurum, conditas apud ſeſe ſeruaret? Maritus interim & ſumptum effugiebat, & uxoris errore fruebatur, nec eam tamen ſibi minus habebat deuinctã, quàm ſi magno empta donaſſet. Num quid intereſſe cenſetis inter eos, qui in ſpecu illo Platonico uariarum rerum umbras ac ſimulacra demirãtur, modo nihil deſiderent, neq; minus ſibi placeant: & ſapientem illum qui ſpecum egreſſus, ueras res aſpicit. Quod ſi

Mycillo

*ſam hac arte deluſerit. Specu illo Platonico.) Plato ϖολιτειῶν. ζ. homines qui relictis diuinis ideis, & ſpiritualibus rebus, quæ uere ſunt, nihil præter res corporeas, uerarum rerum umbras mirantur, tanquam cæcos & ſomniantes fingit, ἐν καταγείῳ οἰκήσει σπηλαιώδει, id eſt, in ſubterraneo domicilio ſpeluncæ formam præ ſe ferenti, ſuis affectibus uinctos ſedere. Ad hũc enim modum Socrates ferè apud eum loquitur, Naturam noſtram, quo ad eruditionẽ & ruditatem pertinet, tali quadam imagine cõtemplare, finge ſubterraneum ſpecus, cuius ingreſſus uerſus lumen per antrum totum peruius undiq; pateat: in eo homines nutritos à pueritia, ceruicem & crura ita deuinctos, ut & immobiles ꝑmanere cogantur, & ad ſola anteriora proſpicere: capita uero uinculis adſtricta, circũducere nequeant, poſt tergum autem ſuperne, ac procul, ignis lumẽ ſuſpenſum ſit, interq; ignẽ & uinctos homines uia ſuperior pateat, ſecus quàm paries ſit conſtructus, quẽadmodum præſtigiatoribus apponuntur coram ſpectantium oculis*

*Specus Platonicus.*

*cortinæ*

Mycillo Lucianico diues illud & aureum ſomniũ perpetuo ſomniare licuiſſet, nihil erat cur aliam optaret felicitatem. Aut nihil igitur intereſt, aut ſi quid intereſt, potior etiam ſtultorũ conditio. Primũ quod ijs ſua felicitas minimo conſtat, id eſt, ſola perſuaſiũcula. Deinde, quod ea fruuntur cũ plurimis communiter. Porrò nullius boni iucunda ſine ſocio poſſeſſio. Quis enim neſcit quanta ſapientũ paucitas, ſi modo quiſquam inueniatur? quanquam ex tot ſeculis Græci ſeptẽ omnino numerãt, quos mehercle, ſi quis accuratius excutiat, diſpeream ſi uel ſemiſapientem inueniet, imò ſi uel trientẽ uiri ſapientis. Proinde cũ inter multas Bacchi laudes, illud habeatur, ut eſt, primarium, quod animi curas eluat, idq; ad

*cortinæ quædam, ſuper quibus ſua miranda oſtentant, ſinge præterea homines alios inter parietes ferre res uarias: Hos demũ homines ait, nihil aliud quicquam uel ſui ipſorũ uel aliarum rerum poſſe uidere, præter umbras, quæ ex igne ad aduerſam ſpeluncæ partem cadunt. Mycillo Lucianico.) Apud Lucianũ Mycillus quiſpiã cerdo, pauperculus cœnauerat apud prædiuitem uicinũ, noctéq; ſomniauit ſe ſubito diuitẽ uehi humeris, poſſidereq; quæcunq; diuites poſſidẽt. Et ob id minatur gallo, qđ ſuo cantu tantam felicitatẽ interrupiſſet. Extat dialogus ab Eraſmo Latinus factus. Vel trientẽ.) Triẽs eſt quarta pars aſſis, hoc eſt, tres unciæ. Quod animi cu.) Vnde in*

*Felicius eſt errare quàm ſapere.*

*Mycillus.*

*Stulticiæ cõmoditas latius patet.*

*Triens.*

ad exiguum modo tempus, nam ſimulatq; uillū edormie ris, protinus albis, ut aiunt, quadrigis recurrunt animi moleſtiæ, quanto meū bene/ficium cum plenius, tum præ ſentius, quæ perpetua qua/dam ebrietate, mentem gau diis, deliciis, tripudiis expleo idq; nullo negocio? Neque quenq; omnino mortalē mei muneris expertem eſſe ſino, cum reliquæ numinū dotes aliæ ad alios perueniāt. Non ubiuis naſcit generoſum & lene merum, quod curas abi gat, quod cum ſpe diuite mā net. Paucis cōtigit formæ gra tia, Veneris munus, paucioribus

*in epigrāmate Græco, γηθόσυνος, id eſt, lætus: λυσιμέριμνος, id eſt, curam ſoluens: φιλομειδής, id eſt, amator riſus: τερπνὸς, id eſt, delectabilis: & ῥαδινὸς, id eſt, facilis dicitur. Bacchi laudes cōplexus eſt Flaccus hoc carmine: Quid nō ebrietas deſignat? operta recludit, Spes iubet eſſe ratas, ad prælia trudit inermem, Sollicitis animis onus eximit, addocet artes. Fœcundi calices quē non fecere diſertum? Contracta quem nō in paupertate ſolutum? Tibullus quoq;: Adde merū, uinoq; nouos compeſce dolores. Et Propertius Elegiarum tertio ad Bacchum ait: Curarumq; tuo ſit mediana mero. Homerus item Iliados ζ. Ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι, μένος μέγα οἶνος ἀέξει, id eſt, Viro autem qui laborauit, robur magnū uinum augebit. Albis quadrigis.) Hoc prouerbio ſummam indicauimus celeritatem. Generoſum & lene.) Sic Horatius: Ad mare cum uenio, generoſum*

Bacchi laudes.

& lene

bus eloquentia, Mercurij donum. Non ita multis obtigerunt opes, dextro Hercule. Imperium non cuiuis concedit Iupiter Homericus. Sæpenumero Mauors neutris fauet copijs. Complures ab Apollinis tripode triſtes diſcedũt. Sæpe fulminat Saturnius. Phœbus aliquando iaculis peſtem immittit. Neptunus plures extinguit quàm ſeruat.

*& lene requiro,*
*Quod curas abigat, quod cum ſpe diuite mânet, Qd' me Lucanæ iuuenem commendet amicæ.*

Dextro Hercule.) *Huic decimas bonorum uouerunt, ut diteſcerent: unde Perſius ſatyra ij.* Et ô *ſi Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria, dextro* Hercule. Iupiter Homericus.) Homerus *ſcribit ſceptrũ & ius à* Ioue *dari regibus, apud quẽ* Vlyſſes Iliados β. *ſic loquitur:* Εἷς κοίρανος ἔστω, Εἷς βασιλεὺς, ᾧ ἔδωκε κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω Σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμισας ἵνα σφίσι βασιλεύῃ, *id eſt,* V*nus dominus ſit, unus rex, cui dedit filius* S*aturni uerſuti ſceptrũ atq; fas, ut ipſos regat.* Et Neſtor Iliados α. Σκηπτοῦχος βασιλεὺς, ᾧ τε ζεὺς κῦδος ἔδωκεν, *id eſt,* S*ceptrifer rex cui* I*upiter gloriam dedit.* A*pollinis tripode.) Cum reſpondet quæ nollent audiſſe.* S*aturnius.) Id eſt,* I*upiter, cui fulmen tribuunt poëtæ, unde* τερπικέραυνος *dicitur.*
Phœbus *aliquando.)* V*t in primo* Iliados *ob ereptam ſacerdotis* Chriſæ *filiam,* βασιλῆϊ χολωθεὶς, Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακὴν, ὀλέκοντο δὲ λαοὶ, *id eſt,* R*egi iratus morbum excitauit malum, perieruntq; populi.* V*nde* P*æan dicitur,* ἀπὸ τοῦ παίειν, *id eſt, à feriendo.* & Apollo ἀπὸ — Phœbi cognomina.

ſeruat. Vt interim Veioues iſtos, Plutones, Atas, Pœnas Febres, atq; id genus, nō deos, ſed carnifices commemorem. Ego ſum una illa Stulticia, quæ omneis ex æquo tā parata

*lo ἀπὸ ἀπολλύειν, id eſt, à corrumpendo: & βελεσιχαρής, id eſt, ſagittis gaudens: & ἑκατηβόλος, id eſt, longe iaciens.*

Veioues.

*Veioues iſtos.) Antiqui Romani ut Iouem & Diouem, à iuuando appellarunt, ita eum deum, qui nō iuuandi poteſtatem, ſed uim nocendi haberet. Nam deos quoſdam ut prodeſſent, celebrabant: quoſdam ut ne obeſſent, placabant. Veiouē appellauerūt, dempta atq; detracta iuuādi facultate, per hoc ςερητικὸν μόριον, id eſt, priuatiuam particulam, uæ. Huius dei ſimulacrū, quod fuit Romæ in æde ipſius, quæ erat inter arcem & capitolium, ſagittas tenebat, quæ uidelicet erant ad nocendum paratæ. Quapropter eum deū pleriq; Apollinem dixerunt. Huiuſmodi ferè Aulus Gellius libri quinti capite duodecimo. Atas.) Aten finxit Homerus, quam Latine noxam poſſis dicere. Hæc immittit turbas & offenſas rebus mortalium, quas Litæ ſtudēt componere. Eam Iupiter, capillis arreptis, præcipitauit è cœlo, ut dicit Homerus Iliados τ. Eadem inter Agamēnonem & Achillem excitauit diſſidiū, de qua Iliados quoq; θ. ſic dicit, Ἡ δὲ ἄτη σθεναρή τε καὶ ἀρτίπος, οὕνεκα πάσας πολλὸν ὑπεκπροθέει, φθάνει δέ τε πᾶσαν ἐπ᾽ αἶαν βλάπτουσ᾽ ἀνθρώπους, id eſt, Ate aūt robuſta ueloxq; eſt, quoniam omnes Litas curſu ſuperat: præuenit autem in omnem terram, nocens hominibus. Pœnas, Febres.) Quidam duos tantum deos faciebant, beneficium & pœnam*

nam

parata beneficentia comple-ctor. Nec uota moror, nec iraſcor, expoſcens piamina, ſi quid ceremoniarum fuerit prætermiſſum. Nec cœlum terræ miſceo, ſi quis reliquis inuitatis dijs, me domi relinquat, nec admittat ad nidorẽ illum uictimarum. Nam cæterorum deorum tanta in his eſt moroſitas, ut propè maius ſit operæpreciũ, atq; adeo tutius, illos negligere quàm colere. Quemadmodũ ſunt & homines nõnulli, tam difficiles, & ad lædendum irritabiles, ut præſtiterit eos prorſum alieniſſimos habere, q̃ familiares. At nemo, inquiũt, Stulticiæ ſacrificat, neq; templum ſtatuit. Equidem demiror,, ut dixi, nõnihil hanc ingratitudinem. Verum hoc quoq;

*nam, ut Democritus: quod, ut Plinius ait, ad maiorem accedit ſocordiam, q̃ ponere innumeros. qui & libro ſecundo autor eſt, Febri publice phanum dicatum fuiſſe in palatio. Piamina,) Credebãt offendi deos, ſi quid in ſacris fuiſſet nõ rite peractum: id ſi accidiſſet, expiabant. Nec cœlum terræ) Prouerbiũ eſt, quo ſignificamus ſummũ tumultum. Sic Iuuenalis Satyra ſecunda: Quis cœlum terris non miſceat, & mare cœlo? Idem ſexta: Clames licet, & mare cœlo Cõfundas. Alluſit autem ad fabulam apri Calydonij, quem immiſit Diana, quod cæteris dijs ad conuiuium uocatis, ſola domi remanſerit, quæ apud Naſonem transformatorũ libro octauo ſic: Tangit & ira deos, at non impune feremus Quæq;, inhonoratæ, nõ & dicemur inultæ,*

Democritus

Stulticiæ tẽplum & ſacra.

quoq; pro mea facilitate boni cõſulo: quanq; ne hæc quidē deſiderare poſſim. Quid em̃ eſt cur tuſculum aut molam, aut hircū, aut ſuem requiram, cū mihi mortales om̃es ubiq; gentiū eum cultū perſoluant, qui uel à theologis maxime probari ſolet? Niſi forte Dianæ debeam inuidere, quod illi humano ſanguine litat̃. Ego me tum religioſiſſime coli puto, cū paſſim, ut faciūt om̃es, animo cõplectuntur, moribus exprimūt, uita repræſentāt. Qui quidē diuorū cult⁹, nec apud Chriſtianos admodū frequēs eſt. Quanta turba eorū, qui deiparæ

*inultæ, Inquit, & Oeneos ultorē ſpreta per agros Miſit aprum. De hac re multus eſt iocus apud Lucianum, in conuiuio Philoſophorum, ſiue Lapithis. Tuſculum) Ture olim litabant & mola. Plinius in præfatione: Et mola tantum ſalſa litant, qui non habent tura. Eſt autem mola far toſtum, ſale conſperſum, quo hoſtiæ aſpergebantur, dictum à molito farre.*

*Superſtitio ſus cultus imaginum.*

*Dianæ debeam inuidere.) Apud Scythas Thauricæ Dianæ humano ſanguine litabatur, in Latio quoq;, ut Strabo in quinto ſcribit, templū Dianæ Thauricæ erat, Artemiſiū dictum, non procul ab Alba, in quo humanis hoſtijs litabatur Dianæ. Idcirco inquit Lactantius diuinarum inſtitutionum libro ſecundo: Dij humanas hoſtias excogitauerunt, ipſi hoſtes humani generis, ut quàm plurimas deuorarent animas. Quanta turba.) Oſtendit quid dixiſſet cultum optimū, qui conſtat imitatione uitæ, nō ceremonijs. Et ait*

*Artemiſiū.*

*plurimos*

paræ uirgini cereolum affi-gunt, idq́ in meridie, cum ni-hil eſt opus? Rurſum quàm pauci qui eandem uitæ caſti-monia, modeſtia, cœleſtium rerum amore ſtudeant æmu-lari? Nam is demū uerus eſt cultus, longeq́ cœlitibus gra tiſſimus. Præterea cur tem-plum deſiderem, cum orbis hic uniuerſus templum mihi ſit, ni fallor, pulcherrimum? Neq́ uero deſunt myſtæ, niſi ubi deſunt homines. Nec iā uſq́ adeo ſtulta ſum, ut ſaxeas ac coloribus fucatas imagi-nes requiram, quæ cultui no-ſtro nonnunquam officiunt, cum à ſtupidis, & pinguibus iſtis, ſigna pro diuis ipſis ado-rantur. Nobis interim uſu ue nit, quod ſolet ijs, qui à uica-rijs ſuis extrudūtur. Mihi tot ſtatuas erectas puto, quot ſūt mortales, uiuam mei imagi-nem præ ſe ferentes, etiam ſi nolint. Itaq́ nihil eſt quod re liquis dijs inuideā, ſi alijs in angulis terrarum alij colātur, idq́

*plurimos eſſe, q beatam Mariā ceremonijs colant, perpaucos qui uitā ſtudeāt æmulari, hoc eſt, humilitatem, puritatē, contemptum diuitiarum, meditationem diuinæ ſcripturæ. Quod aūt per iocū additum eſt, in meridie, nemo malignius interpretetur, quaſi damnet ſimplicē populi pietatem. Etiāſi Hieronymus Vigilātio deridenti hūc morem, nihil aliud reſpondet, quàm cereos accendi, non in honorem martyrum ut ipſe calumniabatur, ſed in ſolatiū nocturnæ caliginis. Deſūt myſtæ.) Qui initiati numini ſacra celebrant. Vt ſaxeas) Omnes fermè ueteres ſancti, dānabant*

*bant in templis imagines, ob metum idololatriæ, id quod ex compluribus patet locis, uel apud* Hieronymum, *epiſcopus quidam uelum ſuſtulit, & concidit è templo, quod hominis haberet pictam imaginẽ.* Et *diuus* Gregorius *epiſcopum quendam reprehendit, nõ quod imagines fregerit, ſed quod id fecerit abſque conſilio fratrũ.*

idq; ſtatis diebus: quẽadmodum Rhodi Phœbus, in Cypro Ven⁹, Argis Iuno, Athenis

Et *in eadem epiſtola ſæpius inculcat, nihil manufactũ ullo modo debere adorari: at poſteriores theologi rationem inuenere, ut ipſis uidetur, argutam, qua eadem ratione adoremus ſaxeam aliquam, & uermiculoſam imaginem, &* Chriſtum: *uerũ de his nõ diſputo.* Sit *magna pietatis pars, pro uolui gypſo, coloribus lito.* Non *taxatur hic conſuetudo* Chriſtianorum, *ſed illorum ſtulticia, qui imagines uenerantur non ut ſigna, ſed perinde quaſi ipſæ ſenſum aliquẽ habeant, & huic magis fidant quàm illi.* Quod *ſi conſultũ eſt uitare ſcelerum occaſiones, nullum autem ſcelus execrabilius idololatria, profecto non alienum fuerit, hanc è medio tollere, ne quid offendat imperitos.*

**Rhodus.** Rhodi.) In*ſula eſt* Lyciæ, *ut* Mela *ſcribit, in qua, ut* Solinus *ait, nunquam tam nubilum eſt cœlum, ut ſol non uideatur.* Vnde Horatius *in* Odis, *eam claram dicit.* Quocirca *in ea* Phœbus *colebatur.*

**Cyprus.** Cypro.) In*ſula eſt, quæ* Ciliciam *à ſeptentrione,* Iſſicum *ſinum ab oriente,* Pamphylium *ab occidente, &* Aegyptiacũ *à meridie habet: de qua* Strabo *libro decimoquarto.* Hanc Flaccus *dicit dilectã* Veneri: *unde &* Cypria *dicitur.*

**Argos.** Argis.) Strabo *libro octauo, multiplicſe ponit* Argos

nis Minerua, in Olympo Iupiter, Tarēti Neptunus, Lampſaci Priapus, modo mihi cōmuniter orbis omnis longe potiores uictimas aſſidue p̄beat: Atqui ſi cui uideor hæc audacius quàm uerius dicere agedum pauliſper ipſas hominũ uitas inſpiciamus, quo palàm fiat, & quantum mihi debeant, & quanti me faciant maximi pariter ac minimi. At non quorumlibet uitam recēſebimus, nam id quidem perlongum, uerum inſigniũ tantum, unde reliquos facile ſit æſtimare. Quid enim attinet de uulgo, plebeculáque commemorare, quæ citra controuerſiam tota mea eſt? tot em̄ undiq; Stulticiæ formis abũdat, tot indies nouas comminiſcitur, ut nec mille Democriti ad tātos riſus ſuffecerint: quanquam illis ipſis Democritis rurſum alio Democrito foret opus. Quinetiam incredibile ſit dictu, quos riſus, quos ludos, quas delitias, ho mun-

*nit Argos, hic de Peloponeſiaco loquitur, ubi dicatũ erat Iunoni templum. De hoc apud Homerum Iliados. δ. ſic loquitur Iuno.* Ἤτοι ἐμοὶ τρεῖς μὲν πολὺ φίλταταί εἰσι πόληες Ἄργος σπάρτη τε, καὶ εὐρυάγυια μυκήνη, *id eſt, Treis mihi ciuitates multo omnium ſunt maxime dilectæ, Argos, Sparta, & latas uias habēs Mycene.*

*In Olympo.) Strabo libro octauo quatuor dicit eē Olympos, hic de Peloponeſiaco loquitur, circa quem eſt Elis & Piſa Ioui dicata, ut Strabo ait, & olympia, ubi olympici agones fiebāt. Lampſaci.) Lampſacum oppidũ eſt circa anguſtias*

*Cōmunis uita mortaliũ ſtulticiæ plena.*

*Olympus.*

*Lampſacũ.*

munculi quotidie præbeant ſuperis. Nam hi quidem horas illas ſobrias, & antemeridianas iurgioſis conſultationibus, ac uotis audiendis impartiunt. Cæterum ubi iam nectare madent, neque lubet quicquàm ſerium agere, tum qua parte cœlum quàm maxime prominet, ibi conſident ac pronis frontibus, quid agitent homines ſpeculant̃. Nec eſt aliud ſpectaculũ illis ſuauius. Deum immortalẽ, quod theatrum eſt illud, quàm uarius ſtultorum tumultus? Nã ipſa nonnunquàm in deorũ poëticorum ordinibus conſidere ſoleo. Hic deperit in mulierculam, & quo minus adamatur, hoc amat impotẽtius. Ille dotem ducit, non uxorẽ. Ille ſponſam ſuam proſtituit. Alius zelotypus uelut Argus obſeruat. Hic in luctu papæ quàm ſtulta dicit facitq́; conductis etiam uelut hiſtrionibus, qui luctus fabulam peragant. Ille flet ad nouercæ tumulum. Hic quicquid undecunq; poteſt cor

*guſtias Helleſpontiacas, non procul ab Abydo, ubi Priapus colebatur. De hoc Plinius libro quinto.*

*Conſultati.) Lege Icaromenippũ Luciani, quẽ Eraſm⁹ latinitate donauit, & recti⁹ intelliges hũc locum. Hic locus totus iocoſus eſt, & tamen ludens depingit imaginem uitæ hũanæ. Flet ad nouercæ tumulum.) Prouerbio dictũ eſt apd' Græcos, δακρύειν πρὸς τὸν τῆς μητρυιᾶς τάφον, id eſt, Flere ad nouercæ tumulum, de his qui fingerent dolorem, cum apud ſe gauderent.*

Amãtes.

Zelotypi.

*Luctus funebris.*

ſeſt corradere, id totum uentriculo donat, paulo poſt fortiter eſuriturus. Hic ſomno & ocio nihil putat felicius. Sunt qui alienis obeundis negocijs ſedulo tumultuantur, ſua negligunt. Eſt qui uerſuris, atq; ære alieno diuitem ſe eſſe putat, mox decocturus. Alius nihil arbitratur felicius, quàm ſi ipſe pauper hæredem locupletet. Hic ob exiguum, idq; incertum lucellum, per om̄ia maria uolitat, undis ac uentis uitam committens, nulla pecunia reparabilē. Ille mauult bello diuitias quærere, quàm tutum ocium exigere domi. Sunt qui captandis orbis ſenibus, putant quàm cōmodiſſime ad opes peruenire. Neque deſunt, qui idem malint de amandis beatis aniculis aucupari. Quorum utrique tum demum egregiam de ſe uoluptatem dijs ſpectatoribus præbent, cum ab ijſipſis, quos

*rent. Ventriculo. Quem uulgus ſtomachum, Latini uē triculum uocant.*

*Verſuris.) Verſura eſt, cum æs alienum ære alieno diſſoluitur, & creditor mutatur, non liberatur debitor, ſed magis inuoluitur, hinc ducta uoce, ut autor eſt Feſtus, quod creditorem uerterent. Terentius in Phormione: In eodem luto hæſitas, uorſurā ſolues. Decocturus.) Decoxiſſe dicuntur, qui abſumptis omnibus, cedūt bonis, ut loquuntur iureconſulti. Orbis ſenibus.) Orbi ſunt, quibꝰ liberi nō ſunt, hos potiſſimū captāt. Beatis aniculis.) Beatas uocat diuites*

Ocioſi.
Curioſi.
Decoctores.
Verſura.
Auari.
Milites.
Hæredipetæ.

quos captant, arte deludũtur. Eſt omniũ ſtultiſſimũ ac ſordidiſſimũ negociatorũ gen⁹, qppe q rem omniũ ſordidiſſimã tractẽt idq; ſordidiſſimis rationibus, qui cũ paſſim mẽtiantur, peierent, furẽtur, fraudent, imponant, tamẽ omniũ primos ſeſe faciũt, propterea quod digitos habeãt auro reuinctos. Nec deſunt adulatores fraterculi, q mirent̃ iſtos, ac uenerabiles palàm appellent, nimirum, ut ad ipſos aliqua male partorum portiuncula re

*Negociatores.*

*Adulatio cõcionatorum*

*diuites. Iuuenalis, Optima ſummi Nũc uia proceſſus, uetulæ ueſica beatæ.*

*Quos captant.) Id Horatius narrat de Naſica & Corane. Lncianus itẽ de non nullis ἐν νεκρικοῖς.*

*Rem omnium ſordidiſſimam.) Sordidum uocat illiberale & magno animo indignũ. Porrò in bonorum ordine, etiam iuxta Peripateticos, nihil uilius pecunia, quam ſolã captant negociatores. Nec Cicero probat hoc negociatorum genus, qui hic coëmunt ut alibi carius uendant. Et pauciſſimi ſunt, imò nulli opinor qui ſine fraude diteſcant. Et tamen hi ſoli habentur in precio, cum in ſententijs Theologorum planè damnata ſit negociatio, ſi Gregorio credimus, nam hic citatur in ſentẽtijs, nec minus ſi Chryſoſtomo, Auguſtino & Caſſiodoro credimus, nam hi citantur in decretis diſt. octogeſima octaua, quorũ ſanctiſſimis ſcriptis, neſcio quis frater, mercatoribus aſſentari uolens, paleas præpoſuit. Auguſtinus etiam palàm dicit in libro de pœnitentia, mercatores & milites pœnitentiam agere non poſſe.*

*Adulatores fraterculi.) Non taxat religioſos, ſed adulatores, cuiuſmodi ſunt in*

hoc

cula redeat. Alibi uideas Pythagoricos quoſdam, quibus uſqꝫadeo omnia uidētur eſſe cōmunia, ut quicquid uſqꝫ in cuſtoditum nacti fuerint, id uelut hæreditate obuenerit, æquo animo tollant. Sunt q uotis tantum diuites ſunt & iucunda quædam ſibi fingūt ſomnia, idqꝫ ad felicitatem ſatis eſſe putant. Nonnulli foris diuites haberi gaudēt, domi gnauiter eſuriunt. Hic feſtinat quicquid habet ꝓfundere, ille per fas nefasqꝫ congerit. Hic candidatus ambit populares honores, ille ad focū ſemet oblectat. Bona pars lites nunqꝫ finiendas agitat, & hinc atqꝫ hinc certatim cōtendunt, ut prorogatorem iudicem, & colluſorē ditent aduocatum. Hic rebus nouandis ſtudet, ille magnum quiddam

*Fures.*

*Optatores.*

*Profuſores.*

*Ambitioſi*

*Litigatores*

*hoc genere non parum multi, qui concionantur ad quæſtū & nullos ſæpius aut honorificentius appellant, q̄ mercatores, quos uocant uenerabili mercandanti, quod hi dent largius.* *Alibi uideas Pythagoricos.)* *Iocatur in furaces, quia Pythagoras dixit.* τῶν φίλων τὰ πάντα κοινὰ εἶναι, *id ē, amicorū omnia eſſe cōmunia. Id dogma ſequi uidētur. cūm ab omnibus, uelut ab amicis accipiunt.* *Votis tantū) Vt apud Lucianum in Naui.* *Foris diuites.) Aiunt Venetijs multos huiuſmodi patricios eſſe.*

*Prorogatorem iudicem.) Differt enim ſententiam ne perdat quæſtum. Et colluſorem.) Colludit, qui nocet parti, quam uidetur tueri, & adiuuat quam uidetur oppugna*

dam molitur. Eſt qui Hiero-ſolymam, Rhomam, aut diuum Iacobum adeat, ubi nihil eſt illi negocij, domi relictis cũ uxore liberis. In ſumma, ſi mortalium innumerabiles tumultus è luna, quemadmodum Menippus olim, deſpicias, putes te muſcarũ, aut culicum uidere turbam inter ſe rixantium, bellantium, inſidiantium, rapientium, ludentium, laſciuiẽtium, naſcentiũ, cadentium, morientiũ. Neq; ſatis credi poteſt, quos motus, quas tragœdias ciat tantulum animalculum, tamq; mox periturum. Nam aliquoties uel leuis belli, ſeu peſtilentiæ procella multa ſimul milia rapit, ac diſſipat. Sed ipſa ſtultiſſima ſim, planeq; digna, quã multis cachinnis rideat Democritus,

*Qui ſacra ui ſunt loca.*

*re quod iureconſulti uocant præuaricationem. Eſt qui Hieroſolymam.) Non damnat eos, qui pro anĩo uiſunt loca quædam. Tametſi nõ uideo q͂d in his ſit magnæ pietatis, niſi forte ſit aliquid uidiſſe ueſtigia Chriſti & ſanctorum, ut his accendamur ad æmulationem. Et maxima pars hominũ, hodie maximo ſuo malo pegrinatur. Pleriq; ſub hoc prætextu planos & errones agũt. Verũ hæc non libenter audiũt, qui ex hominum uel ſuperſtitione uel malicia lucrum ſentiunt. Verũ tamẽ uide q̃ circũſpecte locutus eſt Eraſm⁹, etiã ſub aliena pſona, ne q̃s poſſit offẽdi. Nõ pbat eos, qui domi relinquũt quos curare debeant, & uiſunt loca, in quibus nihil negocij habebant, tantum uiſunt, ut uiſant. Quemadmodum Menippus.) Extat, ut dixi, dialogus Icaromenipp⁹, in quo Menippus in luna ſedens contemplatur mortalium uitam.*

mocritus, ſi pergã populariũ ſtulticiarum, & inſaniarũ formas enumerare. Ad eos accingar, qui ſapientiæ ſpeciem inter mortales tenent, & aureum illum ramum, ut aiunt, aucupantur, inter quos grammatici primas tenent, genus hominũ profecto, quo nihil calamitoſius, nihil afflictius, nihil æque dijs iuiſum foret, niſi ego miſerrimæ profeſſionis incõmoda dulci quodam inſaniæ genere mitigarem. Neq; enim πέντε κατάραις, id eſt, quinq; tantũ diris obnoxij ſunt iſti, quemadmodum indicat epigrãma Græcum, uerum

*Aureum illum ramũ.) Alluſit ad ramum, quem duce Sibylla repperit Aeneas apud Vergiliũ, ad inferos deſcenſurus, hunc interpretatur ſapientiam.*

Stulticia doctorum hominum.

*πέντε κατάραις) Id eſt, quinq; execrationibus, ſiue deuotionibus. Alluſit autem ad Græcum epigrãma, quod iocatur grammaticis eſſe. πέντε γένη, πέντε πτώσεις καὶ πέντε κατάρας, id eſt, quinq; genera quinq; caſus, & quinq; deuotiones, ob quinq; primos uerſus Homericos, quorum primus incipit à μῆνιν, quod iram ſignificat. Secundus οὐλομένην, quod pernicioſam ſignificat, habet & μυρία ἄλγεα, id eſt, innumeros dolores. Tertius animas mittit ad inferos. Quartus, canũ laniationem. Quintus, auiũ, & iram Iouis. Atq; his auſpicijs ingrediũtur ſuũ munus. Epigrãma autẽ eſt libro primo Palladæ titulo huiuſmodi.* Ἀρχὴ γραμματικῆς πεντάστιχός ἐστι κατάρα. πρῶτος μῆνιν ἔχει, δεύτερος οὐλομένην. καὶ μετὰ δ' οὐλομένην, Δαναῶν πάλιν

Grammatici miſeri.

*Tyrannis ludi magiſtrorum.*

ἄλγεα πολλά. ὁ τρίτατος ψυχὰς εἰς ἀΐδην κατάγει. τοῦ δὲ τετάρτου ταῖς τὰ ἑλώρια, καὶ κύνες ἀργοί. πέμπτου, οἰωνοί, καὶ χόλος ἐκ διός. πῶς οὖν γραμματικὸς δύναται μετὰ πέντε κατάρας, καὶ πέντε πτώσεις, μὴ μέγα πένθος ἔχειν; *id eſt, Principium grãmatices quinq; uerſibus contenta eſt deuotio. Primus iram habet, ſecũdus*

uerũ ſexcentis, ut qui ſemper famelici, ſordidiq́; in ludis illis ſuis, in ludis dixi, imò in φροντιστηρίοις, uel piſtrinis potius, ac carnificinis, inter puerorum greges, cõſeneſcant laboribus, obſurdeſcant clamoribus, fœtore pædoreq́; contabeſcant, tamen meo beneficio fit, ut ſibi primi mortaliũ eſſe uideantur. Adeo ſibi placent, dum pauidam turbam, minaci uultu uoceq́; territãt, dum ferulis, uirgis, loriſque conſcindunt miſeros, dumq́; modis omnibus ſuo arbitratu ſæuiunt, aſinũ illum Cumanum

*perniciosſam. Et poſt pniciosſam Græcorũ rurſum dolores multos. Terti⁹ animas in infernũ deducat. Quarti aũt, tractus, & canes ueloces. Quinti aues, & ira eſt Iouis. Quomodo igitur grãmaticus poteſt poſt quinq; execrationes & quinq; caſus non magnũ luctum habere?* In φροντιστηρίοις.) *Ariſtophanes* ἐν νεφέλαις, *Socratis ſcholam uocat* φροντιστήριον, *quaſi dicas, ſollicitudinis locũ, quod illic triſtes ac cogitabundi ſederent. Et Socratis dicere conſueuit* φρόντισον, *hoc eſt, cogita, hoc dicto adhortans ad diligentem rei conſiderationem.* Aſinum illum Cumanum.) *Is repertũ Leonis exuuiũ adaptarat corpori ſuo, atq;*

nū imitantes. Interim ſordes illæ, meræ mundiciæ uident̄, pædor amaricinū olet, miſer rima illa ſeruitus regnū eſſe putat̄, adeo ut tyrannidē ſuā nolint cū Phalaridis aut Dionyſij imperio cōmutare. Sed longe etiā feliciores ſunt, noua quadam doctrinæ perſuaſione. Siquidem cum mera delirамēta pueris inculcent, tamen dij boni, quem nō illi Palæmonem, quem non Donatum præ ſeſe cōtemnunt? idq; neſcio quibus præſtigijs mire efficiūt, ut ſtultis materculis & idiotis patribus tales uideantur, quales ipſi ſe faciunt. Iam adde & hoc uoluptatis genus, quoties iſtorū aliquis Anchiſæ matrem, aut uoculam uulgo incognitam, in putri

*atq; ita leo creditus timebatur, donec quidam ex aurium prominentium indicio ſenſit aſinū eſſe, deinde fuſte contuſus, ad ſtabulū reductus eſt.* Amaricinum olet.) *De compoſitione ungenti* Amaricini, *qđ & ſanſucinū uocant, uide* Dioſcoridē *in primo.* Hoc Plinius *in decimotertio libro dicit, optimum fuiſſe in* Cypro *&* Mytilenis, *quod ibi ſanſucus abundet.*

Tyrannidem ſuam.) Eſt *omnino ſimulacrum tyranni, ſæuus, ut ferè ſunt omnes ludi magiſtri, adeo ut* Dionyſius Syracuſis *expulſus,* Corinthi *ludum aperuit literariū, cum ſine tyrannide uiuere nō poſſet, tam malus præceptor, quàm fuerat rex.*

Phalaridis.) Phalaris Agrigentinorū *tyrannus, adeo crudelis, ut* φαλαρισμὸν *uocent durius imperiū.* Anchiſæ matrem.) Ex Homero *ſolent talia præponere, &* facinus

Arrogantia eorundem.

in putri quapiã charta deprehẽderit, puta bubſequam, bouinatorem aut manticulatorem, aut ſi quis uetuſti ſaxi fragmentũ, mutilis notatum literis, alicubi effoderit: ô Iupiter, quæ tum exultatio, qui triũphi, quæ encomia, perinde quaſi uel Africam deuicerint, uel Babylonas ceperint. Quid autem cum frigidiſſimos & inſulſiſſimos uerſiculos ſuos paſſim oſtentãt, neque deſunt qui mirẽtur, iam planè Maronis animam in ſuum pectus demigraſſe credunt. At nihil omnium ſuauius, quàm cũ ipſi inter ſeſe mutua talione laudant ac mirantur, uiciſſimque ſcabunt. Quod

*facinus eſt ignorare quicquam huiuſmodi. Bubſequam.) Hoc utitur Apuleius, pro eo qui ſequitur boues.* **Bouinari.** *Bouinatorem.) Bouinari ueteres dicebãt tergiuerſari in cauſa: & bouinator, tergiuerſator. Cuius meminit Aulus Gellius.* **Manticulator.** *Manticulatorẽ) Feſtus oſtendit olim manticulari dictum fuiſſe, pro clanculum ſuffurari. Vetuſti ſaxi fragmentũ.) Sunt qui adeo ſuperſtitioſe uenerentur antiquitatem, ut rudera quoq; tantum non adorent, & putria ſaxa, quanquam moderatum antiquitatis ſtudium in laude ponendum eſt. Africam deuicerint.) Quod longo ancipitiq; bello, uix tandem Scipionũ maxime auſpicijs deuicta ſit à Romanis. Vel Babylonas.) Prouerbiale eſt apud Lucianum. Hanc opulentiſſimam urbem cepit Darius opera Zopyri. Maronis animum.) Alluſit ad id, quod Ennius ſomniauit, animam Homeri in ſuum demigraſſe*

Quod ſi quis alius uerbulo lapſus ſit, idq; forte fortuna hic oculatior deprehenderit ἡράκλεις, quæ protinus tragœdiæ, quæ digladiationes, quæ cõuicia, quæ inuectiuæ? Male propicios habeam omneis grãmaticos, ſi quid mentior. Noui quẽdã πολυτεχνότατον, Græcum, Latinũ, mathematicum, philoſophum, medicũ, καὶ ταῦτα βασιλικὸν, iam ſexagenarium, qui cæteris rebus omiſſis, annis plus uiginti ſe torquet ac diſcruciat in grammatica, prorſus felicẽ ſe fore ratus, ſi tamdiu liceat uiuere, donec certo ſtatuat, quomodo diſtinguẽdæ ſint octo partes orationis, quod hactenus nemo Græcorum aut Latinorum ad plenũ præſtare ualuit. Perinde quaſi res ſit bello quoq; uindicanda, ſi quis coniunctionem faciat dictionem ad aduerbiorum ius pertinentem. Et hac gratia, cum totidem ſint grãmaticæ quot grammatici, imò plures: quandoquidem Aldus meus unus, plus quinquies grãmaticam dedit, hic nullam omnino quantumuis barbare aut moleſte ſcriptam prætermittit, quã non euoluat, excutiatq;: nemini non inuidens, ſi quid quantũlibet inepte moliatur in hoc genere, miſere timẽs, ne quis forte gloriam

*graſſe corpus. Q͂d' notans Perſius, ait: Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſo Memini, ut repente ſic poëta prodirẽ.*

*Ἡράκλεις.) Id eſt O' Hercules. Eſt autem uox abominantis, qd' Hercules ſoleat in malis opitulari. Vnde & ἀποτρόπαιον uocant.*

*Cum*

gloriam hanc præripiat,& pereant tot annorum labores, Vtrũ inſaniam hanc uocare mauultis,an ſtulticiam? Nam mea quidem haud magni refert,modo fateamini meo beneficio fieri,ut animal omniũ alioqui longe miſerrimũ, eò felicitatis euehatur,ut ſortem ſuam neq; cum Perſarum regibus cupiat permutare. Minus mihi debent poëtæ,tametſi uel ex profeſſo meæ ſunt factionis,quippe liberum genus,ut habet prouerbiũ,quorum omne ſtudium non aliò pertinet,quàm ad demulcendas ſtultorum aures,idq; meris nugamentis,ac ridiculis fabulis. Et tamen his freti dictu mirum,ut cum ſibi polliceantur immortalitatem, & dijs parem uitam, tum alijs eandem promittant. Huic ordini præ cæteris familiares φιλαυτία καὶ κολακία, nec ab ullo mortalium genere color neq; ſimplicius, neq; conſtantius. Porrò rhetores, quanquam

nonnihil

*Cum Perſarũ regibus.*) Quod de horũ opulẽtia,prodigioſa quædam ferebãtur. Horatius: Perſarũ uigui rege beatior. Et Perſicos odi puer apparatus. *Vt habet prouerbium.*) τῶν ποιητῶν καὶ ζωγραφέων ἀνεύθυνον γένος, id eſt, Poëtarum & pictorũ liberum genus. Meminit Lucianus. Item Horatius: Pictoribus atq; poëtis, Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

**Poëtæ.**

φιλαυτία καὶ κολακία) φιλαυτία, id eſt, amor ſui, qđ ferè ſibijpſis placẽt. κολακία, id eſt, adulatio, quod palàm aſſententur his, quos laudãt, & ex nebulonibus ſpurciſſimis

**Rhetores.**

ciſſimis

nonnihil illi quidem præuari
cantur, colluduntq́ cum phi
loſophis, tamē hos quoq; no
ſtræ factionis eſſe, cum alia
multa, tum illud in primis ar/
guit, quod præter alias nu-
gas, tam accurate, tam multa
de iocandi ratione conſcripſe
runt: Atq; adeo ſtulticiam ip/
ſam inter facetiarum ſpecies
numerat, quiſquis is fuit, qui
ad Herenniū dicendi artem
ſcripſit: Quodq́ apud Quin
tilianū, huius ordinis longe
principē, caput eſt de riſu uel
Iliade prolixius: tantūq́ ſtulti
ciæ tribuunt, ut ſæpenumero
quod nullis argumentis dilui
poſſit, riſu tamen eludatur.
Niſi & ſi quis hoc arbitretur
ad ſtulticiam non pertinere,
ridiculis dictis excitare ca/
chinnos, idq́ arte. Huius fari
næ ſunt & iſti, qui libris æden
dis famā immortalem aucu/
pantur. Hi cum omnes mihi
plurimū debent, tum præci/
pue qui meras nugas chartis
illinunt. Nam qui erudite ad
paucorū

*ciſſimis deos non/
nunquam faciunt.*
Colludūtq;.) *Ad/
miſcent enim hi nō
nihil philoſophiæ,
uelut* Fabius *&* Ci/
cero. De iocandi
ratione.) *In orato/
re Ciceronis pluri/
ma traduntur de fa
cetia, apud Quinti
lianum de riſu.*
Ad Herēnium.) *Sti
lus indicat non eſſe
Ciceronis, & alia
quædam argumen/
ta. Is igitur quiſquis
fuit, in primo libro,
tradens quibus mo
dis ſuccurrendū eſt,
quoties iudex defeſ
ſus eſt audiēdo, plu/
rimas iocandi ſpe/
cies attingit, & in/
ter cæteras ponit
ſtulticiā.* Riſu *ta
men eludatur.*) Vt
*Cicero deprehenſus
in mendacio, quod
domū*

*Scriptores librorum.*

paucorum doctorum iudicium ſcribunt, quicꝫ nec Perſium, nec Lælium iudicem recuſant, mihi quidem miſerandi magis quàm beati uidentur, ut qui ſeſe perpetuo torqueant: addunt, mutant, adimūt, reponunt, repetūt, recudunt, oſtendūt, nonum in annū premunt, nec unꝙ ſibi ſatisfaciūt, ac futile præmium, nempe laudē, eamcꝫ perpaucorum, tanti emunt, tot uigilijs, ſomnicꝫ, rerum omnium dulciſſimi, tanta iactura, tot ſudoribus, tot crucibus. Adde nunc ualetudinis diſpendium, formæ perniciem, lippitudinem, aut etiam cæcitatem, paupertatem, inuidiam, uoluptatum abſtinentiam, ſenectutem præproperā, mortem præmaturam, & ſi qua ſunt alia eiuſmodi. Tātis malis ſapiens ille redimendū exiſtimat,

*domū emiſſet, quā negauerat ſe emptu rum, eluſit ad hunc modum, ut diceret eſſe ſapientis patriſfamiliâs, diſſimulare quod uelit agere.*

*Nec Perſiū nec Lælium.) Hos iudices uelut doctos recuſat Lucilius, qui iocatur ſe Tarentinis & Conſentinis, uelut craſſis hominibus ſcribere. Lege præfationem Ciceronis, in primū librū de finibus bonorum & malorum. Nonum in annum premunt.) Alluſit ad illud Horatianū, Nonumq; prematur in annum. Somni rerum omniū dulciſſimi.) Nam id epithetum poëtæ ſomno frequentiſſime tribuunt, ut Theocritus in Europa,* ὕπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος βλεφάροισιν ἐφίζων, *id eſt, Somnus quando dulcior melle palpebris*

ſtimat ut ab uno aut altero lippo probetur. At meus ille ſcriptor, quãto delirat felicius dum nulla lucubratione, uerũ utcũq; uiſum eſt animo, quicquid in calamum incidit, uel ſomnia ſua, ſtatim literis prodit, leui duntaxat chartarum iactura, non ignarus futurũ, ut quo nugaciores nugas ſcripſerit, hoc à pluribus, id eſt, ſtultis & indoctis omnibus probetur. Quid enim eſt negocij, treis illos doctos, ſi tamen ea legerint, cõtemnere? Aut quid ualebit, tam paucorum ſapientum calculus in tã immenſa reclamantiũ turba? ſed magis etiam ſapiũt, q alie na pro ſuis ædunt, & alieno magno partam labore gloriam, uerbis in ſe tranſmouẽt, hoc uidelicet freti, quod arbitrentur futurũ, ut etiam ſi maxime coarguantur plagij, tamen aliquanti temporis uſuram ſint interim lucrifacturi.

Videre eſt operæpreciũ, q̃ hi ſibi placeãt, cũ uulgo laudant, cũ digito oſtẽdũt in turba οὗτός ἐστιν ὁ δεινὸς

*bris inſedit. Ab altero lippo.) Quod lippiant ferè impendio ſtudioſi. Ita Horatius, Namq; pila crudis inimicũ & ludere lippis. Alieno magno.) Retulit Terẽtij uerba ex Eunucho. Coarguãtur plagij.) Plagiũ eſt furti genus, quoties abducuntur aliena mancipia, aut liberi: id qui faciunt, plagiarij uocantur.* Plagium.

*οὗτός ἐστιν ὁ δεινὸς ἐκεῖνος.) id eſt, Hic eſt admirandus ille. Id olim ioco tortũ eſt in Demoſthenem, gloriæ cupidiſſimum, οὗτός ἐστιν ὁ δημοσθένης, id eſt, hic eſt ille Demoſthenes*

ὁ δεινὸς ἐκεῖνος, cũ apud bibliopolas proſtãt, cũ in omniũ paginarum frontibus leguntur tria noĩa, præſertim peregrina, ac magicis illis ſimilia. Quæ per deum immortalem quid aliud ſunt quàm nomina? Deinde q̃ à paucis cognoſcenda, ſi mundi uaſtitatem reſpicias: tum à quanto paucioribus laudãda, ut ſunt etiam indoctorũ diuerſa palata. Quid qđ ea ipſa nomina non raro confinguntur, aut è priſcorum libris adoptantur? Cum alius ſeſe Telemachũ, alius Stelenum aut Laërtem: hic Polycratem, ille Thraſymachum ſeſe nominari gaudet, ut nihil iam referat, etiã ſi chamæle

*moſthenes. At Diogenes oſtendit illum medio digito porrecto. Perſius: At pulchrũ eſt digito monſtrari & dicier hic eſt. Et Horatiꝰ: Qđ monſtror digito prætereũtium. In eundẽ Demoſthenem iactatum eſt carmẽ illud Homeri,* Δεινὸς ἀνὴρ τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόωτο, *id eſt, difficilis uir facile & inſontem accuſauerit. Præſertim peregrina.) Faſtidiunt enim Chriſtiana nomina, ſed iam Hercules, Hannibales uocari gaudent. Ac magicis illis.) Nã magi Hebraicis aut Arabicis, & quàm poſſunt peregrinis utuntur uerbis, quo magis miretur uulgus. Diuerſa palata.) Non omnibus idem placet cibus, ita non idem ſtilus omnibus. Horatius: Tres mihi conuiuæ propè diſſentire uidentur, Poſcentes uario, multũ diuerſa palato. Telemachũ, alius.) Vide ut data opa cauerit, nc alicuius famã læderet. Hic poterat nominare quoſ*

ſi chamæleonti aut cucurbitæ, ſiue, quemadmodum ſolent philoſophi loqui, alpha aut beta librũ inſcribas. Illud autem lepidiſſimum, cũ mutuis epiſtolis, carminib⁹, encomijs ſeſe uiciſſim laudãt, ſtulti ſtultos, indoctos indocti. Hic illius ſuffragio diſcedit Alcæus, ille huius Callimach⁹ ille huic eſt M. Tullio ſuperior, hic illi Platone doctior. Nonnunquam etiam antagoniſtam quærunt, cuius æmulatione famam augeant. Hinc ſcinditur incertum ſtudia in cõtraria uulgus, donec uterq; dux re bene geſta uictor diſcedit, uterq; triumphũ agit. Rident hæc ſapientes, ut, ueluti ſunt, ſtultiſſima. Quis eñ negat? Sed interim meo beneficio ſuauem uitam agunt, ne cum Scipionibus quidem ſuos triumphos commutaturi. Quanquàm docti quoque interim dum hæc magna cũ animi uoluptate ridẽt, & aliena fruuntur inſania, non pau-

*nare quoſdam, & locus requirebat, tamẽ de induſtria poſuit nomina, quæ nullus adhuc ſcriptorũ huius temporis uſurpauit.* Alpha & beta.) *Per literas demonſtrat ſæpenumero & Ariſtoteles, & maxime mathematici.* Hic illius ſuffragio.) *Alluſit ad illam Horatianã fabulã de duobus fratribus, altero rhetore, altero iureconſulto, qui mutuo ſe laudabant in cauſis agẽdis. Ita poëta poëtæ adulatur. Diſcedo, inquit, Alcæus puncto illius, ille meo q̄s? Quis niſi Callimachus?* Antagoniſtam.) ἀνταγωνιστὴς *eſt concertator, ſiue aduerſarius in certamine.* Scinditur incertũ)

lum mihi debẽt & ipſi, quod inficiari non poſſunt, niſi ſint omnium ingratiſſimi. Inter eruditos iureconſulti ſibi uel primum uindicant locũ, neq; quiſq; alius æque ſibi placet, dum Siſyphi ſaxum aſſidue uoluunt, ac ſexcẽtas leges eodem ſpiritu contexunt, nihil refert q̃ ad rem pertinẽtes, dumq; gloſſematis gloſſemata, opiniones opinionibus cumulantes, efficiunt ut ſtudiũ illud omnium difficillimum eſſe uideat. Quicq̃d eñ labo riosum, idẽ protinus & præclarum exiſtimant. Adiungamus his dialecticos ac ſophiſtas hominum genus, quouis ære Dodonæo loquacius, ut quorum unuſquiuis cum uicenis delectis mulieribus garrulitate decertare poſſit, feliciores tamen futuri, ſi tantũ linguaces eſſent, nõ etiam rixoſi, adeo

*Iuriſcõſulti*

*tur incertum.) Verſus eſt Vergilianus. Studium uocat hic fauorem. Siſyphi ſaxum.) Apud inferos magno conatu Siſyphus ſaxum uoluit in ſummũ montẽ, id rurſum deuolui tur in imam uallem, illeq; rurſum in montem tollit. Ita quidã iureconſulti mittunt nos ad aliquam legẽ Ad eam ubi uentum eſt, & nihil inuentũ*

*Dialectici*

*remittunt nos ad ſuperiorem legẽ, atq; ita lectorẽ Siſyphio labore exercent.*

*Aere Dodonæo loquacius.) In oraculo Iouis Dodonæo locus erat undiq; ſeptus æreis lebetibus ita cõpoſitus, ut unꝰ motꝰ moueret ꝓximũ, & is itẽ ꝓximũ ſicq; ſonitu p ſucceſſionẽ obambulante in orbẽ, multo tẽpore durabat tinnitus. Vnde prouerbium dictum in querulos: & quamuis puſilla de re*

ſi, adeo ut de lana caprina pertinaciſſime digladientur, & nimium altercando plerũq; ueritatem amittant. Hos tamen ſua philautia beatos reddit, dum tribus inſtructi ſyllogiſmis, incunctanter audẽt quauis de re cum quouis manũ conſerere. Cæterum pertinacia reddit

*la de re uerba ſine fine facientes. Qui plura uolet cognoſcere, legat Eraſmi Chiliadas, in quibus copioſius explicatur Illud obiter annotandum, pueriliter lapſum Franciſcũ Picum in commẽtariolis illis, quæ ſcripſit, in hymnum ſuũ de trinitatis laude. Admiratur enim quoſdam interpretari de loquacibus. Cum Suidas teſtetur dici ſolitum,* περὶ τῶν μικρολογούντων, *arbitrans* μικρολογεῖν *idem eſſe, quod pauca loqui, cum ſignificet de re puſilla uerba facere, quod eſt ſordidorum & parcorũ, quos minima quoq; mouent. Stephanus in dictione* δωδώνη *palàm interpretatur de loquacibus. Sic enim ait,* ἔστι δὲ καὶ παροιμία δωδωναῖον χαλκεῖον, ἐπὶ τῶν πολλὰ λαλούντων, ἢ ὅτι τὸ χαλκεῖον πληττόμενον ἤχει ὑπὸ μάστιγος, ἢ ὅτι τῇ βίᾳ τῶν ἀνέμων ἠχεῖ, ἀφ' οὗ ἡ παροιμία, *id eſt, Eſt autem prouerbium, Dodonæum æs, de multa loquẽtibus, uel quod æs dum percutitur à flagello, ſonat: uel quod uentorũ uiolẽtia ſonat, à quo prouerbiũ. De lana caprina.) Prouerbiũ pro re nihili, ſimile illi, De aſini umbra. Hora. Rixantur de lana ſæpe caprina. Nimiũ altercando.) Mimus eſt Publianus, quem citant inter cæteros, Aulus Gellius & Macrobius: Nimiũ altercando ueritas amittitur. Tribus inſtructi.) Tres poſuit, pro paucis, ut*

Philoſophi.

cia reddit inuictos, etiã ſi Stẽtorem opponas. Sub hos ꝓdeunt philoſophi, barba pallioq; uerendi, qui ſe ſolos ſapere prædicant, reliquos omnes mortales, umbras uolitare. Quàm uero ſuauiter delirãt, cum innumerabiles ædificãt mundos, dum ſolem, dum lunam, ſtellas, orbes, tanq; pollice filóue metiuntur, dum fulminum, uentorum, eclipſium ac cæterarum inexplicabiliũ rerum cauſas reddunt, nihil uſquam hæſitantes, perinde quaſi naturæ rerum architectrici fuerint à ſecretis, quaſiue è deorum conſilio nobis aduenerint: quos interim natura cum ſuis coniecturis, magnifice ridet. Nã nihil apud illos eſſe comperti, uel illud ſatis magnum eſt argumentum, quod ſingulis de rebus inexplicabilis inter ipſos eſt digladiatio. Ii cum nihil omnino ſciant, tamen omnia ſe ſcire ꝓfitentur: cumque ſeipſos ignorent, neque foſſam ali-

quoties

*illud apud Terentiũ: Tria hodie non commutabitis uerba.*

*Etiam ſi Stentorem.) Hunc inducit Homerus clamoſiſſimũ, ut uox illius eſſet tanta, quãta quinquaginta hominum. Vnde Iliados. σ.* Στέντορι ἐισαμένη μεγαλήτορι χαλκεοφώνῳ, ὃς τόσον αὐδήσασκ', ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα, *id eſt, Stentori aſſimilis magnanimo æneã uocem habenti, Qui tantũ clamauit, quantum alij quinquaginta. Vnde Iuuenalis: Clamas ut Stentora uincere poſſis.*

*Vmbras uolitare.) Homerus Odyſſeæ. κ. ſcribit ſolum inter manes Tireſiam ſapere, cæteros umbras uolitare. Vnde Circe ad*

*ce ad*

quoties, aut ſaxum obuiũ ui-deant, uel quia lippiunt ple-riq;, uel quia peregrinantur animi, tamen ideas, uniuerſa-lia, formas ſeparatas, primas materias, quidditates, ecceita-tes uidere ſe prædicant, res adeo tenues, ut neq; Lynceꝰ, opinor, poſſit ꝑſpicere. Tũ uero præcipue prophanum uulgus aſpernantur, quoties triquetris, & tetragonis circu-lis, atque huiuſmodi picturis mathematicis, alijs ſuper alias inductis, & in labyrinthi ſpe-ciem

Mathematici.

*ce ad Vlyſſem de Tireſia loquens, ſic ait,* τοῦ τε φρένες ἔμ-πεδοί εἰσι τῷ καὶ τεθνειῶτι νόον πό-ρε περσεφόνεια οἴῳ πέπνυσθαι τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι, *id eſt Huiꝰ mẽs firma eſt, Huicq; mortuo, mẽ-tem dedit Perſepho-ne, ut ſolus ſapere poſſit, aliæ autẽ um-bræ uolitãt Quia lippiunt) Nimiũ ob ſtudiũ. Animus aũt ꝑegrinatur, dũ intẽti cogitationibꝰ nõ ſumꝰ apud nos. Horatius: Dũ peregre eſt animus ſine corpore uelox. Alluſit ad duas fabellas, alterã de philoſopho, dum contẽplatur a-ſtra in foueam lapſo, quẽ anus irriſit, quod conaretur ui-dere quod eſſet in cœlis, cum quod ante pedes eſſet, non ui-deret. Alteram de aſtrologo, qui reuertens à cœna, impe-git in ſaxum, è pariete prominens, cuius meminit Ioannes Campanus. Quidditates, ecceitates.) Hæc ſunt porten-ta uerborum à recentioribus theologis excogitata. Alijs ſuper alias ) Hoc imitatus eſt ex Icaromenippo Lucia-ni, ſicut alia nonnulla. In labyrinthi.) Dicuntur & pi-cturæ quædam labyrinthi, lineis ita circunductis, ut non*

ciem confuſis, præterea lite/ris uelut in acie diſpoſitis, ac ſubinde alio atque alio repe/titis ordine, tenebras offun/dunt imperitioribus. Neque deſunt ex hoc genere qui fu/tura quoque prædicant con/ſultis aſtris, ac miracula plus quàm magica polliceantur, & inueniunt homines fortu/nati, qui hæc quoque credant. Porrò theologos ſilentio trã/ſire fortaſſe præſtiterit, καὶ τάυτlω καμαρίναμ μὴ κινεῖμ, nec

*ſit exitus.* Notat *autem figuras aſtrologorum.* Tenebras *offundũt.*) Hinc *palàm eſt, hoc loco reprehendi eos, qui figuris his docẽdi cauſa utũtur, ſed in hoc ut res difficilior cognitu uideatur, ut ſolent indocti oſtentatores, aut certe moleſti.* Quorſum *enim attinet rem per ſe facilem, huiuſmodi difficultatib⁹ inuoluere.*

Prognoſtæ.

Theologi.

*Ita ut fecit* Rabanus *ſuis literarijs figuris.* Καὶ τάυτlω καμαρίναμ ὀυ κινεῖμ.) *id eſt,* Et *hanc camarinam non mouere.* Camarina *palus erat, peſtilenti exhalatione noxia ciuitati proximæ.* Conſultus Apollo *num eam deberẽt ſiccare, reſpondit,* μὴ κινεῖμ τlὼ καμαρίναμ, *id eſt, ne mouete* Camarinam, *poſt obliti oraculi, deſiccarunt, & ceſſauit quidem peſtis, ſed hoſtes per eam ingreſſi, populati ſunt ciuitatem.* Ita Seruius, *ſed copioſius ſuper hac re in* Chiliadibus *ſuis* Eraſmus. Neque *uero quiſquam iniquius interpretetur hic notari theologos, uere theologos, cum id habeam compertum,* Eraſmum *omnibus quidem*

Camarina.

nec hanc anagyrim tangere, utpote genus hominū mire ſuperciliosum atq; irritabile, ne forte turmatim ſexcentis cōcluſionibus adoriantur, & ad palinodiam adigāt, quod ſi recuſem, protinus hæreticā clamitent. Nam illico ſolent hoc terrere fulmine, ſi cui ſūt parū propicij. Sanè quanq; non alij ſunt, qui minus libenter agnoſcant meam in ſe beneficentiam, tamen hi quoq; non

*quidem ſauere ſtudijs, nulli tamē magis quàm theologorum, in quo totus noctes dieſq; uerſatur. Notantur autem quidam craſſi theologi, & nihil minus quàm theologi, qui uel ineptas quæſtiunculas conſectantur, uel arrogāter magis quàm pie docti ſunt, id quod paulo poſt ex ipſius uerbis palàm fiet.* Ne hanc anagyrim.) *Quidam anagyrim herbam putant, quæ contrectata, peſſime oleat, quam* Dioſcorides *libro tertio ſic deſcribit,* ἀνάγυρις θάμνος ἐστὶ φύλλοις καὶ ῥάβδοις προσεμφερὴς ἄγνῳ, δενδρώδης, βαρύοσμος ἰσχυρῶς, ἄνθος κράμβῃ ἐοικός, *id eſt,* Anagyris *frutex eſt, folijs & uirgis aſſimilis agno, arbori ſimilis, odore uehemēter graui, florem habet crambæ ſimilem.* Ad palinodiam) Anagyris.

παλινῳδία *recantatio, cū diuerſa oratione corrigimus ſuperiorem.* Parum propicij.) Propicios *uocamus deos aut parentes, cum irati non ſunt, ſed bene uolunt.* Eſt *autem mirum ſupercilium quorūdam theologorum: nam de doctis & bonis non loquor, qui nihil nō definiunt, ut qui ulli decretorum refragetur, aut ullum uerbum cōmutet, ſtatim odioſum illud nomen hæretici occlamant, cum palàm* Palinodia.

 ſit,

nõ mediocribus nominibus obſtricti ſunt, dũ felices ſua Philautia perinde quaſi ipſi tertiũ incolant cœlum, ita reli quos mortaleis omneis, ut humi reptantes pecudes, è ſublimi deſpiciunt, ac propè cõmiſerantur, dum tanto ma giſtralium definitionũ, con/cluſionũ, corollariorum, pro/poſitionum explicitarum & implicitarũ agmine ſepti ſũt, tot exuberant κρησφυγέτοις, ut nec

*ſit, nullum hominũ genus lõgius abeſſe à uera Chriſti do/ctrina.* Nomini/bus obſtricti.) *No mina uocat titulos debitorum, & qui/dem eleganter.*

Corollariũ. Corollariorũ.) *Co/rollarium Latini uo cant auctariũ illud quod præter debitũ additur, dictũ à co/ronis.* Nam *ſi in lu dis placuiſſent actores, adijciebantur eis præter coronam promiſſam, paruæ corollæ, quæ corollaria uocabant.* So/*phiſtæ capiũt corollariũ pro propoſitione, quam ex alijs cõcluſionibus inferunt.* Explicitarum & implicitarũ.) H*is uerbis utuntur illi, putidis profecto nimium, ac mole ſtis, auribus ingenuis.* Explicitas *exigũt ab omnibus* Chri/

Κρησφύγετα. *ſtianis, impliãtas ab eruditis.* Κρησφυγέτοις.) Κρησφύγετον Græci *uocant ſuffugium, à* Creta *& fuga compo/ſita dictione, de quo* Suidas *ſic ait,* κρησφύγετα τὰ πρὸς τοὺς χειμῶνας στενὰ, καὶ ὀχυρόματα καὶ καταφυγή. οἱ δὲ φασὶν, ὅτι τοὺς κρηταιεῖς οἱ νησιῶται, ἅμα μίνῳ τῷ βασιλεῖ θαλαττοκρατοῦντας, ἔφυγον εἰς σπήλαιά τινα ὅθεν ἐκεῖνα ὠνομάσθησαν κρησφύγετα, *id eſt,* Creſphygeta *ſunt quæ contra aëris frigiditatem anguſta ſunt, & munitiones, & refugium.* Nõnulli *autem dicunt,* quod

ut nec Vulcanijs uinculis ſic poſſint irretiri, quin elabãtur diſtinctionibus, quibus nodos omneis adeo facile ſecãt, ut non Tenedia bipẽnis melius,

*quod Cretenſes ſimul cum Minoë rege, maris imperium tenentes, cæteri inſulares fugerunt in ſpeluncas, unde illæ uocatæ ſũt Creſphygeta.* *Vulcanijs uinculis.*) *Apud Homerum Vulcanus obſepſit thorum ſuũ uinculis adamantinis & ineuitabilibus, quibus Martem & Venerẽ irretiuit. Quæ Homerus Odyſſeæ θ. ſic deſcribit,* βῆ δ᾽ ἴμεν ἐς χαλκεῶνα, κακὰ φρεσὶ κυασοδομεύων, ἐν δ᾽ ἔθετ᾽ ἀκμοθέτῳ μέγαν ἄκμονα, κόπτε δὲ δεσμοὺς ἀρρήκτους, ἀλύτους, ὄφρα ἔμπεδον αὖθι μένοιεν. αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῦξε δόλον κεχολωμένος ἄρει βῆ δ᾽ ἴμεν ἐς θάλαμον, ὅτι φίλα δέμνι᾽ ἔκειτο ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ ἑρμῖσιν χέε δέσματα κύκλῳ ἁπάντῃ, πολλὰ δὲ καὶ καθύπερθε μελαθρόφιν ἐξεκέχυντο ἠΰτ᾽ ἀράχνια λεπτὰ τάκ᾽ οὐκέτις οὐδὲ ἴδοιτο οὐδὲ θεῶν μακάρων, *id eſt, Properiter iuit in officinam, mala profunda mente ſtruens, ſuoq́; loco incudem impoſuit, excuditq́; uincula infrãgibilia, inſolubilia, ut firma manerẽt: ſed poſtquam fabricauit dolum, iratus Marti, iuit in thalamũ, ubi chara cubilia poſita erant, circumq́; fulcra fudit uincula, in circuitu ubiq;. Multa autem & ſuperius per domum effuſa fuerunt, tanquam araneæ tenues, quas nullus uideret, ne deorum quidem quiſquam.*

*Elabantur diſtinctionibus.*) *Apte dixit, elabantur. Elabitur enim, qui captus erat. Quid eſt enim quod diſtinctionibus ſolui nõ poſſit?* *Tenedia bipennis.*) *Prouerbium*

lius, tot nuper excogitatis uocabulis, ac prodigioſis uocibus ſcatēt. Præterea dum arcana myſteria ſuo explicant arbitratu, qua ratione conditus ac digeſtus ſit mundus. Per quos canales labes illa peccati in poſteritatē deriuata ſit: quibus modis, qua menſura, quãtulo tempore in uirginis utero ſit abſolutus Chriſtus, quēadmodum in ſynaxi accidentia

*eſt in eos, qui ſtatim ac facile rem expediunt, τενέδιος πέλεκυς, à ſecuri Tenedia, qua ſtatim occidebatur, qui in cauſa uictus fuiſſet: ſed de hoc copioſius ĩ Chiliadibus.* Nuper excogitatis uocabulis) *Quæ nec apud ethnicos reperiuntur, ut ſorteitas, q̄dditas, qualificatio, ecceitas, annihilare, tranſubſtantiare, atq; id genus ſexcenta.* Arcana myſteria.) *Ludit Moria, tamen ut ſerio loquamur, ueteres illi theologi, qui uere diuinas literas imbiberant, & ſapiebant eas, nõ ſolum intelligebant de rebus huiuſmodi, & pauca tradiderunt, & non ſine reuerentia.* Deniq; *coacti diſputationibus hæreticorum.* Nunc *miro ſupercilio definimus omnia, nõ ſolum quid ſit, ſed quibus modis id fieri poſſit, aut factum ſit.* Veteres *tantum crediderunt peccatũ defluxiſſe ab* Adam, *nunc quàm putide diſputant de modo defluendi, quaſi uero quicquam hoc pertineat ad* Chriſtianam *pietatem, aut* Chriſti *myſteria, quæ magis ſunt adoranda, quàm excu-*

*Synaxis.* *tienda ſophiſticis argutijs.* In ſynaxi.) *Quod* Latine *dicere poſſis, cõiunctionem, ſiue coagmentationẽ, aut conciliationẽ, ita uocat* Dionyſius, *quam nos uocamus eucha riſtiam, quod hoc myſterio repræſentatur humana cõiunctio,*

accidentia ſubſiſtant ſine domicilio. Sed hæc protrita. Illa demũ magnis & illuminatis, ut uocãt, theologis digna putant, ad hæc, ſi quando incidunt, expergiſcuntur, Num quod inſtans in generatione diuina: Num plures in Chriſto filiationes, Num poſſibilis ꝓpoſitio? Pater deus odit filiũ? Num deꝰ potuerit ſuppoſitare mulierem, num diabolum, num aſinum, num cucurbitam, num ſilicem. Tum quemadmodũ cucurbita fuerit concionatura, æditura miracula, figenda cruci. Et quid conſecraſſet Petrus, ſi conſecraſſet eo tempore, quo corpus Chriſti pendebat in cruce?

*ctio, &, ut ita dicã, unitas Chriſtianorum. Illuminatis, ut uocant.) Tribuunt illuminato theologo, nõnihil ſupra Romanũ pontificẽ, aut etiam conciliũ.*

*Num quod inſtans.) Quot locis diuus Paulus deterret ab huiuſmodi quæſtionibus, quæ nihil conferant ad pietatem, ſed magis gignant lites & rixas, ſapiunt faſtum, & ſcholam, ut ait Auguſtinꝰ, diaboli. Quo magis admiror, eſſe theologos, quibus nihil aliud placeat. Pater deus odit filiũ.) Dic mihi candide lector, etiam ſi uera ſint quæ ſuper his diſputantur, quæſo cuius piæ aures non ab iſtis abhorreant? Et tamẽ his abſurdiora plurima diſputantur à quibuſdam non ſolum in ſcholis publicis, uerũetiam apud plebem in concionibus. Deploranda magis ſunt hæc, quàm ridenda.*

*Suppoſitare.) Et illud unũ eſt è uerbis illorũ facticijs, pro eo quod eſt, ſuppoſitũ ſiue perſonam aſſumere, quam*

*Græci*

ce. Et num eodem tempore Chriſtus homo dici potuerit: & num poſt reſurrectionem edere aut bibere fas ſit futurum? Iam nunc famem ſitimq; præcauentes. Sunt innumerabiles λεπτολεσχίαι, his quoque multo ſubtiliores, de inſtātibus, de formalitatibus, de quidditatibus, ecceitatib⁹, quas nemo poſſit oculis aſſequi, niſi

Friuolæ argutiæ.

*Græci nōnunquam uocant ὑπόστασιν.* λεπτολεσχίαι.) *Id eſt, ſubtilia nugamenta, uox eſt compoſita à λεπτός, qđ tenuis eſt, & λέσχη qđ nugas ſignificat. Ariſtophanes philoſophos de minutulis q̃buſdā rebus diſputātes, λεπτολέσχας, & λεπτολόγους uocauit ἐν νεφέλαις, quo nomine ut digni ſint, ſedulo noſtri philoſophi, & theologi operam nauant. Philoſtratus Apollonium tanquam uerum philoſophum dicit, οὐδὲ λεπτολογίᾳ δεδωκέναι τοὺς λόγους, id eſt, Neq; de tenuibus illis nugis habuiſſe orationes.*

*Inſtantibus.) De illis inſtantibus loquitur, quæ Scotiſtæ ponūt in generatione diuina. Porrò id quod in lineis punctum, in motu mutatum eſſe, id in tempore, inſtans dicunt eſſe. Et Scotus diſtinctione ſecunda libri ſecundi, ponit inſtans unam illarū quatuor menſurarum, qua dicit menſurari mutationes inſtantaneas. Formalitatibus & quidditatibus.) Formalitates eas uocant, quæ recipiuntur in ſubiecto, quidditates autē quæ recipiūt. Ecceitatibus.) Somniant etiam λεπτολόγοι noſtri quaſdam differentias indiuiduales & indiuiduationes, quarum Thomas, ſecūdi ſcripti diſtin. tertia, principiū eſſe uult materiam & quantitatem, cui Scotus ſuper eadem diſtin. refragatur. Atque*

*ita diuerſa*

qui, niſi tam Lynceus, ut ea quoq; per altiſſimas tenebras uideat, quæ nuſq; ſunt. Adde nunc his γνώμας illas, adeo παράδοξους, ut illa Stoicorũ oracula, quæ paradoxa uocant, craſſiſſima præ his uideãtur, & circũforanea, uelut leuius eſſe crimen, homines mille iugulare, quàm ſemel in die dominico calceum pauperi conſuere. Et potius eſſe cõmittendum,

*ita diuerſa ſomniãt ſomnia. Has differentias quidam ecceitates, quidam ſorteitates uocant, portenta inaudita monſtroſis & inauditis uocibus appellãtes.*

Paradoxa theologorũ.

*Lynceus.) Hic unus Argonautarũ fuit tam acuto præditus uiſu, ut ipſos uiſu penetraret parietes, quo noſtri ſophiſtæ longe ſunt oculatiores, quippe qui ea uident, quæ ſunt nuſquam.* Lynceus.

*Quæ nuſquam ſunt.) Nam neminẽ opinor tam bardum eſſe, qui harum nugarũ aliquid eſſe putet, & tamen mirum eſt, quàm nihil aliud quàm de ſecundis intentionibus, naturis cõmunibus, quidditatibus reſpectibus, ecceitatibus, atq; id genꝰ alijs ſexcẽtis, his nugacioribus nugis diſputent. Cumq; hæc mõſtra ſomniant, ſubtiles ſibi uidentur, grauiq; ſupercilio eos qui his contemptis, ad ipſas res penetrant, præ ſe cõtemnunt.*

*γνώμας.) Id eſt, ſententias, quas παράδοξους uocat, id eſt, inopinatas. Leuius eſſe crimen homines.) Sic enim dicunt, propterea quod alterũ immediate eſt contra deũ, alterũ immediate contra proximũ. Argutior profecto ratio quàm quam Chriſtus, craſſus uidelicet theologus, potuerit intelligere, cũ bouem proximi in foueã prolapſum, etiam in ſabbato extrahi uoluerit. Et potius eſſe cõmittendum*

dũ,ut uniuerſus orbis pereat unà cũ uictu & ueſtitu,quod aiunt,ſuo, quàm unicũ quantumlibet leue mendaciolum dicere. Iam has ſubtiliſſimas ſubtilitates ſubtiliores etiam reddunt tot ſcholaſticorum uiæ, ut citius è Labyrinthis temet explices, quàm ex inuolucris Realium, Nominalium, Thomiſtarum, Albertiſtarum, Occaniſtarum, Scotiſtarum, & nõdum omneis dixi, ſed præcipuas duntaxat. In quibus omnibus tantũ eſt eruditionis, tantũ difficultatis, ut exiſtimem ipſis apoſtolis alio ſpiritu opus fore, ſi cogantur hiſce de rebus cũ hoc nouo theologorũ genere cõſerere

*Sectæ theologorum.*

*tendum)* De hac re *uide in decretis canonicis xxij. quæſt. ij. ne qs arbitretur. & in ſententijs, lib. tertio, diſtin. trigeſimaoctaua, ubi ex Auguſtini ſententia dicitur, quod perfectus, pro uita alicuius, non debet mentiri, ſed uerũ occultare, ac ſi longe aliud eſſet uerum occultare, & mentiri.*

*Labyrinthi.*

*Labyrinthis.)* *Labyrinthi, loca erant uiarum ambagibus adeo inflexa, ut qui intraſſet, exitum in eis inuenire nõ poſſet, qualia quatuor fuiſſe memorantur.* Realium.) *Hi ponũt uniuerſalia eſſe res diſtinctas à ſingularibus, quantitatem à re quanta, reſpectus à fundamẽtis & terminis. Vnde ad ſaltum pulicis totum mundũ dicunt moueri.* Nominaliũ.) *Hi dicunt uniuerſalia nihil aliud eſſe quàm terminos.* Alio ſpiritu.) *Sophiſtico uidelicet, & mundano, quem ſe habere negat, ſic ait.* ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ, *id eſt,*

ſerere manus. Paulus fidem præſtare potuit, at cum ait: Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum nõ apparentium: parum magiſtraliter definiuit. Idẽ ut charitatem optime præſtitit, ita parum dialectice uel diuidit, uel finit, in priore ad Corinthios epiſtola, capite decimotertio. Ac pie quidẽ illi conſecrabant ſynaxim, & tamen rogati de termino à quo, & termino ad quem, de tranſſubſtantiatiõe, de modo quo corpus idem ſit in diuerſis locis, de differẽtia, qua corpꝰ Chriſti eſt in cœlo, qua fuit in cruce, qua in ſacramento ſynaxeos, quo puncto fiat tranſſubſtãtiatio, cum oratio per quã ea fit, ut quantitas diſcreta ſit in fluxu, nõ pari, ſicut opinor reſpondiſſent acumine, quo Scotidæ diſſerunt hæc, ac definiunt. Nouerant illi Ieſu matrem, ſed quis eorũ tam philoſophice demonſtrauit, quo modo fuerit ab Adæ macula præſer-

*eſt, nos enim nõ ſpiritum mundi accepimus, ſed ſpiritũ dei.*

*Magiſtraliter definiuit.) Alluſit ad gloſſema illud, quod eſt in principio Decretalium, aſſerens diffinitionem fidei, à Paulo datam, nõ eſſe bonam; tum quod conueniat ſpei, quæ etiam eſt ſubſtantia rerum ſperãdarum, tũ quod tantũ loquatur de futuris. Diffinit autẽ magiſtraliter fidem ſic, Fides eſt uoluntaria certitudo abſentiũ infra ſciẽtiã, & ſupra opinionẽ cõſtituta. De termino à quo.) Huiuſmodi nunc noſtri Theologi tractãt ſuꝑ decimã quarti diſtinctionẽ, quæ plurimũ habẽt cõtentiõis, & pietatis nihil. Scotidæ.)*

Definitio fidei

*Charitas.*

præſeruata, q̄ noſtri Theologi. Petrus accepit claues, & accepit ab eo, qui non cōmittat indigno, & tamē an intellexerit, neſcio, certe nuſquam attigit ſubtilitatem, quomodo ſcientiæ clauem habeat is quoq;, qui ſcientiam non habeat. Baptizabant illi paſſim, & tamen nuſq̄ docuerunt, quæ ſit cauſa formalis, materialis, efficiens, & finalis baptiſmi, nec characteris delebilis, & indelebilis apud hos ulla mentio. Adorabant quidem illi, ſed in ſpiritu, nihil aliud ſequentes, quàm illud euangelicum, ſpiritus eſt deus, & eos qui adorant eum in ſpiritu & ueritate

Stoicidæ.

*tidæ.) Sic uocauit Scotiſtas, alludēs ad Iuuenalem, qui Stoicos uocauit Stoicidas. Fugerunt trepidi, uera ac manifeſta fatentē Stoicidæ.*

*Scientiæ clauē habeat.) Hoc conſtanter affirmant ſuper diſtinc. decimaoctaua quarti. Nam clauem ſcientiæ dicunt, non aliquam actualē aut habitualem ſcientiam, ut uerbis eorū loquar, aut ullam diſcretionem, ſed ſolam autoritatē & poteſtatē diſcernēdi, quā Scotus dicit poſſe eſſe in eo, qui omni ſcientia & diſcretione uacat, & ſi is, qui collegit ſententias, clauem ſcientiæ uocat ſcientiam diſcernendi. Cauſa materialis baptiſmi.) Nam in ſingulis ſacramentis cauſas quatuor inquirunt.*

*Characteris delebilis.) Vocant charactera ſignū quoddam ſpirituale, impreſſum à deo, ſuſcipienti ſacramētum, non iterabile, manens indelebiliter. Porrò ſacramenta nō iterabilia dicunt eſſe tria, Baptiſmum, confirmationem, & ordinem. De his characteribus, neq; ſacræ literæ, neq; ueteres Theologi*

ueritate oportet adorare. Verum haud apparet eis tũ fuiſſe reuelatũ, una eademq; adoratiõe adorandã imagunculã carbone delineatã in pariete, & Chriſtũ ipſũ, ſi modo duobus ſit porrectis digitis, intonſa coma & in umbone qui ad hæret

res Theologi meminerũt. Cæterum quẽadmodum Aſtronomi, non potentes motuum cœleſtium uarietatis cauſam inuẽnire, eccentricos & epicylos in orbibus finxerunt, ſic neoterici Theologi, ut cauſam aliquam darẽt, quare unũ ſacramẽtum non niſi ſemel, aliud frequenter liceat ſumere, hos characteres commenti ſunt, quibus ſemel receptis, nam ut Ariſtoteles ait, ἑνὸς ἀτόπου δοθέντος τ᾽ ἄλλα συμβαίνει, plurimæ de his dubitatiões motæ ſunt, quales ſunt hæ, Vtrum character ſit forma abſoluta, an relatiuum, utrũ ſit, in potentia animæ, an in eſſentia, an baptiſatis flamine & igni, etiam inſit character, an Mariæ & Chriſto etiam inſit character. Vna eademq; adoratione.) Hæc enim eſt una concluſio Theologorum ſcribentiũ ſuper diſtinc. decima libri tertij, Imagines rerũ adorãdarũ, eadem ſpecie adorationis adorãdas eſſe, qua ipſæ res ſignificatæ ſic quod ſi res adorentur latria, latria & imagines adorabuntur, ſi dulia, dulia, ſi hyperdulia, hyperdulia.

Carbone.) Alluſit iocoſe ad illas imagunculas, quibus uidemus nebulones iſtos ocioſos paſſim parietes per ociũ inficere, quas dicunt non minus adorandas, quàm ipſum Chriſtum, cum tamen tales à nemine, niſi non admodum ſani capitis, ſic adorari uidemus. Porrectis digitis.) Graphice expreſſit habitum & geſtum, quo Chriſtum pingunt,

*nã digitis porrectus pingitur, ut uideatur dare benedictionem, aut cruce ſe munire.*

*Tres habeat notas.) Nam in umbone, hoc eſt, hemicyclo, qui caput circũdat, tres radiorũ ordines deliniant, unũ in uertice, & reliquos duos à temporibus.* *Quid inter ſit inter gratiam.) Theologi ſuper uiceſima ſexta diſtinctione libri ſecundi, uarias ponunt gratiæ diuiſiones. Secãt enĩ eam in increatã, & creatã, & ĩ large acceptã, & ſtricte, itẽ ĩ largiſſime acceptã, & ſtrictiſſime, & in gratum facientem, & gratis datam. Itẽ in diſponentẽ, præuenientẽ, & cooperantẽ.* λογομαχίας) *id eſt*

hæret occipitio, treis habeat notas. Quis enim hæc percipiat, niſi triginta ſex annos totos in phyſicis, & ultramũdanis Ariſtotelis cõtriuerit? Idẽtidem inculcant apoſtoli gratiam, at ĳdẽ nuſq; diſtinguũt, quid interſit inter gratiã gratis datam, gratiam gratificantem. Paſſim inculcant charitatem, nec ſecernũt infuſam ab acquiſita, nec explicant, accidens ne ſit, an ſubſtantia, creata res, an increata. Deteſtãtur peccatũ, at emoriar, ſi potuerunt ſcientifice definire, quid ſit illud, quod peccatum uocamus, niſi forte Scotiſtarum ſpiritu fuerunt edocti. Nec enim adduci poſſum, ut credam Paulum, è cuius unius eruditione licet omneis æſtimare, toties damnaturũ fuiſſe quæſtiones, diſceptationes, genealogias, & ut ipſe uocat, λογομαχίας. Si eas percalluiſſet argutias, præſertim cũ oẽs illius temporis contentiones, pugnæq; ruſticanæ fuerint & craſſæ,

craſſæ, ſi cum magiſtrorum noſtrorum pluſquam Chryſippeis ſubtilitatibus conferãtur. Quãquàm homines modeſtiſſimi, ſi quid forte ſcriptum ſit ab apoſtolis indolatius, parumq́; magiſtraliter, non damnãt quidem, ſed cõmode interpretantur. Hoc uidelicet honoris, partim antiquitati, partim apoſtolico nomini deferentes. Et hercle parum æquum erat, res tantas ab illis requirere, de quib⁹ ex præceptore ſuo, ne uerbum quidem unquam audiſſent. Idem ſi eueniat in Chryſoſtomo, Baſilio, Hieronymo, tum ſat habent aſſcribere, nõ tenetur. Et illi quidem confutarunt ethnicos, philoſophos ac

*id eſt, pugnas uerborum, quas interpres Græcus* στάσεις λογισμῶν, *id eſt, ſeditiones opinionum, interpretatus eſt. Sic enĩ ait Paulus in epiſtola ad Timotheum,* ἀλλὰ νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας. ἐξ ὧν γίνεται φθόνος, ἔρις, βλασφημίαι, ὑπόνοιαι πονηραὶ, *id eſt, Sed ægrotans circa quæſtiões & pugnas uerborum, ex quibus fit inuidia, rixa, maledicẽtia, ſuſpiciones malæ.* Interpretatio theologorum. *Chryſippeis.)* *Chryſippus diſcipulus fuit Cleanthis, poſt quem præfuit ſcholæ Stoicorũ, hic ſolitus fuit argutiſſima quædam ſophiſmata proponere, quale fuit hoc,* ὁ λέγων τοῖς ἀμυήτοις τὰ μυστήρια ἀσεβεῖ, ὁ δέγε ἱεροφάντης τοῖς ἀμυήτοις λέγει, ὁ ἱεροφάντης ἄρα ἀσεβεῖ, *id eſt, qui dicit prophanis myſteria, impie agit, ſacerdos prophanis dicit, ſacerdos igitur impie agit. Itẽ illud* ἔστι τὶς κεφαλὴ, ἐκείνην Chryſippus

ac Iudæos, ſuapte natura p̃tinaciſſimos, ſed uita magis, ac miraclis q̃ ſyllogiſmis, tũ eos quorũ nemo fuerit idoneus, uel unicũ Scoti Quodlibetũ ingenio cõſeq. Nũc qs ethnicus, qs hæreticus nõ cõtinuo cedat tot tenuiſſimis ſubtilitatibus niſi tam craſſus, ut non aſſequatur, aut tam impudẽs ut exibilet, aut ijſdem inſtructus laqueis, ut iam par ſit pugna, perinde quaſi magum cum mago committas, aut ſi gladio fortunato pugnet aliquis cũ eo, cui gladius ſit fortunatus: tum enim nihil aliud q̃ tela Penelopes retexeret. Ac meo quidem iudicio ſaperent Chriſtiani, ſi pro pinguibus iſtis militum cohortibus, per quas iam olim ancipiti Marte belligerantur, clamoſiſſimos Scotiſtas, & pertinaciſſimos Occaniſtas, & inuictos Albertiſtas

ὃ οὐκ ἔχεις, ἔστι δέ γε τὶς κεφαλὴ ἣν οὐκ ἔχεις, οὐκ ἄρα ἔχεις κεφαλὴν, id ē, *Eſt aliquod caput, illud aũt nõ habes, eſt igitur aliquod caput qđ nõ habes, nõ igit̃ habes caput.* Nũc quis ethnicus.) *Inductione ratiocinatur, ſophiſticam hãc theologiã nec ad cõfutationem hæreticorum utilem eſſe. Nã hæretici, aut eorum argutias nõ intelligunt, aut intellectas ſpernunt, aut ipſis theologis melius intelligunt.* Gladio fortunato.) *Talem gladium nõnulli principes noſtri temporis habentes, lædi cũ ille adeſt à nemine poſſunt, niſi ſimilem habente.* Tela Penelopes.) πηνελόπης ἱστὸν ἀναλύειν, *id eſt, Penelopes telam reſoluere, aut retexere prouerbio dictum eſt, pro eo quod eſt operam inanem*

Albertiſtas unà cum tota ſophiſtarum manu mitterēt in Turcas & Saracenos, ſpectarent opinor, & conflictum omnium lepidiſſimum, & uictoriā non ante uiſam. Quis enim uſq; adeo frigidus, quē iſtorum nō inflamment acumina? Quis tam ſtupidus, ut tales nō excitēt aculei? Quis tam oculatus, ut hæc illi non maximas offundāt tenebras? Verum hæc oīa uideor uobis propemodū ioco dicere. Nec mirum ſanè, cum ſint & inter ipſos theologos meliori bus inſtituti literis, qui ad has friuolas, ut putāt, Theologorum argutias nauſeant. Sunt qui uelut ſacrilegij genus execrentur, ſummāq; ducant impietatē, de rebus tam arcanis, & adorandis magis, q̄ explicandis, tam illoto ore loqui, tā prophanis Ethnicorum argutijs diſputare, tam arrogāter definire, ac diuinæ theologiæ maieſtatem tam frigidis, imò ſordidis uerbis ſimul & ſentē

tijs cō

*ram inanē ſumere, rurſumq; deſtruere, quod effeceris.* Nam *Homerus* Iliados. β. *fingit* Penelopem *telam, quam interdiu texuit, noctu retexuiſſe, atq; eo pacto p̄cos illuſiſſe, quibus ſimul atq; tela perfecta fuiſſet promiſerat ſe nupturā.* Vnde *ſic ait,* Ἔνθα καὶ ἠματίη μὲν ὑφαίνεσκεν μέγαν ἱστὸν Νύκτας δ᾽ ἀλλύεσκεν, ἐπὴν δαΐδας παραθεῖτο, *id est, ubi & interdiu quidē texebat magnā telam,* Noctu *autē retexebat, poſtquàm faces appoſuit.*

Quis enim uſq;) Totus hic locus εἰρωνικῶς *accipiendus.*

Tam *illoto ore.*) *id eſt, irreuerenter, ſimile eſt illis,* ἀνί-



πτοις

tijs cōſpurcare. At interim ipſi feliciſſime ſibi placent, imò plaudunt, adeo ut his ſuauiſſimis nænijs, nocte dieq́ꝫ occupatis, ne tantulum quidē ocij ſuperſit, ut euangelium, aut Paulinas epiſtolas uel ſemel liceat euoluere. Atqꝫ interim dum hæc nugātur in ſcholis, exiſtimant ſeſe uniuerſam eccleſiam, alioqui ruituram, nō aliter ſyllogiſmorum fulcire tibicinibus, quàm Atlas cœlū hūeris ſuſtinet apud Poëtas. Iam illud quantæ felicitatis eſſe putatis, dum arcanas literas, perinde quaſi cereæ ſint ꝓ libidine formant, ac reformāt, dum cōcluſiones ſuas, quibus

*πλτοις ποσὶν καὶ ἀνίπτοις χερσὶν, id eſt illotis pedibus, & illotis manibꝰ. Vt euāgelium, aut, Paulinas epiſtolas.) Ex hoc loco palàm eſt, nō reprehendi theologos doctos & pios, ſed eos qui totam uitam in huiuſmodi cōſumunt quæſtiunculis, cum in primis oportet theologum ipſos imbibiſſe fontes, & in lege domini, noctes ac dies meditatum eſſe, ut aſſiduitas uertatur in naturam, ut nō ſolū intelligat humano more, ſed etiam afficiatur & rapiatur. Nemo uere intelligit Chriſtum, niſi tractus à Chriſto. Tantū abeſt, ut ab his cōprehendatur, qui impij propter ſophiſticas nænias, nihil omnino uel ſciūt, uel legūt. Noui ꝑmultos theologos, doctores, ut uocant, q ante qnquageſimū annū nōdū euoluerant oēs epiſtolas Pauli, ut ꝑ familiaritatē mihi fatebātur. Iſti quoties ad interpretādū ſacras literas accedūt, Dij boni, ꝙ frigēt, ꝙ ſordent oīa, ꝙ nihil adferūt Chriſto dignū. Formāt ac reformāt) Notat eos q nō accōmodāt ſuas ſentētias ad mētē ſcripturarū, ſed ſcripturas*

bus iã aliquot ſcholaſtici ſub/ſcripſerunt, pluſq̃ Solonis leges uideri poſtulant, & uel põtificijs decretis anteponendas, dumq́ ueluti cẽſores orbis ad palinodiam trahunt, ſi quid uſquam cum explicitis & implicitis illorũ concluſionibus, non ad amuſſim quadrarit, ac nõ ſecus atq; ex oraculo pronũciant, hæc propoſitio

*ad ſuã mẽtẽ trahũt qđ uocãt fundare, ueluti cũ duos Petri gladios trahunt ad duplicẽ poteſtatẽ, cũ is locus prorſus eò ſpectet, ne pugnemus Chriſtiani. Cẽſores orbis) Cẽſores Romæ morũ magiſtri, & iudices erãt hi ciues ſic notabãt, ut q ſenator eſſet, è ſenatu eijceretur, q eques Romanus, equũ publicũ perderet: qui plebeius, in centũ tabulas referretur, & ærarius fieret. Palinodiã canere.) Græci ꝓuerbio dicunt, παλινῳδεῖν, pro eo qđ eſt, prius damnata probare, & priorem ſententiam reuocare. De hac Palinodia Socrates apud Platonẽ in Phædro ſic loquitur,* ἔστι δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι περὶ μυθολογίαν, καθαρμὸς ἀρχαῖος, ὃν ὅμηρος μὲν οὐκ ᾔσθετο. στησί χορος δὲ τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς, διὰ τὴν τῆς ἑλένης κακηγορίαν, οὐκ ἠγνόησεν, ὥσπερ ὅμηρος, καὶ ποιήσας δὴ πᾶσαν τὴν καλουμένην παλινῳδίαν, παραχρῆμα ἀνέβλεψε, *id eſt, Eſt his qui peccant circa fabularum narrationem, expiatio antiqua, quam Homerus quidem non cognouit, Steſichorus autẽ, oculis enim priuatus fuit propter Helenes maledicentiam, non ignorauit, quemadmodũ Homerus, qui ſimulatq; omnem palinodiam feciſſet, è ueſtigio rurſum uidit. Hæc ſcandaloſa eſt.) Data opera,*

*Cenſores.*

ſitio ſcandaloſa eſt, hæc parũ reuerentialis, hæc hæreſim olet, hæc male tinnit, ut iã nec baptiſmus, nec euangelium, nec Paulus aut Petrus, nec ſanctus Hieronym⁹ aut Auguſtinus, imò nec ipſe Thomas ἀϱιστοτελικώτατος, Chriſtianum efficiat, niſi bacculauriorũ calculus acceſſerit, tanta eſt in iudicando ſubtilitas. Quis em̃ ſenſurus erat eum Chriſtianũ non eſſe, qui diceret has duas orationes, matula putes, & matula putet. Itẽ ollæ

Scandalum. *barbariem eorũ imitatus eſt, σκάνδαλον enĩ Græci διαστροφὴν, id eſt, perverſionem uocant. Eſt autem dictum ſcandalũ, quaſi σκάζον τοῦ ποσὶ χώλαινον, περὶ τὴν ἀλήθειαν, id eſt, claudicans circa ueritatẽ. A ſcandalo autem inepte dicitur ſcandaloſus. Hæc hæreſim olet.) Sic enĩ ipſi dicũt, hæc propoſitio ſapit hæreſim, data autem opera, mutauit ſapit in olet. Indicat autem hoc loco reuocationes & cõdemnationes frigidas, quæ habẽtur in articulis illis erroneis, ut ipſi dicunt, Pariſijs & in Anglia condemnatis. Hæc male tinnit.) Sic enim frequenter dicunt, hæc propoſitio male ſonat, quod iocoſe uertit tinnit. ἀϱιστοτελικώτατος.) Id eſt, Ariſtotelicißimus, qđ hic ferè primus fuit, qui Ariſtotelica miſcuit ſacris. Bacculauriorũ calculus.) Nam in articulis illis bacculauriorũ autoritate & iudicio condemnantur propoſitiones aliquot Thomæ, quas, neſcio quis fraterculus, cũ tanquam ueras docuiſſet, coactus fuit à bacculaurijs, reuocare. Matula putes, & matula putet.) Sic uertit quod iſti dicunt, Socrates curris, & Socrates*

tes

ollæ feruere, & ollã feruere, pariter eſſe congruas, niſi ſapientes illi docuiſſent? Quis tantis errorum tenebris liberaſſet eccleſiã, quos ne lecturus quidem unquam quiſq; fuerat, niſi magnis ſigillis iſti prodidiſſent? Verum an nõ feliciſſimi dum hæc agunt? Præterea dum inferorũ res omneis ſic ex amuſſim depingunt, tanq; in ea Rep. cõpluribus annos ſint uerſati? Præterea dum pro arbitrio nouos orbes fabricantur, addito denique latiſſimo illo, pulcherrimoq;, ne ſcilicet deeſſet ubi felices animæ commode uel ſpatiari, uel conuiuium agitare, uel etiam pila ludere poſſent. His atq; id gen⁹ bis mille nugis, horum capita adeo diſtẽta differtaq; ſunt, ut arbitrer nec Iouis cerebrũ æque grauidũ

*tes currit. Quas orationes, neſcio quis frater, dixerat eſſe æque perfectas & congruas, ut ipſi dicunt: quo circa bacculaurij Oxoniẽſes eas damnauerunt.*

*Magnis ſigillis.) Nã hic mos eſt iſtis, ut poſt propoſitiones damnatas, in teſtimoniũ applicent magnũ ſigillum uniuerſitatis.* *Dum inferorum res.) Nemo putet hic rideri inferos, ſed fabulas, quas quidam ueluti certam rem narrãt apud populum.*

*Nouos orbes.) Veteres ſphæras ſingulas ſeptem tribuerũt planetis. His impoſuerunt octauũ orbem, ſtellarũ fixarum. Deinde uidentes octauũ duobus motibus moueri, diſcentesq; ab Ariſtotele, uniuſcuiuſq; orbis non eſſe niſi unũ motũ naturalem, coacti ſunt dicere alterũ motum octaui orbis eſſe uiolentum;*

Solennis cultus theologorum.

Barbaries theologorũ

grauidũ fuiſſe, cum ille Palladem parturiẽs, Vulcani ſecurim imploraret. Quare nolite mirari, ſi uidetis caput illorum tot faſcijs tam diligenter obuinctum in publicis diſputationibus, alioquin enim planè diſſilirent. Illud ipſa quoq; nõnunquã ridere ſoleo, cũ ita demũ maxime ſibi uidentur theologi, ſi quã maxime barbare ſpurceq; loquãtur, cumq; adeo balbutiũt, ut à nemine niſi balbo poſſint intelligi, acumen appellant, quod uulgus nõ aſſequat̃. Negant em̃ è dignitate ſacrarum literarũ eſſe, ſi grãmaticorum legibus parere

*tum. Motu autẽ uiolento non poteſt moueri ſuperior orbis ab inferiori. Quocirca coacti ſunt ponere nonum orbem, quem primũ mobile uocant. His deinde theologi addiderũt decimũ orbem, quem empyreum dicunt: perinde quaſi ſancti felices eſſe nõ poſſint, niſi ſuũ habeant cœlum. At Baſilides hæreticus cœlos fabricatus eſt trecentos ſexaginta quinq;, teſte Auguſtino. Vulcani ſecurim.) Eſt Luciani dialogus de Ioue capite grauido, cuius caput, ipſo Ioue iubente, Vulcanus ſecuri mediũ ſecuit. Atq; ita è Iouis cerebro Pallas nata eſt.*

*Tot faſcijs.) Id potiſſimũ uidemus in doctoribus apud Pariſios, quorum capita tot faſcijs ſunt obuoluta, ut uix poſſint euoluere ſeſe. Diſſilit autem, quod ruptum in uarias partes, minutim ſoluitur. Ipſa quoq; nõnunquã.) Vehemẽter ſtultum ſit oportet, quod ipſi quoq; ſtulticiæ ridiculum, ac ſtultum eſſe uideatur. Hoc quod ait, nimis uerũ eſt in multis, qui nihil exiſtimant eruditũ, nihil acu-*

*tum,*

parere cogantur. Mira uero maieſtas theologorũ, ſi ſolis illis fas eſt mẽdoſe loq, quãq̃ hoc ipſum habent cũ multis cerdonibus cõmune. Poſtremo iã dijs proximos ſeſe ducunt, quoties quaſi religioſe magiſtri noſtri ſalutantur, in quo quidẽ nomine tale quiddam ſubeſſe putãt, quale eſt apud Iudæos τετραγράμματον. Itaq; nefas aiũt eſſe, MAGISTER NOSTER ſecus quàm maiuſculis ſcribere literis. Quod ſi quis præpoſtere, Noſter magiſter dixerit, is

*tũ, qđ nõ ſit barbaris ac ſpurcis dictũ uerbis. Quicquid elegans, id ut grammaticum aſpernantur. Simplicitas ſermonis probe decet theologum, ſpurcities minime, quæ ueritatem non nudam, ut ipſi iactant, oſtẽdit, ſed oblitam & ſordidatã. τετραγράμματον.) Id eſt, quatuor literarũ, quod ſolũ ἀνεκφώνητον, id eſt, ineffabile eſt inter nomina illa decem, quibus Hebræi deũ uocant, quæ, ut etiam Hieronymus in epiſtola ad Marcellam teſtatur, iſta ſunt. Primũ, אל quod Aquila ἰσχυρὸν, id eſt, fortem interpretatur. Secundũ אלהי. Tertium, אלהים quæ deum ſignificant. Quartum, צבאות quod Lxx. uirtutũ, Aquila exercituũ interpretatur. Quintum, עליון id eſt excelſum. Sextũ, אשר אהיה id eſt, qui ero. Septimũ, אדני id eſt, dominus. Octauum, יה quod in, הללויה id eſt, laudate dominũ, tantum ponitur. Nonũ, de quo hic loquitur, יהוה quod ineffabile eſt. Nam quatuor illæ literæ, Iod, He, Vau, He, quibus ſignatur, coniunctæ nihil ſonant*

Magiſtri noſtri.

rit, is ſemel omnē theologicī nominis peruerterit maieſtatem. Ad horū felicitatē proxime accedunt ij, qui ſe uulgo religioſos ac monachos appellant, utroq; falſiſſimo cognomine, cum & bona pars iſtorum longiſſime abſit à religione, & nulli magis omnibus locis ſint obuij. Iis non uideo quid poſſit eſſe miſerius, niſi ego multis modis ſuccurrerē. Etenim cum hoc hominū genus omēs ſic execrentur, ut fortuitum etiam occurſum ominoſū eſſe perſuaſum ſit, tamen ipſi ſibi magnifice blandiuntur. Primū ſummam exiſtimant pietatē, ſi uſq; adeo

*Monachi.*

*nant. Quo myſterio innuūt diuinā eſſentiā modis omnibus ineffabilem: at nos illam totam depingim⁹ ineptis, ut ego cenſeo, commentis. Nam ut ſcriptum eſt,* ישת חשך סתרו, *id eſt, poſuit tenebras ſecretum ſuū. Decimum* שדי *quod Aquila* ἄλκιμον, *id eſt, robuſtum interpretatur. Sunt & alia nomina, quibus deus apd' Hebræos ſignificāt, ut* אש, *id eſt, ignis, &* חכמות, *ſapiētia, &c.* Vtroq; *falſiſſimo.) Nam monachus Græce dicitur ſolitarius, & religio nihil aliud eſt quàm pietas & dei cultus, quod eſt omniū Chriſtianorū. Loquitur autem de malis, quæ maxima turba eſt, & hoc cognomine indignis.* Sic *execrentur.) De uulgo loquitur. Et nimiū uerum eſt quod dicit. Quin ipſe diuus Hieronymus teſtatur, Romæ quoque monachi nomen inuiſiſſimum fuiſſe: quanquam ea tempeſtate nihil aliud erant monachi, quàm uere & ſimpliciter Chriſtiani, nullis obſtricti ceremonijs, nullo*

ſi uſq; adeo nihil attigerint literarum, ut ne legere quidem poſſint. Deinde cũ pſalmos ſuos, numeratos quidẽ illos, at non intellectos, aſininis uocibus in templis derudunt, tum uero ſe putãt diuorum aures multa uoluptate demulcere. Et ſunt ex his nonnulli, qui ſordes ac mendicitatem magno uendunt, proq; foribus magno mugitu panẽ efflagitãt, imò in nullis diuerſorijs, uehiculis, nauibus non obturbant, nõ mediocri profecto reliquorũ mẽdicorum iactura. Atq; ad eum modũ homines ſuauiſſimi, ſordib⁹, inſcitia, ruſticitate, impudentia, apoſtolos, ut aiunt, nobis referunt. Quid autem iucundius,

*nullo pdigioſo cultu, nullis uinculis, nulla ſeruitute, ſed in libertate ſpiritus deo ſeruiẽtes.* Nihil attigerint.) *Olĩ monachi ferè laici erant, quales Benedictini & Franciſcã ſocij.* Vnde ſũt qui *putẽt irreligioſum, ſcire literas, præcipue bonas, nec recipiunt eruditos, & libẽter expellunt forte receptos, cum ipſi uentres magis ſint, quàm homines.* Cum pſalmos ſuos) *Attende lector, non rideri cultum diuinũ, ſed eos, qui plurimi ſunt, qui nõ curant intelligere quod pſallũt, & odioſis clamoribus implent templũ, quaſi uociferatio delectet ſuperos. Tum preces non numero conſtant, ſed animi affectu.* Magno uendunt.) *Vendũt dixit, pro oſtentant. Ita Politianus: Vultuq; triſtes, uendunt ſanctimonias. Simulant enim nõnulli ſordes, ut plus accipiant à mulierculis.* Magno mugitu.) *Pudet me, quoties id uideo, & tamẽ uidemus:*

Mẽdicantes

Deſcriptio monachorū

*mus: imò irrumpūt in diuerſoria publica, obſtrepūt in medijs conuiuijs, nihil pudet ſacerdotes. Paulus manibus laborauit, Chriſtus uſus eſt liberalitate amicorum. Ego putarim magis conuenire, ut iſtis, ſi boni ſint, alia ratione ꝓuideretur. Et tamē his nugis.) Aperit peſtem ceremoniarū, quod his freti complures, contemnāt eos qui non eadē faciant, putantes in his eſſe pietatē, quæ Chriſtus & apoſtoli adeo nō tradiderunt, ut dehortentur etiā. Summa ueſte.) Habet hoc ordo Cluniacenſium, quorū magna pars ob diuitias corrupta fuit, etiā ætate Bernardi,*

Diſſentio monachorū

dius, quàm quod omnia faciunt ex præſcripto, quaſi mathematicis utentes rationibus, quas præterire piaculum ſit. Quot nodos habeat calceus, quo colore cingula ueſtis, quot diſcriminibus uarieganda, qua materia, quotq́; culmis latum cingulum, qua ſpecie, & quot modiorum capax cucullus, quot digitis latum capillitiū, quot dormiendum horas. Atq; hæc quidē æqualitas in tanta corporum & ingeniorū uarietate, quàm ſit inæqualis, quis non perſpicit? Et tamen his nugis non alios modo præ ſe nauci faciunt, uerū inuicem alij alios contemnunt, atque homines apoſtolicam charitatem profeſſi, ob aliter cinctam ueſtē, ob colorē paulo fuſciorem, omnia miris tragœdijs miſcent. Ex his uideas quoſdā adeo rigide religioſos, ut ſūma ueſte, non niſi Cilicina utantur, intima Mileſia, alios cōtra, qui ſuperne linei ſint, intime

intime lanei. Rurſum alíos q pecuniæ contactum ceu aco/nítum horreant, nec à uino ín terím, nec à mulierum conta/ctu temperantes. Deniq; mi/rum

*Bernardi, quod ex illius patet epiſtolis. Cilicinam autem ue/ſtem aſperrimam uocat, utpote quæ ex uillis caprarum fieri ſoleat apud Cilices, unde & nomen habet, quemadmodum Mileſiam ueſtem, p molliſſima poſuit. Sicut & Horatius in epiſtolis: Alter Mileti textam, cane peius & angue Vitabit chlamydem.* Cilicium

*Qui pecuniæ contactum.) Animo cõtemnenda eſt pecunia, quod ſi quid eſt in contactu pericu=li, certe plus eſt in contactu fœminæ, q̃ pecuniæ. At fœmi/narum contactũ non prohibet Franciſcus, ſed turpem amorem. Pecuniæ contactum cur tãtopere prohibuiſſet? Quod ſi diuus Franciſcus cũ ait, non recipiant, intelligi uult, nõ attingant, cur addidit, neq; per ſe, neq; p alios. Quis enim dicitur per alium aliquid attingere? Et quid ſi chirotheca contingant? Palàm eſt Franciſcum ſenſiſſe, quod uerba ſo/nant. Recipit dominus, cui ſoluitur pecunia. Recipiunt p/curatores, unde receptores dicti. Adminiſtrationem inter dixit pecuniæ, non contactum, ſed ad eum modũ interpre/tatus eſt pontifex, neſcio quis. Deum immortalem, etiam pontifice opus erat, ut intelligeremus rem uel pueris per/ſpicuam? Verum hiſce de rebus diſputẽt alij: mihi ſatis eſt illud optare, ut Chriſti regulam, hoc eſt, euangelicam do=ctrinam tanti faciamus omnes Chriſtiani, quanti faciũt regulam hominis.*

*Aconitum.) Aconitum herba eſt uene/noſa, quam Dioſcorides in quarto, inter frigidiſſimas nu/merat, quod in ſaxis creſcit, unde ut Plinius autor eſt, no/men habet.* Aconitu

t

rum om̃ibus ſtudiũ, ne quid in ratione uitæ cõueniat. Nec illud ſtudio eſt, ut Chriſto ſi/miles ſint, ſed ut inter ſe diſſi/miles. Porrò magna felicita/tis pars eſt in cognomentis, dum hi funigeros appellari ſe gaudẽt, & inter hos alij Cole/tas, alij minores, alij minimos alij bulliſtas. Rurſum hi Be/nedictinos, illi Bernardinos: hi Brigidenſes, illi Auguſtinẽ/ſes: hi Guilhelmitas, illi Iacobi/tas, quaſi uero parum ſit, dici Chriſtianos. Horum magna pars intantum ſuis nititur ce/remonijs, & hominum tradi/tiunculis, ut putet unum cœ/lum parum dignum eſſe tan/tis meritis præmiũ, haud cogi/tantes futurũ, ut Chriſtus cõ/temptis

*men habet. ἀκόνη enim cautes dicitur. Huius duas ſpecies Dioſcorides faciens & de altero loquens ait, κτείνει δὲ καὶ παρδάλεις, καὶ σῦς, καὶ λύκους, καὶ πᾶν θηρίον, κρεαδίοις ἐντιθέμενον, καὶ παραβαλλόμενον, id eſt Occidit aũt & par/dales, & ſues, lupos, & omnem beſtiam, carũculis impoſitũ, & proiectum.*

*Cognomina monachorũ*

*Hi funigeros.) Hæc ſunt portento/ſa nomina, Chriſtia/næ illi & unitati, & charitati inimica, quæ Paulus lõge an/te præuidẽs, tãtopẽ deteſtatᵘ eſt, nullas uolẽs factiões eſſe inter Chriſtianos. Vnde Corinthijs ſcribẽs ait,* παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς ἀδελφοὶ δι' αὐτῷ ὀνόματος τῷ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, καὶ μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα, ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοΐ, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώσει *.i. Hortor uos fratres p̃ idẽ nomẽ domini noſtri Ieſu Chriſti, ut idem dicatis oẽs, & nõ ſint in uobis ſciſſuræ,*

temptis his omnibus,ſuum illud ſit exacturus præceptũ, nempe charitatis. Alius oſtẽtabit aqualículum,omĩ piſciũ gene

*ſciſſuræ, ſitis autem perfecti in eadẽ mẽte, & in eadem ſcientia. Quanto affectu has factiones Chriſtianæ paci & unitati perniciosiſſimas deprecatur? Vnde idem indignatur,quod alij cognomen ſumerent Cephæ,alij Apollo,alij ſuum,hoc eſt,Pauli. Et uehemẽter ob id ſtomachans. Quid,inquit,diuiſus eſt Chriſtus? Quanto ergo minus huiuſmodi ſtultis cognomentis gloriandũ eſt? Idem cultus,aut certe liber,idem uictus,aut liber,idẽ Chriſti cognomen,multo magis facerent ad concordiam. Nũc uidemus ex his tot diſcriminibus, magnas ac periculoſas naſci diſcordias:de quibus quid attinet multa dicere, cum nemo neſciat.* Suum illud ſit exacturus.) *Nam Chriſtus in illa oratione,plena feruoris & charitatis,quam ultimã cum ſuis diſcipulis habuit,poſt multam charitatis cõmendationem ita demum præcepit,*αὐτὴ ἐστὶν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμὴ ἵνα ἀγαπῆτε ἀλλήλους,καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς,*id eſt,* Hoc demum mandatum meum eſt,ut diligatis uos mutuo quemadmodum dilexi uos. *Quorſum igitur tantæ homunculorum traditiunculæ,ad quas ſolum diſcendas uita non ſufficit,cũ ſine hac,charitatẽ dico, quã ſolã Chriſtus præcepit,nihil bene à quoq̃ fieri poſſit, & cũ hac nihil male?*

Aqualiculum.) ὑποκοριστικὸν *eſt,ab aqualus,quod aluum ſignificat.*Perſius Satyra prima:*Nugaris cũ tibi calue,Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extat. Quem diſtentum dixit,eo quod fratres iſti ferè piſcibus ueſcãtur, qui quandoquidem carnibus frigidiores ſunt,plus pingue*

genere diſtentum. Alius pſalmorum cētum effundet modios. Alius ieiuniorum myriadas annumerabit, & toties unico prandio penè diſruptā imputabit aluum. Alius tantum ceremoniarū aceruum proferet, quantū uix ſeptem onerarijs nauibus uehi poſſit. Alius gloriabitur ſexaginta annos nunꝙ attactam pecuniā, niſi digitis duplici chirotheca munitis. Alius cucullā igeret, adeo ſordidā & craſſam, ut nullus nauta ſuo dignet corpe. Cōmemorabit ali⁹ ſe pluſꝙ undecim luſtris ſpōgiæ uitam egiſſe, ſemper eidē affixum

*dinis, ꝙ medici pituitam congelatam eſſe aiunt, generant. Ad hæc diſtentum dixit, ne uideretur damnare, quod à carnibus abſtineant, quanquā ne id quidem magnopere probet Paulus, ſed quod tam multis & uarijs piſcibus ſe ingurgitent, ut nulli rei præterꝙ ſomno utiles ſint. Effundet modios.) Attende candide lector, nō hic damnari preces, quanꝙ ne Chriſtus quidem has uerboſas preces probauit, ſed modios pſalmorū, id eſt, certas & ſtatas preces, modijs enim menſuramus. Ieiuniorū myriadas.)* Myrias. *Myrias numerus eſt decem milium, ſed nec hic ieiunia damnauit, ſed illa numerata, & in quibus tātum uorant unico prandio, ut nec corpore, nec mente quicquàm poſſint. Quibus mirum, quàm glorientur, qui cultum diuinum magis externis & corporalibus quibuſdam obſeruatiunculis, ꝙ ſpiritu metiuntur. Pluſꝙ undecim luſtris) Nam tales ſunt nonnulli fratres, qui ſpongiarum, quæ ſaxis ſemper adhærent, ritu, nunꝙ locum mutent, ſomniantes pietatē*

affixũ loco: Alius raucam aſſiduo cantu uocem adducet: Alius lethargũ ſolitudine contractum, alius linguam iugi ſilentio torpentem. At Chriſtus interpellatis, nunq̃ alioqui finiendis glorijs, unde nã hoc, inquiet, nouum Iudæorum genus? Vnicam ego legem uere meam agnoſco, de qua ſola nihil audio. Et olim palàm nulloq́ parabolarum utens

*pietatem eſſe inanimata imitari, ſpongiam quoq́ eſſe animal, ſupra ex Ariſtotelis & Plinij ſententia probauimus. Nã ipſis detractis, ſæpe ſanguis ſaxis adhærere uidetur. Lethargum.) Lethargus apoſtema eſt in poſteriori uentriculo cerebri, ſomnum, obliuionem, & motus paucitatem inducẽs, quod oritur ex pituita craſſiſſima, præcipue in his, qui ſimul multum uorant, præcipue piſcium, & parum mouentur, ſimulq́ in ſolitudine & ocio degunt: quales ſunt fratres iſti, qui ſe ad perpetuos carceres damnarũt. Iugi ſilentio.) Nam certa ſua habent ſilentia. Hi fratres frigidis præcipue morbis ſunt obnoxij, quales ſunt apoplexia, paralyſis, tortura, lethargus, & ſpaſmus. Vnde multos tales uidi, qui linguam nam hæc cum primis humida eſt, paralyſi uitiatam, mouere non poſſent. Iudæorum genus.) Nam quemadmodũ Iudæi in circũciſione, ſabbatis, ieiunijs, & alijs id genus ceremonijs gloriabantur, quemadmodũ Paulus ſæpe eis exprobrat, cum ſpiritu uacarent, ita nonnulli Chriſtiani plus ceremonijs illis per ſe inanibus tribuunt, q̃ ſpiritui, cuius nunq̃ ſcintillam ſenſerunt, quos tanq̃ nihil à Iudæis re differentes, nouum Iudæorum genus ſtulticia, ſed haudquaq̃*

**Lethargus.**

utens inuolucro, paternã hæreditatem pollicitus ſum, non cucullis, preculis, aut inedijs, ſed charitatis officijs. Nec eos agnoſco, qui ſua facta nimis agnoſcunt, iſti qui me quoq; ſanctiores uideri uolunt, Abraxaſiorũ cœlos, ſi libet, occupẽt, aut ab his ſibi nouum extrui cœlũ iubeãt, quorũ traditiũculas meis p̃ceptis antepoſuerũt. Cũ hæc audient, & uidebunt nautas & aurigas ſibi præferri

*ſtulte, uocat. Nec eos agnoſco.) Alluſit ad illũ locũ euangelicũ, qui eſt apud Matthæum, ubi iuſti illi, quorũ opa Chriſtus tãtopere exoſculatus fuit, ſua opera ignorant. Sic enim aiunt, κύριε πότε εἴδομεν πεινῶντα, καὶ ἐθρέψαμεν; id eſt, Domine, quando uidimus eſuriẽtem, & nutriuimus? &c. Mali contra, ſua bona agnoſcunt, & iactant, dicentes. Domine, quando uidimus eſurientem, & nõ nutriuimus? Sed horum opera Chriſtus non agnouit. Similis eſt illa parabola publicani & phariſæi, ſua ieiunia & preculas iactantis, & quaſi deo opprobrãtis. Abraxaſiorũ cœlos) Baſilides hæreticus trecẽtos ſexaginta qnq; fabricatꝰ eſt cœlos, ut autor eſt diuus Auguſtinus in libro ad Quoduuldeũ. Inde myſticum illud nomen ſuis diſcipulis commendauit ἄβραξας. Nam his literis iuxta Græcam ſupputationem hic numerus ſignificatur. α & β ſignificãt unum & duo ρ & α centum & unum, ξ & α ducenta & unum, σ, quæ ſeptima eſt in hac dictione litera, ſignificat ſexaginta. In ſumma reddentur trecenta ſexaginta quinque. De hoc plura uide in ſcholijs Eraſmi, in Hieronymi epiſtolas.*

Niſi

præferri, quibus putatis uultibus ſeſe mutuo contuebuntur? Sed interim ſpe ſua felices ſunt non abſque meo beneficio. Atque hos quidem, quanquàm à republica ſemotos, nemo tamen audet contemnere, præcipue mendicãtes, propterea quod omnia omnium arcana teneant, ex confeſſionibus quas uocant. Quæ tamẽ prodere nefas habent, niſi ſi quando poti, fabulis amœnioribus delectare ſe uolunt, ſed coniecturis modo rem indicant, tacitis interim nominib⁹. Quod ſi quis hos crabrones irritarit, tum in popularibus concionibus probe ulciſcuntur ſeſe, & obliquis dictis hoſtem notant, adeo tecte, ut nemo non intelligat, niſi qui nihil intelligit. Nec prius oblatrandi finem faciunt

*Niſi ſi quãdo poti.)* Hæc nihil ad bonos monachos pertinent. Mali putent ſe admonitos, quid debeant corrigere. Audiuimus enim ſæpenumero narrantes, quicquid audiuerint à confitentibus, idq́; nõ ad ædificationẽ, ſed ridẽdi cauſa. Nominant urbem, nominant collegium, deníque domum, hominem quoque ſi defũctus ſit, quaſi ſatis ſit, ſi uiuum nominatim non prodant. Multa poſſent hoc loco referri de malis, quæ malo ob bonorum honorem reticere. *Hos crabrones irritarit.)* Crabro inſecti genus pertinaciſſimum, aculeoq́; peſtilentiſſimo: cuius ictũ Plinius libro undecimo, dicit haud temere ſine febri eſſe. Crabro.

faciunt, quàm in os offam ob ieceris. Age uero quem tu mihi comœdum, quem circulatorē ſpectare malis, quàm iſtos in concionibus ſuis rhetoricantes omnino ridicule, ſed tamen ſuauiſſime imitantes ea quæ rhetores de dicendi ratione tradiderunt? Deū immortalem, ut geſticulātur, ut apte commutant uocem, ut cantillant, ut iactant ſeſe, ut ſubinde alios atque alios uultus induunt, ut omnia clamoribus miſcent. Atque hāc orandi artem ceu rem arcanā fraterculus fraterculo per manus tradit: eam tametſi mihi non eſt fas ſcire, tamen utcunque coniecturis ſequar. Primo loco inuocant id quod à poëtis mutuo ſumpſerunt: deinde dicturi de charitate, à Nilo Aegypti fluuio ſumunt

*Vnde prouerbio dictum eſt, τὰς σφυκῖὰς ἐρεθίζειν, id eſt, Crabrones irritare in pertinaces & rixoſos, quo Plautus in Amphytriōe uſus eſt in mulieres. In os offam.) Sic apud Maronē Aeneas Cerbero oblatranti offam obijcit, quo ſileat. Comœdum.) Comœdus dicitur q agit, comicus uero qui ſcribit comœdias. Per manus tradit.) per ſucceſſionem, prouerbiali dictum figura. Mihi non eſt fas) Mihi refertur ad perſonā Moriæ, quod nolint mulierem ſcire literas aut diſciplinas.*

Proœmium.

*A Nilo Aegypti.) id eſt, à re alieniſſima. In his autem mira quadam ὑποτυπώσει depingit illorū τὸ κακόζηλον, ut Græci uocāt. i. peruerſam imitationem. Nihil enim odioſius, ꝙ ars male affectata.*

ſumũt exordium, aut crucis myſteriũ enarraturi, à Babylonio dracone Bel feliciter auſpicantur: aut de ieiunio diſputaturi, à duodecim zodiaci ſignis principium faciunt: aut de fide uerba facturi, diu de quadratura circuli prælo quũtur. Audiui ipſa quẽdam eximie ſtultum, erraui, doctũ uolebam

*ſtata.* A *Babylonio dracone* Bel.) *Hæc fabula de* Bel *dracone inſerta eſt ſcriptis* Danielis *à* Theodotione, *ut nõ nulli putant: nam in* Hebræo *non habetur, quẽadmodũ nec* Suſannæ *hiſtoria, nec hymnꝰ triũ puerorũ, quæ omnia obeliſcis antepoſitis, diuus* Hieronymus *iugulauit tanquam adulterina.* A *duodecim zodiaci.*) Solem *enim aiunt in ieiunio arietem primũ zodiaci ſignũ ingredi, eoq́; tunc omnia magis humeſcere & caleſcere, craſſosq́; humores corporum, qui in hyeme propter cœli frigiditatem reſolui non poterant, tunc reſolui incipere, atq; idcirco paucis tunc egere corpora nutrimentis, eoq́; bene inſtitutum eſſe ab eccleſia ieiunium uerno tempore.* Hacq́; *occaſione mira de zodiaco, eiusq́; ſignis blaterant, quo indoctæ plebeculæ docti uideantur.* De *quadratura circuli.*) Ariſtoteles ἐν κατηγορίαις περὶ τῶν πρός τι *ſcriptum reliquit,* ἐπιστήμης δὲ μὴ οὔσης, οὐδὲν κωλύει ἐπιστητὸν εἶναι, οἷον καὶ ὁ τοῦ κύκλου τετραγωνισμός, εἴγε ἔστιν ἐπιστητὸν, ἐπιστήμη μὲν αὐτοῦ οὐκ ἔστιν οὐδέπω, αὐτὸς δὲ ἐπιστητόν ἐστι, *id eſt,* Scientia *autẽ non exiſtente, nihil prohibet ſcibile eſſe, ut circuli quadratura, & ſi ſcibile ſit, ſcientia tamẽ ipſius nondum eſt, ipſa autẽ ſcibile eſt.* Hac *igitur occaſione, ut* Ariſtotele *plus ſcire*

*Ridicula fabula de theologo quodam.*

*uideãtur, & Sophiſtæ in ſuis ſcholis, & in cõcionibus ſuis fratres de quadratura circuli multa garriũt. Triadis.) Τριάς Græco uocabulo dixit: nam trinitas, quo uulgus utitur, non ſatis eſt Latinum. Theologicis.) Iocus eſt, tacite enĩ ſignificat, theologos malle audire has ſubtiles nugas fabellaſq;, quàm euangelium, aut Paulinas epiſtolas. Nemo mathematicorũ.) Nam his mos eſt, figuras ſuas in puluere depingere. θεολογώτατος) Suplatiuus eſt Græcus ab hoc poſitiuo theologus. Magis cæcutiat quàm talpæ.) Græcis enim prouerbium eſt, ἀσπάλακος τυφλώτερος, id eſt, talpa cæcior, in uehementer luſcioſum. Iocatur autem in aliquẽ theologum ſibi notum,*

uolebam dicere, qui in cõcione celeberrima diuinæ triadis myſterium explicaturus, quo & doctrinam ſuam nõ uulgarem oſtẽtaret, & theologicis ſatisfaceret auribꝰ, noua prorſus ingreſſus eſt uia, nimirũ à literis, ſyllabis, & oratione, tum à concordia nominis & uerbi, adiectiui nominis & ſubſtantiui, mirantibus iam pleriſq;, ac nonnullis Horatianum illud apud ſe muſſitantibus: Quorſum hæc tam putida tendunt? Tandẽ huc rem deduxit, ut in grãmaticorũ rudimẽtis ſic expreſſum oſtẽderet totius triadis ſimulacrũ, ut nemo mathematicorũ in puluere poſſet euidentius depingere. Atque in hac oratione θεολογώτατος ille totos octo menſes ita deſudarat, ut hodie quoque magis cæcutiat quàm talpæ, nimirũ tota

tota luminum acie ad ingenij cuſpidē auocata. Verū haud pœnitet hominem cæcitatis, ac paruo quoq; putat emptā eam gloriam. Auditus eſt à nobis alius quidam octogenarius, adeo theologus, ut in hoc Scotum ipſum renatum putes. Is explicaturus myſterium nominis Ieſu, mira ſubtilitate demonſtrauit in ipſis literis latêre, quicquid de illo dici poſſit. Etenim quod tribus duntaxat inflectitur caſibus, id manifeſtum eſſe ſimulacrum diuini ternionis. Deinde quod prima uox Ieſus deſinat in s, ſecūda Ieſum in m, tertia Ieſu in u, in hoc ἄῤῥητον ſubeſſe myſteriū: nempe tribus literulis indicantibus eum eſſe ſummū, medium, & ultimum. Reſtabat myſterium his quoq; retruſius, mathematica

*Alia fabula non minus amœna.*

*notum, & forte luſcioſum.* Tota lu*minum acie.*) Acies *ad animā refertur, cuſpis autem non dicitur niſi de re corporea, data autem opera hic uertit.* ἄῤῥητον.) Id *eſt, arcanū & ineffabile, feſtiuiter huius deliri fratris ineptias ridet, qui uocem* He*braicam, quod uel te*ſte Hieronymo, *ineptiſſimum eſt, in alienā linguam traxerit.* Siquidē ישע *Ieſcha*, Hebraica *uox eſt, id ſignificans qd'* Græce σωτηρία, & Latine *ſalus, cui paſſim apud* Hebræos *interponitur* ו *cum* ה *in fine, ut ibi,* ליהוה הישועה, *id eſt, domini eſt ſalus, quod alio ſequente mutatur in* ת, *ut* עיני כלו לישועתך *id eſt,* O*culi mei defecerunt in ſalutari tuo.* Ab ישע *aūt* ישוע *dicunt noſtri, ſaluatoris nomen dictum eſſe.* Sunt

tamen

thematica ratione, Ieſus ſic in duas æquales diffidit portiones, ut ſcilicet penthemimeres in medio reſideret. Deinde docuit eam literam apud Hebræos eſſe ש, quam illi Syn appellent, porrò ſyn Scotorum opinor lingua, peccatum ſonat: atque hinc palàm declarari, Ieſum eſſe qui peccata tolleret mundi. Hoc tam nouū exordium ſic inhiantes admirati ſunt oēs, præcipue theologi, ut parum abfuerit quin illis acciderit, quod olim Niobæ, cū mihi propemodū

*tamen qui dictū putent à* יש *uerbo ſubſtātiuo.* Pēthemimeres.) πέντε *quinq; ſunt,* ἥμις *dimidiū,* μέρος *pars, unde* πενθημιμερὲς *dimidiū quinq; dicitur.* Quemadmodū *etiam* Terentianus *ait:* Hoc πενθημιμερὲς *medium de quinq; uocatur.* Si*cut igitur grammaticis pēthemimeres uocatur, quādo poſt duos primos pedes relinquitur ſyllaba dictionē terminans: nam duo cum ſemis dimidiū faciunt quinq;, ſic ſyn in medio penthemimeris poſitum erat à fratre, ut ſi diuideretur, utrunq; eius dimidium cum reliquis duabus literis ſumptum, penthemimeres faceret.*

Niobe. Niobæ.) *Hæc cum pulcherrimos permultosq; liberos haberet, eosq; cerneret ab* Apolline *&* Diana *ſagittis confoſſos, nimio dolore obſtupuit diriguitq;.* Vnde *à poëtis fingitur uerſa in ſaxum.* De *qua* Ouidius *trāsformatorū libro ſexto:* Exanimes *inter natos natasq; uirumq;* Diriguitq; *malis, nullos mouet aura capillos.* In *uultu color eſt ſine ſanguine, lumina mœſtis* Stant *immota genis, nihil eſt in imagine uiuū.* Græci *maxima & intoleranda*

propemodũ euenerit, quod ficulno illi Priapo, q magno ſuo malo, Canidiæ Saganæq́; nocturna ſacra ſpectauit. Nec iniuria profecto: nam quando ſimilem ἔφοδον com mẽtus eſt Demoſthenes ille Graius, aut Cicero Latinus? Illis uitioſum habebatur proœmiũ, qđ à re foret alienius: quaſi uero non ad iſtũ modũ exordiantur & ſubulci, natura uidelicet magiſtra. At hi docti præambulũ ſuũ, ſic eñ uocant,

*lerãda mala, νιόβης πάθη, id eſt, Niobes paſſiões uocant.*

*Ficulno illi Pria po.) Significat ſe adeo riſiſſe, cũ ſtulti theologi præ admiratione ſtuperẽt, ut propemodũ crepitum uentris faceret. Alluſit enim ad Priapũ illum ficulnum, qui ut Horatius in ea Satyra, quæ incipit, Olim truncus eram ficulnus inutile lignum, dicit, cum Canidiæ & Saganæ magica & nocturna ſacra, quibus furias Hecaten & animas mortuorum euocabant, ſpectaret, præ timore magnũ bonumq́; crepitum uentris emiſit, quo anicule territæ, relictis dentibus & caliendro, è ueſtigio aufugerunt. Vnde ſic ait: Et ut non teſtis inultus Horruerim uoces furiarũ, & fata duarum. Nam diſploſa ſonat, quantum ueſica pepedi. Diffiſa nate ficus, at illæ currere in urbem. Canidiæ dentes, altum Saganæ caliendrum Excidere, atq; herbas, atq; incantata lacertis Vincula cum magno riſuq; iocoq; uideres. ἔφοδον.) Id eſt, inſinuationem, quæ eſt oratio quadam diſſimulatione & circuitione, obſcure ſubiens auditoris animũ, ut ſcribitur in Rhetorica ad Herennium. Hac Quintilianus in libro quarto* ἔφοδον.

*utendum*

uocant, ita demũ eximie rhetoricum fore ducunt, ſi nuſꝙ quicquã habeat cum reliquo argumento confine, ut auditor interim admirans, illud ſecum murmuret, quò nunc ſe proripit ille? Tertio loco *Narratio.* ceu narrationis uice nõnihil ex euãgelio, ſed curſim ac ue lut obiter, interpretãtur, cum id ſolum fuerit agendum. Quarto loco iam noua ſum *Argumentatio.* pta perſona, quæſtionẽ mouent theologalem, aliquoties οὔτε γῆς, οὔτε οὐρανοῦ ἁπτομένην, atq; id quoque ad artem arbi trantur pertinere. Hic demũ theologicum attollunt ſupercilium, doctores ſolennes, do ctores ſubtiles, doctores ſub tiliſſimos, doctores ſeraphicos, magnifica nomina auribus inculcantes. Tum ſyllogiſmos, maiores, minores, cõ cluſiones, corollaria, ſuppoſitiones frigidiſſimas, ac pluſꝙ ſcholaſticas nugas apud imperitũ uulgus iactitant. Supereſt iam quintus *Concluſio.* actus, in quo ſummũ artificem præſtare conue nit.

*utendum eſſe ait in cauſa admirabili & turpi.* Quò nunc *ſe pripit ille?)* Ver*gilianũ eſt hemiſtichium.* Theologa*lem.)* μιμητικῶς *legendum riſus cau ſa.* Sic *enĩ illi ſolent uocare uerbo nõ admodum* Latino. οὔτε γῆς, οὔτε οὐρανοῦ ἁπτομένην) Id *eſt, neq; terram, neq; cœlũ attingentem.* Prouerbiũ *eſt apud* Lucianũ *de re uehemẽter aliena à propoſito.* Iam *quintus actus.)* Al*luſit ad hoc, qđ comœdia quinq; conſtat actibus.* Et M. Tulli⁹ *dicit in extre mo actu poëtã opor tere eſſe optimum.* Et *candẽ*

nit. Hic mihi ſtultam aliquã & indoctam fabulã, ex Speculo opinor hiſtoriali, in medium adferunt, & eandẽ interpretantur. Atque ad hunc quidẽ modum Chimæram ſuã abſoluũt, qualem nec Horatius unq̃ aſſequi potuit cũ ſcriberet, Humano capiti &c. Sed audierunt à neſcio quibus, ingreſſum orationis ſedatum, minimeq́ clamoſum eſſe oportere: Itaq; principio ſic exordiũtur, ut nec ipſi uocem propriã exaudiãt, quaſi referat dici, qđ nullus intelligat. Audierunt nõnunq̃ ad cõcitandos affectus, exclamationibus utẽdũ eſſe. Proinde preſſe alioqui loquẽtes, ſubin de

*Et eandẽ interpretantur.)* Allegorias *in uetus teſtamentũ nõ ferremus, niſi neceſſitas nos cogeret.* At *quis feret ſomnium ocioſi nebulonis, & rurſum alio ſomnio ſomniũ explicatum?* At *quidam hæc religioſius penè legunt, quàm euangelium.* Chi*maeram ſuã.)* Hoc *eſt, ſermonem portentoſum ex partibus multo diuerſiſſimis, tanquam monſtrum conſtantem.* Chi*mæram* Iliados ζ. Homerus *ſic deſcribit,* Ἡ δ' ἄρ' ἔην θεῖον γένος, οὐδ' ἀνθρώπων. πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα, Δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο, *id eſt,* H*æc igitur erat diuinũ genus, non humanũ.* Ante *leo, retro autem draco, media autem chimæra, grauem efflans ignis uim ardentis.* Verſus Homeri Lucretius *ſic imitatus eſt:* Prima *leo, poſtrema draco, media ipſa chimæra.*

Pronũciatio

Chimæra.

H*umano capiti,)* Sic *orditur artem poëticam, reprehendens*

de repente uocem tollunt, furioſo planè clamore, etiam cū nihil opus. Iures elleboro homini opus eſſe, perinde quaſi nihil referat, ubi clames. Præterea quoniā audierūt oportere ſermonem in progreſſu ferueſcere, in ſingulis partib⁹ principijs utcunq; ſanè recitatis, mox mira uocis cōtentione utuntur, etiā ſi res ſit frigidiſſima, atque ita deniq; deſinunt, ut ſpiritu defectos credas. Poſtremo didicerunt, apud rhetores de riſu fieri mentionē, eoq; ſtudēt & ipſi iocos quoſdam aſpergere, ὦ φίλη ἀφροδίτη, ꝗ̄ plenos gratiarū, quámq; in loco, ut planè ὄνον πρὸς τὴν λύραν eſſe dicas. Mordēt quoq; nōnunꝗ̄ ſed ita, ut titillēt magis quàm uulnerēt. Nec unꝗ̄ ueri⁹ adulantur, quàm cū maxime παῤῥησιάζεσθαι uideri ſtudent. Deniq; tota actio eſt eiuſmodi, ut iures

*hendens inæqualitatem argumenti.*

*Elleboro opus eſſe) Hoc eſt inſanire. Quandoquidē elleboro purgatur atra bilis, ut ſupra diximus.*

*De riſu fieri.) De riſu mouendo multa fit mentio apud Fabiū libro ſexto.*

*ὦ φίλη ἀφροδίτη.) Id eſt, ô amica Venus, ut uiri dicunt ἡράκλεις, cum admirantur aut abominantur, ita fœminæ dicunt, ὦ φίλη ἀφροδίτη.*

*Feſtiuitas.*

*ὄνον πρὸς τὴν λύραν.) Id eſt, Aſinū adhibitū lyræ. Prouerbiū eſt, quo ſignificant hominē minime idoneū ad rē gerēdam.*

*παῤῥησιάζεσθαι) Id eſt, libere loqui. Inde παῤῥησία, libertas in admonēdo, aut alioqui loquendi, cōtraria aſſentatiōi. Quod dicit, uero ueri⁹ eſt. Clamāt*

*in mulierculas;*

ut iures eos à fori circulatoribus didiciſſe, à quibus longe uincuntur. Quanq̃ utriq; alteris uſq; adeo ſunt ſimiles, ut nemo dubitet quin aut hi ab illis, aut illi ab his rhetoricen ſuam didicerint. Et tamen inueniunt hi quoq; mea nimirum opera, qui cum hos audiunt, Demoſthenes meros, ac Cicerones audire ſe putãt. Quod genus ſunt præcipue mercatores ac mulierculæ: quorum auribus unice placere ſtudent, quod illi nonnullã prædæ portiunculã de rebus male partis ſoleant impertiri, ſi commode fuerint palpati. Illæ cum alijs multis de cauſis huic ordini fauent, tum præcipue, quod in horum ſinus ſoleant effundere, ſi quid in maritos ſtomachantur. Videtis opinor, quantopere mihi debeat hoc hominũ genus, cũ ceremoniolis, & nugis deridiculis, clamoribusq; tyrãnidem quandam inter mortales exerceant, & Paulos atq;

Antonios

*in mulierculas, quod trahãt caudas, quod nimium niteant, & forma ſollicitent uiros, quod gẽmis & auro fulgeant, quod uiris imperent.* Atq; *hæc narrant, ut illæ gaudeãt.* Fori circulatoribus.) Iuxta *morem* Italiæ *dixit: nam illic in foro poſita menſa, conſcendunt nebulones herbarij, aut præſtigiatores, aut aliud quippiam ſimile profitẽtes, & oratione populum illiciũt. Quorum pronũciatio nõ alia eſt q̃ concionatorum, niſi quod illos uincant.* Si *quid in maritos.)* Eſt *enim querulum mulierum genus.* Ad *hos igitur deferunt, quicquid maritus domi delirat.*

*Mulieres & mercatores.*

*u* Simpli-

*Simpliciſſime co lor.) hoc eſt aperte, & ſine fuco, nõ quẽ admodum à monachis. Eum qui rerum gubernacula.) Vt ludens tamen ita principis officiũ cõplexus eſt, ut nõ Ariſtoteles melius in ſuis Politicis. Nec latum digitum.) id eſt, ne minimum quidem ſpacium. Sermo eſt prouerbialis.*

*Cometa.) id eſt, ſtella*

*De principũ ſtulticia*

Antonios ſeſe credant. Verũ ego iſtos hiſtriones tã ingratos beneficiorum meorũ diſſimulatores, quàm improbos ſimulatores pietatis, libenter relinquo. Iamdudũ enim iuuat de regibus ac principib⁹ aulicis à quibus ſimpliciſſime color, &, ut dignum eſt, ingenuis ingenue nonnihil attingere. Qui quidẽ ſi uel ſemunciã ſani cordis haberent, quid eſſet horum uita triſtius, aut æque fugiendum? Neq; em̃ exiſtimabit uel periurio parricidióq; parandum imperiũ, quiſquis ſecum perpenderit, quàm ingens onus ſuſtineat humeris, qui uere principem agere uelit: Eũ qui rerum gubernacula ſuſceperit, publicum nõ priuatum negocium gerere, nihil niſi de cõmodis publicis oportere cogitare: à legibus, quarũ ipſe & autor & exactor eſt, nec latum digitũ diſcedere: officialiũ omnium & magiſtratuũ integritatem ſibi præſtandã eſſe: ſeſe eſſe unũ omniũ oculis expoſitum, qui uel ceu ſydus ſalutare, morum innocentia, maximam rebus humanis ſalutẽ poſſit adferre, uel ueluti cometa letalis, ſummam perniciem inuehere. Aliorum uitia neque

*Forma boni principis.*

perinde

perinde ſentiri, neq; tam late manare. Principem eo loco eſſe, ut ſi quid uel leuiter ab honeſto deflexerit, grauis ꝓtinus ad q̃plurimos homines uitæ peſtis ſerpat. Tum quod multa ſecum adferat principum fortuna, quæ ſoleant à recto deducere, quod genus, delitiæ, libertas, adulatio, luxus, hoc acrius enitendum, ac ſollicitius aduigilandum, nec ubi uel deceptus ceſſet in officio. Poſtremo ut inſidias, odia, cæteraq; uel pericula, uel metus omittam, capiti imminere uerum illum regem, qui paulo poſt ab eo ſit etiam de minimo quoq; cõmiſſo rationem exacturus, idq; tanto ſeuerius, quanto præſtantius geſſit imperium. Hæc, inquam, atq; huiuſmodi plurima, ſi princeps ſecum perpẽderet, perpenderet autem ſi ſaperet, is nec ſomnũ, nec cibum opinor iucũde capere poſſet. At nũc meo munere, has omneis curas dijs permittũt, ipſi ſeſe molliter curant, neq; quenquam ad aurẽ admittunt, niſi qui iucunda loqui norit, ne quid animo ſollicitudinis oboriatur. Se probe princi-

*ſtella crinita, quæ ferè magnum humano generi portendit malum, ſi quando apparuerit. dicitur autẽ* κομήτης *Græco uocabulo, quod* ἀυτοῦ τὸ κάτω λεπτότατον, τὸ δ' ἄνω ἥπλωται, ὡς ἐπὶ κόμης, *hoc eſt, quod ipſius inferior pars tenuiſſima ſit ſuperior autem paſſa, ſicut in coma.* Quod genus) *pro eo quod* Græci *dicũt* οἷον *exemplũ additur.* Dijs permittunt.) Prouerbialiter dictum. Horatius,

*Studia malorum principum.*

pis partes omneis impleſſe credunt, ſi uenentur aſſidue, ſi bellos alant caballos, ſi ſuo commodo uendiderint magiſtratus ac præfecturas, ſi quotidie nouæ rationes excogitentur, quibus ciuium opes attenuent, & in ſuum conuerrant fiſcum, uerum id appoſite repertis titulis, ut etiam ſi ſit iniquiſſimum, aliquam tamen æquitatis ſpeciem præ ſe ferat. Addunt data opera nonnihil adulationis, quo populares animos, utcunq; ſibi deuinciant. Fingite mihi nunc, quales ſunt nonnunq, hominem legum ignarum, publicorum cõmodorũ pené hoſtem, priuatis intentũ cõmoditatibus, addictũ uoluptatib[9], oſorẽ eruditiõis oſorẽ libertatis ac ueri, nihil minus q̃ de reip. ſalute cogitantẽ, ſed omnia ſua libidine, ſuisq; utilitatibus metientem. Deinde addite huic torquẽ auream, omnium uirtutum cohærentium cõſenſum indicantem, tum coronam gemmis inſignitam, quæ quidẽ admoneat eum heroicis omnibus uirtutibus oportere cæteris antecellere. Præterea ſceptrum, iuſtitiæ & undecũq; incorrupti pectoris ſymbolum. Poſtremo purpuram eximiæ cuiuſdam in remp. charitatis indiciũ. Hæc geſtamina

*ratius, Permitte diuis cætera. In ſuũ cõuerrant.) Pleriq; deprauant, pro conuerrant per geminũ r, conuertant per t. Eſt autem conuerrere, in unum uerrere, ſic ut nihil relinquas Fiſcum dixit, nam fiſcus ꝓprie eſt principis, quemadmodũ ærarium eſt reipublicæ.*

*Cultus principum.*

geſtamina ſi princeps cũ ſua uita conferret, equidem futurum arbitror, ut planè pudeſcat ornatus ſui, uereaturq́ʒ, ne quis naſutus interpres, totum hunc tragicum cultum, in riſum, iocumq́ʒ uertat. Iam quid de proceribus aulicis cõmemorem? quibus cum nihil ſit addictius, ſeruilius, inſulſius, abiectius, tamen omniũ rerum primos ſeſe uideri uolunt. Hac una in re tamen modeſtiſſimi, quod cõtenti, aurum, gemmas, purpuram, reliquáqʒ uirtutum ac ſapientiæ inſignia corpore circũferre, rerum ipſarum ſtudium omne cõcedunt aliis. Hoc abunde felices ſibi uidentur, quod regem herũ uocare liceat, quod tribus uerbis ſalutare didicerint, quod norint ciuiles titulos ſubinde inculcare, ſerenitatem, dominationem, & magnificentiã. Quod egregie perfricuerint faciem, quod feſtiuiter adulentur. Nã hæ ſunt artes, quæ uere nobilem & aulicũ deceant. Cæterũ ſi uitæ rationem omnem propius inſpicias, nimirũ meros Phæacas inuenies, ſponſos Penelopes, reliquum

Proceres aulici.

*blicæ. Meros Phæacas.) Phæacum rex erat Alcinous apud hos ueluti ſtupidos, prodigioſa quædã mẽtitur Vlyſſes Homeric⁹. Spõſos Penelopes.) Nã hos Homerus nulli rei præterq̃ epulis, choreis, cantilenis, & Veneri ſtuduiſſe dixit. Vnde de procis loquens ait,* Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο Μνηστῆρες τοῖσιν μὲν ἐνὶ φρεσὶν ἄλλα μέμηλε μολπή τ' ὀρχηστύς τε, τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός, *id ẽ, Cæ*

reliquum carmen agnoſcitis, quod Echo uobis melius referet ꝙ ego. Dormitur in medios dies, ibi ſacrificulus mercēnarius ad lectum paratus, qui propemodū cubantibus adhuc ſacrum expedite peragat. Mox ad ientaculū, quo uix peracto, iam interpellat prandiū. Sub id alea, laterunculi, ſortes, ſcurræ, moriones, ſcorta, luſus, inficetiæ. Interim una aut altera merenda. Rurſum cœna, poſt hanc repotia, nō una ꝑ Ioue. Atꝗ ad hūc modum, citra ullum uitæ tædium elabuntur horæ, dies, menſes, anni, ſecula. Ipſa non nunquàm ſaginatior abeo, ſi quando uiderim illos μεγαλοϛοῦντας, dum inter nymphas unaquæꝗ hoc ſibi uidetur dijs ꝓpior, quo caudam longiorem trahit, dum procerum alius aliū cubito protrudit, quo

*terū ubi potu ciboq́; ſatiati fuerunt proci, his quidem animo alia curæ fuerūt, cātus, ſaltatióque, hæc enim ſunt additamēta conuiuij. Reliquum carmen.) Sequitur enī apud Horatium. Poſt ſponſi Penelopes, nebulones Alcinoiq́;. Q. d' Echo.) Nam huius eſt extrema ſonare.*

Repotia.

*Repotia.) A repotando dicta ſic olim uocabant, uelut iteratas nuptias, quæ colebantur aliquot diebus à ſponſa tradita. Quod hic intelligi uult, uulgo uocant banKetam.*

*Non una.) multitudinis numero.*

*Μεγαλοϛοῶντας.) id eſt, oſtentantes ſeſe. Vtitur hoc uerbo Lucianus, de dijs loquens, quod faſtu quodam uiuant. Dictum eſt à μεγάλου magnum,*

&

dit quo Ioui uicinior eſſe ui deatur, dum ſibi quiſq; hoc magis placet, quo grauiorem catenã collo baiulat, ut robur etiam, non opes tãtum oſten tent. Ac principum quidẽ in ſtitutum, ſummi pontifices, cardinales, & epiſcopi, iã pri dem gnauiter æmulantur, ac propè ſuperant. Porrò ſi quis perpendat, quid linea ueſtis admoneat, niueo candore in ſignis, nempe uitam undiqua que inculpatam. Quid ſibi ue lit mitra bicornis, utrunq; fa/ ſtigium eodẽ cohibente no/ do, puta noui pariter ac uete/ ris inſtrumẽti abſolutã ſcien= tiam. Quid manus chirothe/ cis communitæ, puram & ab omni rerum humanarum cõ tagio immunem ſacramento rum adminiſtrationẽ. Quid pedum, nimirum crediti gre gis uigilantiſſimam curam. Quid prælata crux, uidelicet omniũ humanorũ affectuũ uictoriam. Hæc, inquam, atq; id genus multa, ſiquis perpen dat, nón

*& ῥῆσις oratio, qđ oĩa magna loquãtur nihil plebeium.* Gal/ *li quoq; uulgo uo/ cãt, la grande gorre.* Quo Ioui.) Iouẽ uo *cat principẽ.* Ac pri *cipũ qdem.)* Quẽad *modũ ſuperiꝰ nõ læ/ ſit bonos principes, ſed docuit quales ſint mali, & tamen nihil de turpibus fa/ ctis procerum locu/ tus eſt, ſed cõmunia quædam & ridicu/ la, mira moderatiõe recenſuit.* Ita *nũc no tat malos & indi/ gnos epiſcopos, quo/ rum utinam minor eſſet nũerus.* Epi *ſcopi.)* ἐπισκοπεῖν *eſt inſpicere, & cu/ ram agere, proſpice/ req; de neceſſarijs, &* ἐπίσκοπος, *id eſt, inſpector & cu/ rator.* Vnde ut Sui/ das ait

De epiſcopis.

Epiſcopus.

dat, nónne triſtem ac ſollicitã uitam egerit? At nunc belle faciunt, cum ſeſe paſcunt. Cæterum ouium curam aut ipſi Chriſto mandant, aut in fratres, quos uocant, ac uicarios reÿciunt. Neq; uel nominis ſui recordãtur, quid ſonet epiſcopi uocabulum, nempe laborem, curam, ſollicitudinẽ. Verũ in irretiendis pecunÿs, planè epiſcopos agunt οὐδ᾽ ἀλαοσκοπιήν. Ad eundem modum cardinales ſi cogitent ſeſe in apoſtolorum locum ſucceſſiſſe, eadem ab ipſis requiri, quæ illi præſtiterunt. Deinde non dominos eſſe, ſed miniſtratores ſpiritalium dotium, de quibus omĩbus ſint paulo poſt exactiſſime redditurí rationem. Imò ſi uel in cultu pauliſper philoſophentur, atq; ita ſecũ cogitẽt, qd ſibi uult hic ueſtitꝰ cãdor? Nõne ſũmã & eximiã uitæ innocẽtiã? Quid ĩterior purpura? Nõne flagrãtiſſimũ in deum amorẽ?

*das ait,* οἱ παρ᾽ ἀθηναίων εἰς τὰς ἐπηκόους πόλεις, ἐπισκέψασθαι τὰ παρ᾽ ἑκάστοις, πεμπόμενοι ἐπίσκοποι καὶ φύλακες ἐκαλοῦντο, οὓς λάκωνες ἁρμοστὰς ἔλεγον, *id eſt, Qui ab Atheniẽſibus in ſubiectas ciuitates, ad inſpiciendum ea quæ à ſingulis agerentur, mitterentur, epiſcopi & cuſtodes uocabãtur, quos Lacones* ἁρμοστὰς, *id ẽ, cõgrue gubernantes uocabant.*

*Cardinales.*

οὐδ᾽ ἀλαοσκοπιὴν) *id eſt, Neq; cæca ſpeculatio. Hemiſtichiũ ẽ Homericũ* λάειν *Græcis eſt uidere, unde* κατὰ στέρησιν ἀλαὸς *cæcus dicitũ. Suidas citat Homericũ illud hemiſtichiũ* οὐδ᾽ ἀλαοσκοπιὴν εἶχε. *i. nõ cæcã ſpeculationẽ habuit, quod ait puer-*

amorē? Quid rurſus exterior,
ſinuoſa capacitate diffluēs, ac
totā etiā reuerēdiſſimi cōple
ctens mulam, quanq̃ una uel
camelo contegendo ſuffece-
rit? Nónne charitatem latiſſi
me ſeſe pandentem ad ſubue
niendū omnibus, hoc eſt, ad
docendū, exhortandum, con
ſolandum, increpandum, ad-
monendum, cōponenda bel
la, reſiſtendū improbis prin-
cipibus, & uel ſanguinem li-
benter impendendum gregi
Chriſtiano, non ſolum opes.
Quanquā quorſum omnino
opes, pauperum apoſtolorū
uicem gerētibus? Hæc ſi perpenderent inquā,
nec eum locum ambirent, & libenter relinque-
rent, aut certe uitam planè laborioſam, atq; ſolli
citam agerent, cuiuſmodi ueteres illi uixerunt
apoſtoli. Iam ſummi pōtifices, qui Chriſti uices *Summi pontifices.*
gerunt, ſi conētur eiuſdem uitam æmulari, nem
pe paupertatē, labores, doctrinam, crucem, ui-
tæ contemptū, ſi uel papæ, id eſt, patris nomen,
uel ſanctiſſimi cognomen cogitent, quid erit in
terris afflictius? aut quis eum locum omnibus
emat facultatibus: emptum, gladio, ueneno,
omniq; ui tueatur? Quantū his abſtulerit com-

*uerbialiter dictum eſſe.* Reuerēdiſſimi cōplectens.) *Reuerendiſſimi uocantur cardinales, uelu ti proprio titulo, ſicut pontifices ſanctiſſimi.* Et pallium *à mulæ fronte reuincitur ex more Romæ.* Si uel papæ) *Olim omnes epiſcopi papæ uocabātur, hoc eſt, patres.* Pappū *enim ueteres patrem uocabant.*

Bonorum

*Bonorum pelagus.) Græcè immenſam bonorum copiam θάλατταν ἀγαθῶν, id eſt, mare bonorum, ſiue σωρὸν ἀγαθῶν, id eſt, aceruum bonorum uocant. Tot copijſtæ.) Ad riſum imitatus eſt barbarum illorum uocabulum. Sic enim uocantur infimi ſcribæ, qui bullas, quas uocant, effingunt Romæ.*

*Curia Romana.*

*Mulotribæ) Dictio compoſita è Græca uoce & Latina, ſignificans eos, qui curant mulos. Tot lenones.) Significare uidetur puerorū obſcœnos amores, cum*

moditatum, ſi ſemel inceſſiue rit ſapientia? Sapientia dixi, Imò uel mica ſalis illius, cuius meminit Chriſtus? Tantum opum, tantum honorū, tantum ditionis, tantū uictoriarum, tot officia, tot diſpenſationes, tot uectigalia, tot indulgentias, tantum equorū, mulorum, ſatellitum, tantum uoluptatum. Videtis quātas nundinas, quantam meſſem, quantum bonorum pelagus, paucis ſim complexa. In quorum locum inducet uigilias, ieiunia, lachrymas, oratiões, cõciones, ſtudia, ſuſpiria, milleq; id gen⁹ miſeros labores. Neq; uero negligendū illud futurū, ut tot ſcriptores, tot copijſtæ, tot notarij, tot aduocati, tot promotores, tot ſecretarij, tot mulotribæ, tot equiſones, tot menſarij, tot lenones, penè mollius quiddam addideram, ſed uereor ne durius ſit auribus. In ſumma, tam ingens hominū turba, quæ Romanam ſedem onerat, lapſa ſum, honorat ſentiebā, ad famē adigentur. Inhumanū quidem hoc, &

abominandū

abominandũ facinus, at multo magis deteſtandum, ipſos etiam ſummos eccleſiæ principes, ac uera mundi lumina ad peram & baculum reuocari. At nunc ferè, ſi quid laboris eſt, id Petro & Paulo relinquũt, quibus abunde ſatis eſt ocij. Porrò ſi quid ſplẽdoris, aut uoluptatis, id ſibi ſumunt. Atq; ita fit mea quidẽ opera, ut nullum penè hominum genus uiuat mollius, minusq; ſollicitum, ut qui abunde Chriſto ſatisfactum exiſtiment, ſi myſtico ac penè ſcenico ornatu, ceremonijs, beatitudinũ, reuerentiarũ, ſanctitatum titulis, & benedictionibus, ac maledictionibus epiſcopos agant. Priſcum, & obſoletum, nec horum omnino temporum, miracula ædere: docere populum, laborioſum: ſacras interpretari literas, ſcholaſticum: orare, ocioſum: lachrymas fundere, miſerum ac muliebre: egere, ſordidum: uinci, turpe, parumq; dignũ eo, qui uix reges etiam ſummos, ad pedum beatorum admittit oſcula: deniq; mori inamabile, tolli in crucem infame. Reſtant ſola hæc, arma ac benedictiones dulces, quarum meminit Paulus, atq; harũ quidem ſunt ſanè quàm benigni, interdictiones, ſuſpenſiones, aggrauationes, redaggrauationes,

*cum addit, mollius quiddam. Vera mundi lumina.) Et hoc feſtiuius eſt imitatione. Sic enim canitur de apoſtolis in hymno ſacro. Ad pedes beatorũ.) Id quoq; gratiã habet ex imitatione.*

*Quarum meminit Paulus.) Eſt in epiſtola*

*Virtutes apoſtolicæ.*

redaggrauationes, anathematizationes, ultrices picturæ, ac fulmen illud terrificũ, quo ſolo nutu mortalium animas uel ultra tartara mittunt. Quod ipſum tamen ſanctiſſimi in Chriſto patres, & Chriſti uicarij, in nullos torquent acrius, quàm in eos qui inſtigante diabolo, patrimonia Petri

*ſtola ad Romanos capite decimoſexto: Qui per dulces ſermones & benedictiones ſeducũt corda innocentium.*

*Vltrices picturæ.) Proponuntur enim Romæ picti in linteis, quàm maxime odioſa ſpecie, quos excommunicatos oſtendunt. Ipſe ſedet furioſo uultu, utrinque cacodæmones flammeam imponunt coronam, ignis ſub pedibus, inſcriptiones horrendæ, & tamen illi nec tantulum commouentur, ô hominum duriciem. Admonendus eſt iterum lector, ne quis ſit tam iniquus interpres, ut hæc putet ad pontificum contumeliam pertinere. Non enim ſimpliciter hæc reprehendit, ſed eos taxat, qui omnibus illis omiſſis, quæ uera pontificum ſunt officia, ſanctimonia, doctrina, & cæteris quæ recenſuit, hæc ſola ſibi reſeruant, hisq́; ipſis utuntur, non ad ſalutem animarum, ſed ad pecuniarum accumulationem. Id palàm indicat, cum ait, reſtant ſola hæc. Et uides quàm ubique temperat à fœdis. Alioqui ſi malos pontifices, & cardinales, ſuis pingere coloribus uoluiſſet, norunt hi qui Romæ uixerunt, quas fabulas potuerit in medium adducere. Verum ne quod mali faciunt, id à ſtultis conferatur in bonos, ob honorem Chriſtiani nominis reticuit. Qui inſtigante diabolo.)*

Petri minuere atque arrodere conantur. Cuius cum hæc uox ſit in euangelio, Reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te, tamen huius patrimoniũ appellant agros, opida, uectigalia, portitoria, ditiones. Pro quib⁹ dum zelo Chriſti accenſi, ferro igniq; dimicãt, non abſq; plurimo Chriſtiani ſanguinis diſpendio, tum demũ eccleſiam Chriſti ſponſam, ſeſe credunt apoſtolice defendere, fortiter profligatis, ut uocant, hoſtibus. Quaſi uero ulli ſint hoſtes eccleſiæ pernicioſiores, quàm impij pontifices, qui & ſilentio Chriſtum ſinunt aboleſcere, & quæſtuarijs legibus alligant, & coactis interpretationibus adulterant, & peſtilente uita iugulant. Porrò cum Chriſtiana

*bolo) Et hoc μιμητικῶς dicitur. Nam his uerbis utuntur in ſuis bullis, ut uocant. Zelo Chriſti.) μιμητικῶς & hoc, & belle coniunxit contraria. Eſt autem zelus, ut Ammonius ait, ἡ δι' ἐπιθυμίαν μίμησις γινομένη δοκοῦντός τινος καλοῦ, id eſt, per deſiderium imitatio facta alicuius, quod uidetur bonum. Eſt etiam zelus, λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς, οἷα καὶ ἑαυτῷ τις ἐπιθυμεῖ περιποιῆσαι, id eſt, dolor propter aliena bona, qualia quis ſibi acquirere ſtudet. Et ſilentio.) Quia non docent quid ſit Chriſtus, & quid ſit eſſe Chriſtianum. Quæſtuarijs legibus.) Cuiuſmodi ſunt non paucæ, quæ quæſtum olent magis, quàm pietatem. Chriſtus ſpiritalis eſt, ubi ſpiritus, ut apoſtolus ait, ibi libertas. Iſti legibus hoc*

*Hæc de impijs pontificibus dicta ſunt, non de pijs.*

Chriſtiana eccleſia ſanguine ſit condita, ſanguine cõfirmata, ſanguine aucta, nũc perinde quaſi Chriſtus perierit, qui more ſuo tueat̃ ſuos, ita ferro rem gerunt. Cumq́ bellum res ſit adeo immanis, ut feras non homines deceat, adeo inſana, ut poëtæ quoq́ fingãt à furijs ĩmitti, adeo peſtilẽs, ut uniuerſam morũ luẽ ſimul inuehat, adeo iniuſta, ut à peſſimis latronibus optime ſoleat adminiſtrari, adeo impia, ut nihil cohæreat cum Chriſto, tamẽ omnib⁹ omiſſis, hoc tantum agunt. Hic uideas etiam decrepitos ſenes, iuuenilis animi robur præſtare, nec offendi ſumptib⁹, nec fatigari laboribus, nec deterreri quicq́, ſi leges, ſi religionem,

*hoc agunt, ut populum habeant obnoxium. Qui quo magis perplexus eſt, hoc plus lucri redit ad Romanã curiã, ex litib⁹, ex diſpẽſationibus, ex donationib⁹. Verus Chriſti uicari⁹ nihil ſpectat, niſi lucrũ pietatis.*

*A furijs.) Vt apud Maronẽ Aeneidos ſeptimo, Gorgoneis Alecto infecta uenenis, bellum excitat inter Aeneã et Turnũ.*

*Omnib⁹ omiſſis.) Vides optime lector, ut ubiq; circũſpecte loquutus eſt. Nõ reprehẽdit, qd' bellant põtifices, qd' iure reprehendi poterat in omnibus etiã Chriſtianis, mea quidem ſententia. Sed eos damnat, qui cæteris omnibus omiſſis, ſolum id agunt, quod eſt omnium peſſimum.*

*Decrepitos ſenes.) Videtur ſignificare Iulium ſecundũ, qui tales tumultus excitauit in mundo, ut nemo uere pius & Chriſtianus poſſit abſq; gemitu meminiſſe. Videbuntur*

nem, ſi pacē, ſi res humanas omneis ſurſum ac deorſum miſceāt. Neqꝫ deſunt adulatores eruditi, qui iſtā manifeſtariā inſaniā, zelū, pietatē, fortitudinē appellent, excogitata uia, qua fieri poteſt, ut quis letale ferrū ſtringat, adigatqꝫ in fratris ſui uiſcera, manēte nihilominꝰ charitate illa ſumma, quā ex Chriſti præcepto debet proximo Chriſtianus. Equidē incerta ſum adhuc, utrū his rebus exēplum dederint, an potiꝰ hinc ſumpſerint epiſcopi quidā Germanorū, qui ſimplicius, etiā omiſſo cultu, omiſſis benedictionibꝰ alijſqꝫ id genꝰ ceremonijs, planè ſatrapas agūt, adeo ut propemodū ignauū, parūqꝫ decorū epiſcopo putent alibi, ꝙ in acie, fortē animā deo reddere. Iam uero uulgus ſacerdotū, nephas eſſe ducens, à præſulū ſuorū ſanctimonia degenerare, euge ꝙ militariter ꝓ iure decimarū, enſibus, iaculis, ſaxis, omniqꝫ armorū ui belligerant, ꝙ hic oculati, ſi qd ex ueterū literis poſſint elicere, quo plebeculā territēt, & pluſqꝫ decimas deberi cōuincāt. At interim nō uenit in mentē, ꝙ multa paſſim legantur de officio, qd' illi uiciſſim præſtare populo debeant. Nec ſaltem admonet eos uertex raſus, ſacerdotē omnibus huius mūdi cupiditatibus liberū eſſe oportere, neqꝫ qcqꝫ niſi cœleſtia meditari. Sed hoīes ſuaues, ſe ſuo officio probe perfunctos

*Sacerdotes priuati.*

*tur alicui fortaſſis hæc dicta liberius. Verū ſi qs rē penitus noſſet, fateretur modeſtiſſime dicta.*

*Suo officio.) Sic enim*

perfunctos aiunt, ſi preculas illas ſuas, utcunqꝫ permurmurarint, quas me Hercule demiror, ſi quis deus uel audiat, uel intelligat, cũ ipſi ferè nec audiant, nec intelligant, tum cũ eas ore perſtrepũt. Verũ hoc quidem ſacerdotibus eſt cum prophanis cõmune, ut ad emolumenti meſſem uigilent omnes, neqꝫ quiſq̃ ibi leges ignoret. Cæterum ſi quid ſarcinæ, id prudenter in alienos humeros reijciũt, & alijs alij tanq̃ pilã per manus tradunt. Siquidem laici quoqꝫ principes, quemadmodum partes adminiſtrãdi regni uicarijs delegant, & uicarius itẽ uicario tradit, ita pietatis ſtudium omne plebi modeſtiæ cauſa relinquũt. Plebs in eos reijcit, quos eccleſiaſticos uocãt, ꝑinde quaſi ipſis cũ eccleſia nihil omnino ſit cõmercij, quaſi baptiſmi uotis nihil prorſus ſit actũ. Rurſum ſacerdotes, qui ſeſe uocant ſeculares, quaſi mundo initiati, non Chriſto, in regulares onus hoc deuoluunt, regulares in monachos, mo-

nacbi

*Veram religionis functionem alij in alios reijciunt.*

*enim interpretãtur illud propter officium datur beneficium, quaſi utcunqꝫ dicere preculas, ſit totũ ſacerdotis officium, cum ea pars ſit omnium infima, & laicorum potius quàm ſacerdotum.* Nec quiſquã ibi leges ignoret.) *Ut de decimis, de oblationibus, de iure plebani, & preſbyteri duplici honore digni ſunt. Et qui altari ſeruit, de altario uiuat.* Modeſtiæ cauſa.) *Ironiam habet.* Quos eccleſiaſticos.) *Omnes Chriſtiani pertinent ad eccleſiam,*

*cuius*

nachi laxiores ĩ arctiores,oẽs ſimul in mẽdicantes,mẽdicã tes in Carthuſiẽſes,apd quos ſolos ſepulta latet pietas, & a deo latet ut uix unq̃ liceat cõ ſpicere.Itidẽ põtifices in meſ ſe pecuniaria diligentiſſimi,la bores illos nimium apoſtoli cos,in epiſcopos relegãt, epi ſcopi in paſtores, paſtores in uicarios,uicarij in fratres mẽ dicantes.Hi rurſum in eos re trudunt, à quibus ouium la na tondetur. Verum non eſt huius inſtituti, pontificũ ac ſacerdotum uitam excute re,ne cui uidear ſatyram texe re,non encomiũ recitare, ne ue qs exiſtimet bonos prin cipes à me taxari,dum malos laudo. Sed hæc ideo paucis attigi,quo palàm fieret,nullũ eſſe mortalẽ, qui ſuauiter ui uere poſſit,niſi meis initiatus ſit ſacris,meq́ propiciam ha beat.Nam id quo pacto fie ri queat,cum ipſa etiam Rha mnuſia,rerum humanarũ for tunatrix, mecum adeo con ſentiat,

*cuius miniſtri ſunt ſacerdotes. Omnes Chriſtiani religioſi ſunt,aſtricti uoto in baptiſmo,renuncian tes mundo, ſatanæ, & pompis ei⁹. Quo uoto non aliud po teſt eſſe ſanctius,niſi quod iam cõſuetudi ne ſic uiluit,ut nõ ha beatur pro uoto. In Carthuſiẽſes.) Mul tum tribuit huic or dini, ſubſignificans tamẽ,plus apud hos eſſe ceremoniarum, quàm ueræ pietatis Id quod fatentur & hi,qui inter hos ſunt cordatiores. Dũ malos laudo.) Mira facetia inuertit, ma los uocat, quos lau dauit,hoc eſt,uitupe rauit hactenus. Nam à ſtulticia laudari, uituperari eſt.*

*Ipſa etiã Rhamnu ſia.)*

*Stultis for tuna fauet.*

ſentiat, ut ſapiētibus iſtis ſemper fuerit inimiciſſima: contra ſtultis etiam dormientibus, omnia commoda adduxerit

*Rhamnuſia ſia) Rhamnuſia dea eſt indignatiōis, quā Græci νέμεσιν uocant, ſic dicta à Rhamnunte, Atticæ pago, ubi colebatur, quæ ſuperbos aliósque contemnentes, qualis fuit Narciſſus, punire credebatur, unde illud, quod Suidas citat.* οὐκ ἔλαθε τὴν ἅπασιν ἐναντίαν μούνην τοῖς ὑπερηφάνοις νέμεσιν, ἀλλ᾽ ἐν ταῖς ἰδίαις ἠναγκάσθη παιδευθῆναι συμφοραῖς, παρῆν δὲ ἡ νέμεσις ἣ τὰ γῆς ἐποπτεύει, *id eſt, Non latuit omnibus contrariā ſuperbis Nemeſim, ſed in proprijs coactus fuit diſcere ærūnis. Aderat aūt Nemeſis, q̄ ea quæ in terris ſūt uidet. Hic Rhamnuſiā ipſam dicit fortunā, quæ ſtultis fauere dicitur. Vnde uulgato ꝓuerbio dicūt, quo qſq; eſt ſtultior, hoc eſt fortunatior. Cōtra, ſapiētibus Rhamnuſia ſemper fuit inimica. Hinc Sotades uidēs ſapientes oēs triſtem ferè habuiſſe exitū, indignatus ſcripſit,* σωκράτην ὁ κόσμος πεποίηκε σοφὸν εἶναι, καὶ κακῶς ἀνεῖλε τὸν σωκράτην ὁ κόσμος. Ἐν τῇ φυλακῇ κώνειον ὅτι πιὼν, τέθνηκεν. πουλύποδα φαγὼν ὁ διογένης ὠμὸν τέθνηκεν. Αἰσχύλῳ γράφοντι ἐπιπέπτωκε χελώνη. Σοφοκλῆς ῥᾶγα φαγὼν σταφυλῆς, πνιγεὶς τέθνηκε. Κύνες οἱ κατὰ θρᾴκην εὐριπίδην ἔτρωγον. τὸν θεῖον ὅμηρον λιμὸς κατεδαπάνησεν, *id eſt, Socratem mundus fecit ſapientem eſſe. Et male ſuſtulit Socratem mundus. In carcere cicutam, quoniam bibens, mortuus eſt. Polypedem comedens Diogenes crudū, mortuus eſt. Aeſchylo ſcribēti incidit teſtudo. Sophocles acinū comedēs uuæ, ſuffocatus perijt. Canes Thracij Euripidē uorauerūt. Diuinū Homerū*

xerit: Agnoſcitis Timotheũ illum, cui hinc etiam cognomen, & prouerbium ἡ εὕδοντ⟨ος⟩ κύρτ⟨ος⟩ αἱρεῖ. Rurſum aliud γλαῦξ ἵπταται. Contra in ſapientes quadrant illa, ἐν τετράδι

*fames cõfecit.* Timotheum.) Hic dux erat Athenienſium, longe omniũ fortunatiſſimus, de quo Suidas ſic ſcripſit. ἐποίουν τε αὐτὸν ἐν εἰκόσιν οἱ ζωγράφοι κοιμώμενον, καὶ τὰς τύχας φερούσας αὐτῷ εἰς δίκτυα πόλεις, καὶ πορθοῦντα αὐτάς, αἰνιττόμενοι τὴν εὐδαιμονίαν αὐτοῦ, ἀλαζονευόμεν⟨ος⟩ δὲ ἐπὶ εὐτυχίᾳ ὁ τιμόθεος, ἔφη αὐτοῦ εἶναι μᾶλλον, ἢ τῆς τύχης τὰ κατορθώματα. διὸ καὶ ἠτύχησεν ὕστερον, νεμεσησάσης αὐτῷ τῆς τύχης, *id eſt, Finxerunt ipſum in imaginibus pictores dormientem, & fortunas ferẽtes ipſi in retia ciuitates & populantem eas, innuentes felicitatẽ ipſius. ſuperbiens autem propter bonam fortunam Timotheus, dixit ipſius magis quàm fortunæ eſſe, egregie facta. Quocirca infelicior euaſit poſtea, indignãte ipſi fortuna.*

Timotheus

Ἡ εὕδοντ⟨ος⟩ κύρτ⟨ος⟩ αἱρεῖ.) *Id ẽ, dormiẽtis rete capit.* Hoc *prouerbium quadrat in eos, quibus citra laborem & conatum, omnia quæ cupiunt, eueniunt.* Natum *ab ipſo* Timotheo, *qui uulgo* εὐτυχής, *id eſt, felix cognominatus eſt, quod fortunatior quàm prudentior haberetur.*

Γλαῦξ ἵπταται.) *Id eſt, noctua uolat.* Noctua *ſacra eſt* Mineruæ. *Ea dicta eſt* Athenienſium *male conſulta in bonum uertere exitum, unde prouerbium,* Noctua *uolat.*

Ἐν τετράδι γεννηθέντες.) *Id eſt, quarta luna nati, prouerbiũ eſt in eos, qui ex duriſſimis laboribus, quibus aliis ſunt, ipſi nihil fructus capiunt.* Quod *Hercules hac lu*

 *na natus*

*Ad omnia utilior ſtulticia. Id mira inductione ꝓbat*

*na natus feratur. Equum habet Seianum.) Vtrũq; prouerbiũ dicebatur de extremo infortunio, unde natum ſit, explicat Aulus Gellius. παροιμιάζεσθαι.) Id eſt, prouerbiari ſiue prouerbijs uti. Suppilaſſe.) id eſt, furtim uſurpaſſe. Neminẽ nominatim taxauit, præter ſeipſum. Quid potuit modeſtius? πᾶς ἐῤῥίφθω κύβος.) id eſt, omnis iacta ſit alea. Id Cæſar dixit, Rubiconẽ tranſiturus, ſignificãs ſe rem omnem ſemel periclitari uelle. Principibus placuiſſe. (Alluſit ad illud Horatianũ. Principibus placuiſſe uiris, non ultima laus eſt. Ac gẽmeos deos)*

τετράδι γεννηθέντες & equũ habet Seianum & aurũ Toloſanũ. Sed deſino παροιμιάζεσθαι ne uidear Eraſmi mei cõmẽtaria ſuppilaſſe. Ergo ut ad rem, Amat fortuna parum cordatos, amat audaciores, & quibus illud placet πᾶς ἐῤῥίφθω κύβος. At ſapientia timidulos reddit, ideoq; uulgo uidetis, ſapientibus iſtis cum paupertate, cum fame, cum fumo rem eſſe, neglectos, inglorios inuiſos uiuere: ſtultos affluere nummis, admoueri Reip. gubernaculis, breuiter florere modis omnibus. Etenim ſi quis beatum exiſtimet principib⁹ placuiſſe uiris, & inter meos illos, ac gemmeos deos uerſari, quid inutilius ſapientia, imò quid apud hoc hominum genus damnatius? Si diuitiæ parandæ ſunt, quid tandem lucri facturus eſt negociator, ſi ſapientiam ſecutus, periurio offendetur, ſi in mẽdacio deprehẽſus erubeſcet, ſi anxios illos de furtis, atque

uſuris

uſuris ſapientũ ſcrupulos, uel tantuli faciet? Porrò ſi quis honores, atq; opes ambiat eccleſiaſticas, ad eas uel aſinus, uel bubalus citius penetrabit, quàm ſapiens. *Si* uoluptate ducaris, puellæ maxima huius fabulæ pars, ſtultis toto pectore ſunt addictæ, ſapiẽtem haud ſecus ac ſcorpium horrent, fugiuntq́;. Deniq; quicunq; paulo feſtiuius ac lætius uiuere parant, ſapientẽ in primis excludunt, ac quoduis animal potius admittũt. Breuiter quoquò te uertas, apud põtifices, principes, iudices, magiſtratus, amicos, hoſtes, maximos, minimos, omnia præſentibus nummis parantur: quos uti contemnit ſapiens, ita illum ſedulo fugere conſueuerunt. *Sed* cum laudum mearum nullus ſit modus, neq; finis, tamẽ oratio aliquando finem habeat neceſſe eſt. Itaq; deſinam dicere, ſed ſi prius oſtendero paucis, non deeſſe magnos autores, qui me literis ſuis pariter ac factis illuſtrarint, ne cui forte ſtulte mihi ſoli uidear placere, n'eue legulei calumnientur, me nihil allegare. Ad ipſorum igit̃ exemplũ allegabimus, hoc eſt, οὐδὲν πρὸς ἔπος. Principio illud omnibus uel notiſſimo ꝓuerbio perſuaſum eſt, ubi res abeſt, ibi ſimulationẽ eẽ optimam. Eoq; recte ſtatim tra/

*Laus ſtulticiæ ex autoribus.*

*meos deos.) Significat, ni fallor, proceres aulicos gemmis inſignes. Quoduis animal.) Pro quouis homine, & emphaſim habet.*

οὐδὲν πρὸς ἔπος) *id eſt, nihil ad uerſũ prouerbiũ eſt, idem pollẽs quod, nihil ad rem. Eſt apud Ariſtophanẽ. Vbi res abeſt.)*

*abeſt.) In his planè luſit ingenio, & partim iocoſis argumētis, partim detortis, quod uult colligit.*

*De grege porcus) Ita Flaccus de ſe in epiſtolis. Me pinguē & nitidum bene curata cute uiſes, Cū ridere uoles Epicuri de grege porcū. Miſcere ſtulticiā.) Idē ī Odis Miſce ſtulticiā cōſilijs breuē. Dulce eſt.) Eſt & hoc in Odis. Νήπιος) Duo ſignificat Græcis, νήπιος puerū admodum, ſiue parū prudētē, qđ pueri ꝑ ætatē nō dū ſapere poſſint. Quocirca apte Græci eos νηπίους dicūt, Quos Hebræi uocant* עוללים. *Stultorū regū.) Eſt*

ditur hic uerſus pueris, Stulticiam ſimulare loco ſapientia ſumma eſt. Vos iam ipſi conijcite, quàm ingens ſit bonū, Stulticia, cuius etiā fallax umbra, & imitatio ſola, tantū laudis meret̃ à doctis. Sed multo candidius pinguis ille, ac nitidus Epicuri de grege porcus, miſcere ſtulticiam conſilijs iubet, tametſi breuem nō admodum ſcite addidit. Itē alibi, Dulce eſt deſipere in loco, Rurſum alio in loco mauult delirus, inersq; uideri, q̃ ſapere, & ringi. Iā apud Homerum Telemachus, quem modis omnibus laudat Poëta, ſubinde νήπιον appellat̃, atq; eodem prænomine tāq̃ felicis ominis libēter pueros, & adoleſcentes uocare ſolent tragici. Quid autem ſacrum Iliadis carmen, niſi ſtultorum regum & populorum continet iras? Porrò quàm abſoluta laus illa Ciceronis? Stultorum ſunt plena omnia. Quis enim ignorat, unumquodq; bonum, quo latius patet,

patet, hoc eſſe præſtãtius? At qui fortaſſis apud Chriſtianos horũ leuis eſt autoritas: proinde ſacrarum quoq; literarum teſtimonijs, ſi uidetur, laudes noſtras fulciamus, ſiue, ut docti ſolẽt, fundemus, principio ueniã à theologis præfatæ, ut nobis fas eſſe uelint, deinde quoniã arduam rem aggredimur, & fortaſſis improbũ fuerit, denuo Muſas ex Helicone, ad tantũ itineris reuocare, præſertim cũ res ſit alienior, fortaſſe magis conueniet optare, ut interim dum Theologum ago, perq; has ſpinas ingredior, Scoti anima pauliſper ex ſua Sor=bona in meum pectus demigret, quouis hyſtrice, atq; erinaceo ſpinoſior, moxq; remigret quò lubebit uel ἐς κόρακας. Vtinam & uultum alium

liceat

*Eſt in epiſtolis Horatianis. Fundemus.) Obiter taxat uerbũ Theologis familiare, ſed non perinde probatum, atq; uſitatum. Denuo muſas.) Quoniã ante iam inuocauit. Res ſit alienior.) id eſt, parũ apta muſis, cũ magis ad theologos ꝑtineat. Hyſtrice ſpinoſior.) Hyſtrix animal eſt de genere erinaceorũ, ſpinis aculeatũ, quas mittit iaculi ritu. Plinius libro octauo, Hyſtrices, inq̃t, generat India & Africa, ſpina cõtectas ex Erinaceorũ genere, ſed Hyſtrici longiores aculei, & cũ intendit cutem, miſſiles, Ora urgentium figit canum, & paulo longius iaculatur. Hibernis autẽ ſe menſibus cõdit, queãdmodum urſæ reliquaq; omnia, ut autor eſt Ariſtoteles, lib. de natura anĩaliũ ſexto, ꝑinde ut urſa facit. Ε'ς κόρακας.)*

*Hyſtrix*

liceat ſumere,& ornatus adſit theologicus. Verum illud interim uereor, ne quis me furti ream agat,quaſi clanculum magiſtrorum noſtrorum ſcrinia cōpilauerim , quæ tātum rei theologicæ teneam. Sed non adeo mirū uideri debet, ſi tā diutina,quæ mihi arctiſſima eſt,cum theologis conſuetudine nonnihil arripui, cum ficulnus etiam ille deus Priapus, nōnullas græcas uoces, legente domino, ſubnotarit tenueritq́ȝ. Et Gallus Lucianicus longo hominum conuictu ſermonem humanum expedite calluerit. Sed iam ad rem bonis auibus. Scripſit Eccl'iaſtes capite primo: Stultorū infinitus eſt numerus. Cum numerum prædicat infinitum,nónne mortaleis uniuerſos

*ςακας.) Idē, in coruos,hoc eſt, in malā rem. Extat in prouerbijs græcorū, & explicatur in Chiliadibus Eraſmi. Ficulnus etiam.) Talem finxit Horatius,in ſatyra, Olim truncus eram ficulnus inutile lignum. Græcas uoces.) Extat ridiculū Epigramma inter Priapeia. Quo fingitur Priapus horti cuſtos uerba quædā Græca ſubnotaſſe , domino legente Homerum, ſed deprauate. Initiū huiꝰ eſt, Ruſticus indocte ſi cui forte libeat inſpicere. Nam eſt percuàm obſcœnū. Gallus Lucianicus.) Eſt in dialogo, quem modo citauimus. Bonis auibus.) Prouerbiale eſt,cum rem feliciter cedere ſignificamus,ſicut malis auibus dicimus,cum res infeliciter cedit,ſumptum autem eſt ab augurum ob*

*ſeruatio*

uerſos cõplecti uidetur, præter pauculos aliquot, quos haud ſcio, an cuiq̃ uidere cõtigerit? Sed magis ingenue confitetur hoc Hieremias, capite decimo: Stultus, inquiens, factus eſt omnis homo à ſapientia ſua. Soli deo tribuit ſapientiam, uniuerſis hominibus ſtulticiã relinquens. Ac rurſum paulo ſuperius: Ne glorietur homo in ſapientia ſua. Cur non uis hominem in ſua ſapientia gloriari optime Hieremia? Nimirum inquiet, ob id, quia nõ habet ſapientiam. Sed ad Eccleſiaſten redeo. Hunc, cum exclamat, uanitas uanitatum & omnia uanitas, quid aliud ſenſiſſe creditis, niſi, quemadmodum diximus, uitam humanã nihil aliud quàm ſtulticiæ ludicrum eſſe? nimirum Ciceronianæ laudi albũ addentem calculum, cuius optimo iure celebratur illud: Stultorum plena ſunt omnia. Rurſum ſapiẽs ille Eccleſiaſticus, qui

*ſeruatione. Capite primo.)* Tacite ridet quorundã morem, qui nunquam non citant, atque id præclarum putant, ſi nominẽt partem, diſtinctionem, capitulũ, paragraphũ, columnam, denique uerſum. *Album addentẽ calculum.)* Id eſt, approbantẽ. Græcis prouerbio dicitur, λευκὴν ψῆφον προσθεῖναι, id eſt, album calculum addere, pro comprobare. Lucianus in Apologo, οὐκ ἂν πάρεργῳ θέμενος τὴν λευκὴν παρὰ σοῦ ψῆφον, καὶ πλήρη μοι ἀνεχθῆναι, id eſt, haud abs re ducens, album à te calculum, & plenũ mihi inferri. Vnde Græci ſimplici uer

 bo

*bo dicunt,* ἐπιψηφίσειν*, pro compro/bare.*

Εἰσαγωγὴν

qui dixit, ſtultus mutatur ut luna, ſapiens permanet ut ſol, quid aliud innuit, niſi mor/tale genus omne ſtultum eſſe, ſoli deo ſapientis nomen competere? Si/quidem lunam, humanam naturam interpre/tantur, ſolem omnis luminis fontem, deum. Huic aſtipulatur quod ipſe Chriſtus in euange lio negat, quenquam appellandũ bonum, niſi deũ unum. Porrò ſi ſtultus eſt, quiſquis ſapiens non eſt, & quiſquis bonus, idem ſapiens, autoribus Stoicis, nimirũ mortales omneis ſtulticia com/plectatur neceſſum eſt. Iterũ Salomon capite de cimoquinto: Stulticia, inquit, gaudium ſtulto, uidelicet manifeſte cõfitẽs, ſine ſtulticia nihil in uita ſuaue eſſe. Eódẽ pertinet illud quoque: Qui apponit ſcientiam, apponit dolorem, & in mul to ſenſu multa indignatio. An non idem palàm confitetur egregius ille cõcionator, capite ſepti/mo? Cor ſapientium, ubi triſticia eſt, & cor ſtul torum, ubi lætícia. Eoque non ſatis habuit ſapien tiam perdiſcere, niſi noſtri quoque cognitionem addidiſſet. Quod ſi mihi parum habetur fidei, ipſius accipite uerba, quæ ſcripſit capite primo: dedique cor meum, ut ſcirem prudentiã atque do/ctrinam, erroresque & ſtulticiam. Quo quidem loco illud animaduertendum, ad ſtulticiæ lau/dem pertinere, quod eam poſteriore poſuit lo co. Eccleſiaſtes ſcripſit, & hunc ſcitis eſſe ordi/nem

nem eccleſiaſticum,ut qui di/gnitate primus ſit, is locum obtineat extremũ,uel hic certe memor euangelici præce/pti. Sed ſtulticiam præſtãtiorem eſſe ſapientia,& Eccleſiaſticus ille quiſquis fuit,liqui/do teſtatur,capite quadrage/ſimoquarto, cuius mehercle uerba nõ prius proferam, q̃ εἰσαγωγὴν meam,cõmoda reſponſione adiuueritis, ut fa/ciũt apud Platonẽ hi, qui cũ Socrate diſputant. Vtra ma/gis cõuenit recõdere, quæ rara ſunt & precioſa, an quæ uulgaria uiliaq;? Quid tace/tis? Etiam ſi uos diſſimuletis, ꝓuerbiũ illud Græcorũ pro uobis reſpondet, τὴν ἐπὶ θύ/ραις ὑδρίαν, quod ne quis impie reijciat, refert Ariſtoteles, magiſtrorũ noſtrorum deus. An quiſq̃ ueſtrum tam ſtultus eſt, ut gemmas & aurum in uia relinquat? non hercle opinor. In abditiſſimis penetralibus,nec id ſatis,in mu/nitiſſimorum ſcriniorum ſecretiſſimis angulis iſta reponitis,cœnum in propatulo relinquitis. Ergo ſi quod precioſius eſt,reconditur, quod uilius,

*Εἰσαγωγὴν meam.*) εἰσαγωγή, *id eſt, inductio, ge/nus eſt argumenta tionis, cum ex ſimilibus conceſſis colligitur id quod uolumus. Frequẽs eſt in hoc Socrates Platonicus, ſed aduerſarium commode re/ſpondentem facit, id quod notat etiam Quintilianus.*

τὴν ἐπὶ θύραις ὑδρίαν.) *Id eſt, in oſtijs hydriam, re/fert in Rhetoricis. Hydria ceu res ui/lis, relinquitur in oſtio, ſed precioſa reponuntur.*

*Cornicum*

uilius exponitur, nónne palàm eſt, ſapientiam quā uetat abſcondi, uiliorem eſſe ſtulticia, quā recondi iubet? Iam ipſius teſtimonij uerba accipite. Melior eſt homo qui abſcondit ſtulticiam ſuam, quàm homo qui abſcondit ſapientiā ſuā. Quid quod animi quoq; cādorem diuinæ literæ ſtulto tribuunt, cum ſapiens interim neminē ſui ſimilē putet. Sic enim intelligo, id quod ſcribit Eccleſiaſtes capite decimo: Sed & in uia ſtultus ambulans, cū ipſe inſipiēs ſit, omneis ſtultos exiſtimat. An nō iſtud eximij cuiuſdam candoris eſt, omnes æquare tibi ipſi, cumq; nemo non magnifice de ſe ſentiat, omnibus tamen tuas cōmunicare laudes? Proinde nec puduit tantū regem huius cognominis, cū ait capite trigeſimo: Stultiſſimus ſum uirorū. Neq; Paulus ille magnus gentiū doctor, Corinthijs ſcribens, ſtulti cognomē illibēter agnoſcit: Vt inſipiens, inquit, dico, plus ego, perinde quaſi turpe ſit uinci ſtulticia. Sed interim obſtrepunt mihi Græculi quidam, qui tot huius temporis theologorum, ceu cornicum oculos ſtudent configere, dū annotatiōes ſuas, ueluti fumos quoſdā alijs offundūt, cuius gregis ſi non Alpha, certe Beta meus eſt

*Cornicū oculos configere.)* Prouerbio dicūtur cōfigere cornicularū oculos, qui nouo quopiam inuento efficiūt, ut priores nihil ſapere uideātur, ut copioſius explicat in Chiliadibus ſuis Eraſmus. *Alpha, certe Beta.)* Alpha, id eſt,

ta meus eſt Eraſmus, quem ego ſæpius honoris cauſa nomino. O uere ſtultam, inquiunt, & ipſa dignam Moria citationẽ. Longe diuerſa mens apoſtoli, quàm tu ſomnias. Nec em̃ hoc agit his uerbis, ut cæteris ſtultior haberetur, uerum cum dixiſſet, miniſtri Chriſti ſũt, & ego, ſeq; ueluti iactabũdus in hac quoq; parte æquaſſet cæteris, per correctionẽ adiecit, plus ego, ſentiens ſe non modo parem reliquis apoſtolis in euangelij miniſterio, uerũetiã aliquanto ſuperiorem. Idq; cum ita uerum uideri uellet, ne tamẽ ut arrogantius dictum offenderet aures, præmunijt, ſtulticiæ prætextu. Vt minus ſapiens dico, propterea quod ſciret eſſe ſtultorum priuilegiũ, ut ſoli uerũ citra offenſam proloquantur. Verũ quid Paulus ſenſerit cum hæc ſcriberet, ipſis diſputandũ relinquo. Ego magnos, pingues, craſſos, & uulgo probatiſſimos theologos ſequor, cum quibus magna pars doctorũ errare, νὴ τὸν δία malit, quàm cum iſtis trilinguibus bene ſentire.

*eſt, primus, & Beta ſecundus. Quod α apud Græcos prima ſit litera, β ſecunda. Aperte rurſus iocatur in ſeipſum, alludẽs ad hoc, quod ſcripſit annotationes in nouum teſtamentum, & in opera diui Hieronymi, opus utrunq; ipſi laborioſiſſimũ, ſtudioſis omnibus utiliſſimum.*

Νὴ τὸν δία.) *Id eſt, per Iouem, ſic enim Græci iurãt, feſtiuiter aũt adiecit iuramentũ rei ridiculæ.* Trilinguibus.) *Tres linguæ ſunt,*

ſentire. Neque quiſq́ illorum Græculos iſtos pluris facit, quàm graculos: præſertim cum quidam glorioſus theologus, cuius ego nomen prudens ſupprimo, ne graculi noſtri continuo Græcum in illum ſcomma iaciant ὄνος λύρας: magiſtraliter & theologaliter hũc paſſum enarrãs, ab hoc loco. Vt minus ſapiens dico, plus ego, nouũ facit caput, & qđ abſq; ſumma dialectica non poterat, nouam addit ſectionem, ad hunc interpretans modũ, Adducã enim ipſius uerba, nõ ſolum in forma, uerumetiam in materia. Vt minus ſapiens dico, id eſt, ſi uideor uobis inſipiẽs, me pſeudapoſtolis

*ſunt, Græca, Latina, & Hebraica, q̃bus traditæ ſunt omnes ſcientiæ, tam humanæ quàm diuinæ, quas adeo neceſſarias ueteres ad ſacras literas iudicabãt, ut etiam decretis pontificijs cautũ ſit, ut linguarũ noticia ĩ ſcholis publice traderetur, qđ ſine his ſacrarũ literarũ myſteria nõ intelligi poſſe iudicarent. Cæterũ noſtri theologi adeo ſunt dialecticis argutijs dediti, ut ne Latinã quidẽ linguam diſcere curẽt.*

*Græculos illos.) Feſtiua προσονομασία, in graculis & Græculis.* Glorioſus. *Glorioſus theologus.) Iocus eſt ab ambiguo, quod glorioſus dicatur celebris, quem Græci uocant ἔνδοξον, & iactabundus, quem illi uocant ἀλαζῶνα. ὄνος λύρας.) Id eſt, aſinus ad lyram. Alluſit ad cognomẽ Nicolai de Lyra. Magiſtraliter & theologaliter) Hæc ſunt barbara eorum uerba, quæ data opera per iocum imitatus eſt. Non ſolum in forma.) Feſtiuiter alludit ad id,*

quod

& apoſtolis adæquãdo, adhuc uidebor uobis minus ſapiẽs, me eis præferendo. Quanq̃ idem paulo poſt, uelut oblitus ſui, aliò delabitur. Sed cur anxie me unius exemplo tueor? cum hoc publicũ ius ſit theologorũ, cœlum, hoc eſt, diuinam ſcripturam, ceu pellem extendere: cum apud diuum Paulũ pugnent diuinæ ſcripturæ uerba, quæ ſuo loco non pugnant, ſi qua fides illi πενταγλώττῳ Hieronymo, cũ Athenis forte conſpectũ aræ titulum

*quod ipſi dicũt, uerba in forma, & ideo iocans addit, uerum etiam in materia.*

Πενταγλώττῳ.) *Id eſt, quinq; lingui, ut ita loquar.* Nam *conſtat* Hieronymũ *ſciuiſſe* Græce, La*tine*, Hebraice, Chal*daice, &* Dalmati*ce.* Hic *ſcribens ſup epiſtolam* Pauli *ad* Titum, *oſtendenſq; Paulũ abuſum eſſe teſtimonio ethnicorum poëtarũ, ut* Epimenidis Cretenſis, *qui dixit,* Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι κακὰ θηρία γαστέρες ἀργοὶ, *id eſt, Cretes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, uentres pigri.* Item Arati, *qui in principio* τῶν φαινομένων *dixit,* τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν, *id eſt, huius genus ſumus. &* Menandri *dicẽtis,* φθείρουσ᾽ ἤθη χρησθ᾽ ὁμιλίαι κακαὶ, *id eſt, corrumpunt mores bonos, colloquia mala, ſic ait,* Nec *mirum eſt ſi opportunitate temporis gentilium poëtarum uerſibus abutitur, cum etiam de inſcriptione aræ, aliqua cõmutans ad* Athenienſes *loquutus eſt.* Pertranſiens *enim, inquit, & contemplans culturas ueſtras, inueni & aram, in qua ſuperſcriptum eſt, ignoto deo, quod utiq; ignorantes colitis, hoc ego annũcio. Inſcriptio autem aræ nõ ita erat ut* Paulus

Hieronym.

lus

titulũ torqueret in argumentum fidei Chriſtianæ, ac cæteris omiſſis, quæ cauſæ fuerãt offectura, duo tantum extrema uerba decerpſerit, nempe hæc, ignoto deo, atque hæc quoq; nonnihil immutata, ſi quidem integer titulus ſic habebat, Dijs Aſiæ, Europæ, & Africæ, dijs ignotis, & peregrinis. Ad huius opinor exẽplum paſſim iam οἱ τῶν θεολόγων παῖδες, hinc atq; hinc reuulſa, quatuor aut quinq; uerbula, & ſi quid opus eſt etiam deprauata, ad ſuam accommodant utilitatem, licet ea quæ præcedunt & conſequuntur, aut nihil omnino faciant ad rem, aut reclament quoque. Quod quidem faciunt tam felici impudentia, ut ſæpenumero theologis inuideant iureconſulti. Quid enim

*lus aſſeruit, Ignoto deo, ſed ita, Dijs Aſiæ, & Europæ, & Aphricæ, dijs ignotis & ꝑegrinis. Verũ q͏a Paul⁹ nõ pluribus dijs indigebat ignotis, ſed uno tantũ ignoto deo ſingulari uerbo uſus eſt, ut doceret illũ ſuum eſſe deum, quẽ Athenienſes in aræ titulo prænotaſſent, & recte eum ſcientes, colere deberent, quẽ ignorantes uenerabantur, & neſcire non poterant. οἱ τῶν θεολόγων παῖδες.) Id eſt, theologorum filij, hoc eſt, ipſi theologi. Alluſit enim ad Lucianũ, qui ἰατρῶν παῖδας, id eſt, medicorũ filios, ſæpicule ipſos ἰατροὺς, id eſt, ipſos medicos uocauit. Iureconſulti.) Nam uulgo iureconſultorũ mos eſt ea citare, quæ nihil ad rẽ faciũt, cũ putẽt pulchrũ eſſe, q̃plurima, & ſi his nullus loc⁹ eſt, inculcare.*

Quos

enim illis iam non ſuccedat, poſteaꝗ̃ magnus ille, penè nomen effutiueram, ſed rurſus metuo Græcum prouerbium, ex Lucæ uerbis ſententiam expreſſerit, tam conſentaneam animo Chriſti, quàm igni cũ aqua cõuenit. Etenim cum immineret extremũ periculum, quo tempore ſolent boni clientes maxime ſuis adeſſe patronis, & quanta ualẽt ope συμμαχεῖν, Chriſtus hoc agens, ut omnem huiuſmodi præſidiorũ fiduciam eximeret ex animis ſuorum, percontatus eſt eos, nũ qd rei defuiſſet uſꝗ̃, cum illos emiſiſſet, adeo non inſtructos uiatico, ut nec

*Quos theologi noſtri adeo imitantur, ut etiam uincant.*

*Magnus ille.)* Ni*colaũ de* Lyra *intelligit, qui ſcribẽs ſup* Lucam, *dicit, per gladium, quem Chriſtus uoluerit emi, intelligendam eſſe moderatã defenſionẽ. Quaſi uero Chriſtus prioris doctrinæ pœnitudine ductus, qua toties docuit, beatos eſſe qui perſecutionẽ paterentur propter iuſticiã, item cæſum unã maxillam debere præbere alterã, iam mortem perpeſſurus, oſtenſurusq; eam contemnendã, reprehendensq;* Petrum, *quod ſe gladio tueri pararet, iã inquam, ipſos apoſtolos ad arma uocaret, hortareturq; eos tãꝗ̃ milites mũdanos, armata manu prædicare euangeliũ.* *Quàm igni cũ aqua conuenit )* Nam *quẽadmodũ ignis & aqua ſunt contraria, ſic Chriſtus & mundus, doctrinaq; Chriſti, & mundi opinio.* Mundus *plenus eſt opinionibus corruptis, Chriſtiq; doctrinæ contrarijs.* Quo*circa Chriſtus uenit in mũdũ, ut euulſis corruptis illis opinionibus*

Lyranus.

ut nec calceis muniret aduerſus ſpinarum & ſaxorum iniuriam, nec peram adderet, aduerſus famem. Vbi negaſſent defuiſſe quicquã, adiecit. Sed nunc, inquit, qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram: & qui non habet, uendat tunicam ſuam, & emat gladiũ. Cum tota Chriſti doctrina, nihil aliud inculcet, quàm mãſuetudinem, tolerantiam, uitæ contemptum, cui non perſpicuũ ſit, quid hoc loco ſentiat? nempe ut magis etiã exarmet ſuos legatos, ut nõ tantum calceos negligant & peram, uerum & tunicam inſuper abijciant, nudiq; & prorſus expediti, munus euangelicum aggrediantur, nihil ſibi parent, niſi gladium, non iſtũ quo graſſantur latrones, & parricidæ.

*nionib⁹ inſereret nouas, mundo inauditas. Siquidem Chriſtus ſuos uoluit eſſe diuites, non uariarũ rerum affluentia, & copia, ut mundus, ſed omnium contemptu ſuos uoluit eſſe fortes, non robore corporis & armis, ſed mortis contemptu, ſuos denique beatos exilio, carceribus, perſecutiõibus, & morte. At neoterici iſti Theologi, uolentes mundum Chriſto cõiungere, eaq; Chriſtiana ducentes, quæ à ꝙ plurimis, hoc eſt mundo fiunt uoluptates, bellum, arma, duas ueſtes, oĩa deniq; mundana, modo temperata ſint, ut ipſi dicunt cõcedunt. συμμαχεῖν.) .i. alijs in bello adeſſe, σύμμαχος ſoci⁹ belli dicitur, & συμμαχία cõfœderatio belli illius, quod alijs infertur, quemadmodum ἐπιμαχία ſocietas ſubſidiaria eſt quo inuadentes ſolum repelluntur. Vnde*

*Thucydides*

parrcidæ, ſed gladiũ ſpiritus, in intimos quoq; pectoris ſinus penetrantem, qui ſemel affectus omneis ſic amputat, ut nihil iam illis cordi ſit, præter pietatem. At uidete, quæſo, quorſum hæc torqueat celebris ille theologus. Gladiũ interpretatur defenſionẽ aduerſus perſecutionem, ſacculum ſufficiẽtem commeatus prouiſionem, perinde quaſi Chriſtus cõmutata in diuerſum ſententia, quod oratores ſuos parum βασιλικῶς inſtructos emiſiſſe uideretur, ſuperioris inſtitutionis palinodiã canat, Aut uelut oblit⁹ quod dixerat, beatos fore, cum probris, contumelijs & ſupplicijs afficerẽtur

*Thucydides in primo dixit.* κερκυραίους καὶ ἀθηναίους συμμαχίαν μὲν οὐ ποιήσασθαι, ἐπιμαχίαν δὲ. *id eſt, Corcyrenſes & Athenienſes cõfœderationem belli non inijſſe, ſed ſubſidiariã ſocietatem. Sed gladium ſpiritus.) Sic diuus Ambroſius, ſcribens ſuper Lucã, ait, Eſt gladius ſpiritalis, ut uendas patrimoniũ, emas uerbũ, quo nuda mẽtis penetralia ueſtiuntur. Eſt etiã gladius paſſionis, ut exuas corpus, & immolatæ carnis exuuijs ematur tibi ſacri corona martyrij, quod ex benedictionibus dominicis colligere potes, qui ſummam omnium coronarum, ſi quis perſecutionem patiatur pro iuſticia prædicauit.* βασιλικῶς.) *id eſt, regaliter & magnifice, quo uerbo ſæpe utitur Lucianus. Beatos fore.) Retulit uerba Matthæi, ex capite quinto, Beati eſtis, cum maledixerint uobis homines &c. Quo loco Chriſtus dimiſſa turba ſedẽs in monte, diuina illa ſuæ doctrinæ ora*

 *cula*

afficerentur, ꝓhibens ne quã do reſiſterent malo, mites eñ beatos eſſe, non feroces, oblitus quod illos ad paſſerum, & liliorum exemplum uocarit, nũc adeo noluerit eos abſque gladio proficiſci, ut cum uel tunica diuendita iubeat emi, malitq́ nudos ire, quàm non accinctos ferro. Ad hæc quemadmodũ gladij nomine contineri putat, quicquid ad depe-

*cula diſcipulis ſuis, hoc eſt, Chriſtianis prodidit. Quæ mirũ quàm nunc à Chriſtianorum uulgo negliguntur, imò penè ridentur. Prohibens ne quando.) Eſt apud Matthæum eodem capite, Ego aũt dico uobis, non reſiſtere malo, ſed ſi qs percuſſerit te in dexteram maxillam tuã præbe ei & alterã. Et ei, qui uult tecũ cõtendere in iudicio & tunicam tuã tollere, dimitte illi & pallium &c. Cũ addit ego dico, declarat hanc eſſe peculiarẽ ſuam doctrinã, nec à Moyſe traditã nec ab ullo philoſophorũ, ſed quã ſequi debeãt, q uideri uelint diſcipuli Chriſti. Sed indignũ eſt, hæc uel irrideri uel coactis interpretationibus deprauari ab his, qui ſe maxime Chriſtianos uideri uolunt. Nam non aſſequi, imbecillitatis eſt humanæ. irridere uero, ſũmæ impietatis. interpretatiõe deprauare, fraudulẽtiæ cũ impietate cõiũctæ. Quod aũt ait, nõ eſſe reſiſtẽdũ malo, nõ ſic accipiendũ, ut nõ admoneãtur, aut increpẽtur, q ſcelerate agũt, cũ id & Chriſt⁹ fecerit, & apoſtoli, ſed ne malũ repellamus malo, quẽadmodũ uulgus facit, hoc eſt, uim ui, ferrũ ferro, iniuriã iniuria, calũniã calũnia. Mites enim eẽ beatos.) Eodẽ eſt loco. Ferox ꝓprie dicitur anĩo elato, & parat⁹ ad retaliãdã cõtumeliã. Qđ illos ad paſſerũ)*

ad depellēdam uim pertinet ita marſupij titulo complecti tur, quicquid ad uitæ ꝑtinet neceſſitatem. Atq; ita diuinæ mētis interpres apoſtolos lanceis, baliſtis, fundis, & bombardis inſtructos educit ad prædicationem crucifixi. Loculis item, uidulis, & ſarcinis onerat, ne forte non liceat illis è diuerſorio diſcedere, niſi impranſis. Nec uel illud commouit hominē, quod enſem, quem tātopere iuſſerat emi, mox idem obiurgans iubeat recondi, quodq; nunq̃ fando ſit auditum, apoſtolos enſibus aut clypeis uſos aduerſus uim ethnicorū, utiq; uſuros, ſi Chriſtus hoc ſenſiſſet, quod

*illos ad paſſerum.)* Hoc eſt *Matthæi ſexto.* Diuinæ *mētis interpres.)* ἐιρωνικῶς, *cum commentū illius ſit à diuina mēte alieniſſimū.* Edu*cit.)* Apto *uſus eſt uerbo, nam miles ꝓprie dicitur educi in aciem pugnaturus.* Crucifixi.*)* Em*phaſis eſt in nomine crucifixi, qđ minime cōueniat, eum qui ad crucem uſq; perpeſſus eſt omnia ſuos diſcipulos, quos utiq; ſui imitatores eſſe iubet, latronum armis inſtructos, ad prædicationem euangelij iubere proficiſci.* V*idulis.)* V*idula ſcriniola dicuntur corio obtecta.* Nec *uel illud cōmouit.)* Notat *interpretis ſtulticiam, cum non uiderit, ſuum commentum non cohærere cum uita apoſtolorum.* Etenim *ſi* Chriſtus *hoc ſenſit, quod ille interpretatur, impij fuerūt apoſtoli, qui magiſtri præceptum tantopere neglexerunt, ut nunq̃ uel pugionem habuiſſe legantur ad ſui defenſionē.*

*Vidula.*

quod hic interpretatur. Eſt alius, quem honoris cauſa nō nomino, haud quaq; poſtremi nominis, qui è tentorijs, quorum meminit Habacuk, turbabuntur pelles terræ Madian, pellem fecerit Bartholomæi excoriati. Ipſa nuper interfui diſſertationi theologicæ, nam id facio frequenter. Ibi cum quiſpiam exigeret, quæ tandem eſſet diuinarū literarum autoritas, quæ iuberet hæreticos incendio uinci, magis quàm diſputatione reuinci, Senex quidā ſeuerus, & uel ſupercilio teſte theologus, magno ſtomacho reſpōdit, hanc legem tuliſſe Paulū apoſtolū,

Feſtiua fabella de theologo.

*defenſionem. Eſt alius.) Quantum memini, eſt inter ſermones dictos Iordani. Nā ille deceptus uocabulo pelliū, quo hiſtorici pro caſtrēſibus tentorijs utuntur, quod olim è pellibus ſoleant confici tabernacula, pro cute humana interpretatur, præſertim cū illa ipſa Bartholomæi hiſtoria parum obtineat autoritatis.*

*Ipſa nuper interfui.) Facete ſignificat theologorū quorundam diſputationes non carere ſtulticia. Quæ tandem eſſet.) Antiquitus deploratorum hæreticorum extrema pœna erat, ut excluderentur à cōmunione Chriſtianorum, ſi reuicti diſputatione, nollent mutare ſententiam. Deinde acceſſit imperatorum autoritas, & metu ſupplicij cœperūt compelli, nūc nec audiuntur ſæpenumero, nec redarguuntur. Sed duntaxat iudicantur, & incendio puniuntur. Vel ſupercilio teſte.) Quaſi nihil haberet theologi, præter ſupercilium, & uul*

apoſtolum, qui dixerit, Hæreticum hominē poſt unam & alteram correptionem deuita. Cumq́ʒ ea uerba identidē intonaret, & pleriq́ʒ demirarentur quid accidiſſet homini, tandem explanauit, de uita tollendum hæreticum. Riſere quidam, nec deerant tamen quibus hoc cōmentum planè theologicū uideretur, cæterum reclamantibus etiānum nonnullis, ſucceſſit τενέδιος, quod aiunt, συνήγορος & autor irrefragabilis, Accipite rem, inquit, Scriptum eſt, maleficum ne patiaris uiuere omis hæretic⁹ maleficus ergo &c.

& uultus truculentiā. Dixerit Hæreticum hominem) Eſt ad Titum cap. tertio. Nec illic agit Paulus de his hæreticis, quos nos uulgo uocamus, ſed de contentioſis diſputatoribus, qui de nugis magnas excitant diſputationū tragœdias. Quid accidiſſet homini.) Ita loquūtur, cum ſignificant inſaniam, aut rem uehemēter nouam, quod Græci ſignificātius τί ἔπαθεν. De uita tollendū hæreticum.) Adeo craſſus erat iſte theologus, ut non intellexerit deuita uerbum eſſe, à deuitādo, ſed præpoſitionem cum hoc nomine uita. τενέδιος συνήγορος) Id eſt, Tenedius patronus, dicitur is, qui cōpendio cauſam expedit, litisq́; nodum ocyus diſſecat. Ductum à Tenedia ſecuri, quæ protinus calumniæ conuictum diſſecare ſolita fuit, de qua plura in Chiliadib⁹. Ergo &c.) Ridet frigidos theologorū ſyllogiſmos in rebus tā ſerijs. Itum eſt pedibus.) Ire pedibus in ſententiā, eſt approbare quod

&c. Mirari quotquot aderāt, hominis ingeniū, & in eam ſententiam itum eſt pedibus, & quidem peronatis. Neque cuiq; uenit in mentem legem eam ad ſortilegos & incanta/tores, ac magos attinere, quos Hebræi ſua lingua uocant מכשפים. alioqui fornicatio/nem & ebrietatē capite puni re oportuit. Verum hæc ſtul te perſequor, tam innumera, ut nec Chryſippi, nec Didy/mi uoluminibus omnia con/p̄hēdi poſſint. Illud dūtaxat admonitos uolebā, cū hæc di uinis illis magiſtris licuerint, mihi

*re quod alij dixerint facete uero addidit, & quidem perona/tis, quod Pero genus ſit calciamenti ruſti cani. מכשפים, id eſt, magicos, כשת enim, id eſt, incanta/uit, uerbū eſt, à quo per præpoſitionem מ denominatiuum מכשת, id eſt, incā tator, ſiue magus, ſi cut à לאר, id eſt, nunciauit, מלאר, id eſt, angelus, In He bræo autem non ha/betur ſic, ſicut ci/tauit ſuperciliosſus ille theologus, ſed Exodi xxij. ſcriptum eſt מכשפת לא תחית, id eſt, incantatrix nō uiuat. ubi מכשפת po nitur in fœminino genere, quod interpretes Hebræi idcir/co factum eſſe dicunt, quod mulierculæ, & præcipue ani/culæ plus hac peſte infectæ ſunt, quàm uiri, ut etiam nos nimis ſæpe in Germania noſtra uidemus. Nec Chryſip pi, nec Didymi.) Chryſippus philoſophus de Dialecticis infinita conſcripſit uolumina, plena friuolis argutijs. Di/dymus Grammaticus, mille conſcripſit libros, miſer, ſi tan tum*

Didymus.

mihi quoq; planè συκίνῃ θεολόγῳ, par eſt dare ueniam, ſi minus omnia ad amuſſim citauero. Nunc tandem ad Paulum redeo. Libenter, inquit, fertis inſipientes, de ſeſe loquens. Et rurſum, uelut inſipientem accipite me. Et non loquor ſecũdum deũ, ſed quaſi in inſipientia. Rurſus alibi: Nos, inquit, ſtulti propter Chriſtum. Audiſtis à quãto autore quanta ſtulticiæ præconia. Quid, quod idem palàm ſtulticiã præcipit, ut rem in primis neceſſariam, & oppido ſalutarem. Qui uidetur eſſe ſapiens inter uos, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens. Et apud Lucam, duos diſcipulos, quibus ſe iunxerat in uia Ieſus, ſtultos appellat. Illud haud ſcio, an mirum uideatur, cum deo quoque nonnihil ſtulticiæ tribuit diuin⁹ ille Paulus: Quod ſtultum eſt, inquit, dei, ſapientius

*tum uoluminum fuiſſet euoluendum, ut ſcripſit Seneca.* Συκίνῃ θεολόγῳ.) *Id eſt, ficulnæ theologo. Veteres quicquid effœminatum contemptumq́; uideri uellent, ficulnum appellabant. Vnde prouerbium,* συκίνη ἐπικουρία, *id eſt, ficulnũ auxilium,* σύκινος ἀνήρ, *id eſt, ficulnus uir.* *Libenter, inquit, fertis.*) *Eſt ad Corinthios ſecũda, capite undecimo.* *Nos, inquit, ſtulti.*) *Eſt ad Corinthios prima, cap. quarto.* *Qui uidetur eſſe.*) *Eſt in prima ad Corinthios, capite tertio.* *Et apud Lucam.*) *Eſt Lucæ uigeſimo quarto.* *Quod ſtultum eſt, inquit.*) *Eſt prima ad Corinthios, capite primo. Non quod ſit aliquod ſtultum in deo,*

entius eſt hominibus. Porrò Origenes interpres obſiſtit, quo minus hanc ſtulticiam ad hominũ opinionem poſſis referre: quod genꝰ eſt illud, uerbum crucis pereuntibus quidem ſtulticiam. Sed quid ego fruſtra anxia, tot teſtimonijs hæc docere pergo, cũ in pſalmis myſticis palam ipſe Chriſtus loquatur patri, Tu ſcis inſipientiam meam? Neq; uero temere eſt, quod deo ſtulti tam impenſe placuerunt: opinor propterea, quod quēadmodum ſummi principes nimium cordatos ſuſpectos habent, & inuiſos, ut Iulius Brutum & Caſſiũ, cum ebrium Antoniũ nihil metueret, utq; Nero Senecam, Dionyſius Platonem, contra craſſioribus, ac ſimplicioribus

*ſed qđ infima pars ſapientiæ diuinæ ſuperat ſummã hominum ſapientiam. Quod genus eſt illud.) Eſt ad Corinthios prima, capite primo. Tu ſcis inſipientiam meã.) Facete detorquet hoc ad ſuũ commodum. Quanꝗ Chriſtus illic loquitur ſub perſona ſuorum membrorum. Impẽſe.) Id eſt, ualde, quod & impendio dicũt. Iulius Brutum.) Nam Brutus & Caſſius conſpirauerunt in Cæſarem. Is cũ admoneretur, ut caueret ab Antonio, reſpondit, ſe nihil metuere craſſos illos & ebrios, ſed potius pallidos & ſobrios, Brutũ & Caſſium ſignificans. Nero Senecam)*

Seneca. *Seneca præceptor Neronis, ab eo iuſſus eſt mori, non ob aliud, niſi quod aliquoties liberius admoneret, quid deceret imperatorem facere. Dionyſius Platonem.) Plato*

hoc

ciroibus ingeniis delectantur, itidem Chriſtus σοφοὺς iſtos, ſuæq́ʒ nitentes prudentiæ ſemper deteſtatur, ac damnat: teſtat̃ id Paulus haud quaq́ʒ obſcure, cum ait, Quæ ſtulta ſunt mundi elegit deus, cumq́ʒ ait deo uiſum eſſe, ut per ſtulticiã ſeruaret mundum, quandoquidem per ſapientiã reſtitui non poterat. Quin ipſe idem ſatis indicat, clamãs per os prophetæ. Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentiũ reꝓbabo. Rurſum cũ agit gratias, quod ſalutis myſteriũ celaſſet ſapiẽtes, paruulis autẽ, hoc eſt, ſtultis aperuiſſet. Nã Græce pro paruulis eſt νηπίοις, quos oppoſuit σοφοῖς. Huc pertinet quod paſſim in euangelio Phariſæos & ſcribas, ac legum doctores inceſſit, uulgus indoctum ſedulo tuetur. Quid enim aliud eſt, uæ uobis ſcribæ & phariſæi, quàm uæ uobis ſapientes? At paruulis, mulieribus, ac piſcatoribus potiſſimum delectatus eſſe uidetur. Quin & ex animantium brutorum genere ea potiſſimum placent Chriſto, quæ à uulpina prudẽtia

*hoc animo nauigauit ĩ Siciliã, ut Dionyſium regẽ traheret ad ſtudium philoſophiæ. Sed apud impotentem iuuenẽ plus ualuerunt adulatorũ uoces, quàm ſanctiſſimi philoſophi monita.* *Quæ ſtulta.)* *Eſt ad Corinthios prima, capite primo.* *Vt per ſtulticiam.)* *Eſt eodẽ capite.* *Perdam ſapientiam.)* *Paulus citat ex Eſaia propheta, ad Corinthios prima, capite primo.*

*Columbæ*

quàm

quàm lõgiſſime abſunt. Eoq́ꝫ aſino maluit inſidere, cũ ille, ſi libuiſſet, uel leonis tergum impune potuiſſet premere. Ac ſpiritus ille ſacer in columbæ ſpecie delapſus eſt, non aquilæ aut miluij. Præterea ceruorum, hinnulorũ, agnorum crebra paſſim in diuinis literis

Columba.

*Columbæ ſpecie) Hæc auis adeo ſimplex eſt, ut Chriſtus uoluerit apoſtolos ſuos harum ſimplicitatem æmulari, cũ ait,* γίνεσθε ἀκέραιοι ὡς περιστεραί, *id eſt, Sitis ſimplices ſiue ſynceri, ut columbæ. Ad hæc pudicitia columbis prima, & neutri nota adulteria, coniugij fidem non uiolant, cõmunemq́; ſeruant domũ. Niſi cœlebs, aut uidua, domũ nõ relinquit. Et imperioſos mares, ſubinde etiam iniquos ferunt, ut Plinius ſcribit libro decimo. Ariſtoteles hiſtoriæ animalium libro nono, de columbis loquens, diàt,* οὔτε συνδυάζεσθαι θέλουσι πλείοσι, οὔτε προαπολείπουσι τὴν κοινωνίαν πλὴν ἐὰν χῆρος ἢ χήρα γένηται. ἔστι δὲ περὶ τὴν ὠδῖνα δεινὴ ἡ τοῦ ἄῤῥενος θεραπεία, καὶ συναγανάκτησις, *id eſt, neq; cum pluribus coire uolunt, neq; coniugiũ relinquũt, niſi cœlebs aut uidua. Eſt autem circa partum grauis maſculi cura, fœminæq́; condolet.*

Aquila.

*Aquilæ.) Plinius in decimo, & Ariſtoteles in nono, uaria ponũt aquilarũ genera, quibus ferè omnibus commune eſt, rapto uiuere: ſunt enim omnes ex* γαμψωνύχων *genere.*

Ceruus.

*Ceruorum.) Plinius libro octauo de ceruis loquens, ait, cæterũ animal ſimplex, & omniũ rerum miraculo ſtupens, intantum, ut equo, aut bucula accedente propius, hominem iuxta uenantem non cernant, aut ſi cernant, arcum ipſum, ſagittasq́; mirentur.*

literis mentio. Adde quod ſuos ad immortalem uitam deſtinatos, oues appellat. Quo quidẽ animante nõ eſt aliud inſipientius, uel Ariſtotelico prouerbio teſte, προβάτειον ἦθος, quod quidẽ admonet, ab eius pecudis ſtoliditate ſumptum in ſtupidos & bardos, conuicij loco dici ſolere. Atqui

*mirentur*. *Ariſtoteles quoq; libro hiſtoriæ animaliũ nono, horum ſimplicitatẽ indicat, cum ait,* ἁλίσκονται δὲ θηρευόμεναι αἱ ἔλαφοι συριττόντων καὶ ᾀδόντων, ὥστε καὶ κατακλίνονται ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. δυοῖν δ' ὄντων ὁ μὲν φανερῶς ᾄδει ἢ συρίττει, ὁ δ' ἐκ τοῦ ὄπισθεν βάλλει, ὅταν οὗτος σημαίνῃ τὸν καιρόν, *id eſt, capiuntur autẽ cerui uenatoribus ſibilantibus & canentibus, mulcentur enim, alliciunturq; ea uoluptate. Duobus autem exiſtentibus, alter quidem palàm canit aut ſibilat, alter clàm ferit, ubi iſte ſignificarit opportunitatem. Oues appellat.) Vt Matthæi decimo,* ἰδοὺ *inquit Chriſtus,* ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων, *id eſt, Ecce mitto uos ſicut oues in medio luporum.* προβάτειον ἦθος.) *Id eſt, ouis mores. Ariſtoteles hiſtoriæ animalium libro nono, ſic ait,* τὰ δὲ ἤθη τῶν ζώων ὥσπερ εἴρηται πρότερον, διαφέρει κατά τε δειλίαν καὶ πραότητα, καὶ ἀνδρείαν καὶ ἡμερότητα καὶ νοῦν τε καὶ ἄγνοιαν. τό, τε γὰρ τῶν προβάτων ἦθος ὥσπερ λέγεται εὔηθες καὶ ἀνόητον, πάντων γὰρ τῶν τετραπόδων κάκιστόν ἐστι, καὶ ἕρπει εἰς τὰς ἐρημίας πρὸς οὐδέν, καὶ πολλάκις χειμῶνος ὄντος ἐξέρχεται ἔνδοθεν, καὶ ὅθεν ὑπὸ τοῦ νιφετοῦ ληφθῶσιν, ἂν μὴ κινήσῃ ὁ ποιμὴν, οὐκ ἐθέλουσιν

σιν

Atqui huius gregis Chriſtus ſeſe paſtorē profitetur, quin etiam ipſe agni nomine delectatus eſt, indicāte eum Ioanne, Ecce agnus dei: cuius multa fit & in Apocalypſi mētio. Hæc quid aliud clamitāt, niſi mortaleis omneis ſtultos eſſe etiā pios? ipſum quoqꝫ Chriſtum, quo ſtulticiæ mortaliū ſubueniret, cū eſſet ſapientia patris tamen quodammodo ſtultum

NB

*σιν ἀπιέναι, ἀλλ' ἀπόλλυνται καταλειπόμενα, ἐὰν μὴ ἄῤῥενας κομίσωσιν οἱ ποιμένες, τότε ἀκολουθοῦσι, id eſt, mores autem animalium, quemadmodū dictū eſt prius, differunt ſecundum timiditatem, & manſuetudinem, & fortitudinem, & mentem, & dementiam.* Etenim *ouiles mores, ſicut dicitur, ſtulti & amentes ſunt.* Omnium *enim quadrupedum, ouis genus ineptiſſimum eſt.* Et *repit in deſerta ſine cauſa, & ſæpe, hyemeq; ſæuiente, egreditur ſtabulo, & quando à niue comprehenſum fuerit, niſi mouerit paſtor, non uult abire.* Cæterum *perit relictum, niſi mares portauerint paſtores, ita enim ſequitur reliquus grex.* Ecce *agnus dei.* ) Eſt Ioannis *primo.* In *Apocalypſi.* ) Capitibus *quinto, ſexto, & ſeptimo.* Etiam *pios.* ) Nam *pij & uere Chriſtiani, dum diuitias, uoluptates, gloriam, formam, ſanitatem, & alia id genus bona, quæ huius mūdi ſapientes tantum non adorant, contemnunt, & ut* Chriſtū *lucrifaciant, tanquam ſtercora reputant: dumq; cōtemplatione, inedijs, & perſequutione ſaginantur, ſtulti huius mundi ſapientibus habentur.* Sapientia *patris.* ) Paulus *prima ad* Corinthios *primo, uocat* Chriſtum *dei uirtutem, & dei ſapientiam.*

ſtultum eſſe factum, cum hominis aſſumpta natura, habitu inuētus eſt ut homo: quēadmodū & peccatum factus eſt, ut peccatis mederetur. Neq; alia ratione mederi uoluit, quàm per ſtulticiam crucis, per apoſtolos idiotas, ac pingues: quibus ſedulo ſtulticiam præcipit, à ſapientia deterrens, cum eos ad puerorū, liliorum, ſinapis, & paſſerculorum exemplum prouocat, rerum ſtupidarū ac ſenſu carentiū, ſoloq; naturæ ductu, nulla

*pientiam. Stultū eſſe factum.)* Non quod in Chriſto ſit ulla ſtulticia, ſed quod hominē aſſumpſit, & humana natura, quantumuis ſapit, ad deū collata, ſtulta eſt, ſicut oīs hominis iuſticia ad deum comparata, iniuſticia eſt. *Habitu inuentus eſt ut homo.)* Ad Philippenſes ſecundo. *Et peccatum factus eſt.)* Sic Paulus ait ſecunda ad Corinthios quinto: Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos eſſemus iuſticia in ipſo. *Quam per ſtulticiam crucis.)* Sic Paulus prima ad Corinthios primo: Nam quia in dei ſapientia non cognouit mūdus per ſapientiam deum, placuit deo per ſtulticiam prædicationis, ſaluos facere credentes. *Ad puerorū.)* De pueris habetur Matthæi decimooctauo, ubi ueritas dicit: Amen dico uobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnū cœlorum. Et Lucæ decimooctauo: Quicunq; non acceperit regnū dei ſicut puer, non intrabit in illud. De lilijs, Matthæi ſexto. De ſinapi, Matthæi & Lucæ decimoſeptimo. De paſſerculis ſiue uolucribus cœli, Matthæi ſexto.

nulla arte, nulla ſollicitudine, uitam agentium. Præterea cũ uetat eſſe ſollicitos, qua eſſet apud præſides oratiõe uſuri, cumq́ interdicit, ne ſcrutent̄ tẽpora uel momenta tẽporũ, uidelicet, ne quid fiderẽt ſuæ prudentiæ, ſed totis animis ex ſe penderent. Eódem pertinet, quod deus ille orbis architectus interminatur, ne quid de arbore ſcientiæ degustarent, perinde quaſi ſcientia felicitatis ſit uenenũ. Quanq́ Paulus aperte ſcientiam, ueluti inflantem & perniciosam improbat. Quem diuus Bernardus opinor ſequutus, montem eum in quo lucifer ſedẽ ſtatuerat, ſciẽtiæ montẽ interpretatur. Fortaſſe nec illud omittendũ uideat̄ argumentũ, gratioſã eſſe apud ſuperos ſtulticiã, quod huic ſoli datur erratorũ uenia, ſapienti non

*ſexto.* Præterea *cum uetat eſſe.)* Eſt *Lucæ duodecimo: Cum autẽ inducent uos in ſynagogas, & ad magiſtratus & poteſtates, nolite ſolliciti eſſe, qualiter aut quid reſpondeatis, aut dicatis: Spiritus enĩ ſanctus docebit uos ĩ ipſa hora.* Cumq́; *interdicit.) Vt Actuum primo: Non eſt ueſtrũ noſſe.* Ne qd *de arbore ſciẽtiæ.)* Eſt Ge*neſeos ſecundo, ubi deus ad ipſam* πρωτόπλαστον *dicit,*

מכל עץ הגן
אכל תאכל׃
ומעץ הדעת
טוב ורע לא
תאכל ממנו׃

*id eſt, Ab omni arbore paradiſi comedes, & ab arbore ſciẽtiæ boni & mali nõ comedes ab ea.* Improbat.) *Cũ ait prima ad Corinthios octauo,* ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δ' ἀγάπη οἰκοδομεῖ, *id eſt,*

*Scientia*

non ignoſcitur, unde qui ueniam orant, etiam ſi prudentes peccauerint, tamen ſtulticiæ prætextu patrocinióque utuntur. Nam ſic Aaron uxoris pœnam deprecatur in Numerorum, ſi ſatis cōmemini, libris. Obſecro domine mi, ne imponas nobis hoc peccatū, quod ſtulte commiſimus. Sic & Saul apud Dauid culpam deprecatur, Apparet enim, inquiēs, quod ſtulte egerim. Rurſum ipſe Dauid ita blandit domino, Sed precor domine, ut transferas iniquitatē ſerui tui, quia ſtulte egimus: perinde quaſi non impetraturus ueniā, niſi ſtulticiam & inſcitiam obtenderet. Sed illud acrius urget, quod Chriſtus in cruce, cum oraret pro ſuis inimicis. Pater ignoſce illis: non aliam prætexuit excuſationem, quàm imprudentiæ, quia neſciunt, inquit, quid faciant. Ad eundem modum Paulus ſcribens ad Timotheum, Sed ideo miſericordiam dei conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate. Quid eſt, ignorans feci, niſi ꝑ ſtulticiam feci, non maliciam? Quid eſt, ideo miſericordiam conſecutus ſum, niſi nō conſecutus, ni ſtulticiæ patrocinio commendatus? Pro

*Scientia inflat, charitas autē ædificat.*

*Obſecro domine.*) Eſt *Numerorū duodecimo.* *Apparet enim quod.*) Eſt *primi Regum capi. xxvi.* *Sed precor domine.*) *Eſt ſecundi Regū, capite xxiiij.*

*Pater ignoſce illis*) *Eſt Lucæ. xxiiij.*

*Sed ideo.*) Eſt *ad Timotheum primæ, capite primo.*

*Deli*

*mo. Delicta iuuentutis.) Eſt pſalmo uigeſimo quarto. Et decore Moriæ affinxit obliuionem.*

*Muſto*

nobis facit & myſticus ille pſalmographus, qui ſuo loco non ueniebat in mentem, De licta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Audiſtis quæ duo prætexat, nimirum ætatem, cui ſemper comes eſſe ſoleo, & ignorantias, idq; nũero multitudinis, ut ingentem ſtulticiæ uim intelligeremus. Ac ne quæ ſunt infinita perſequar, utq; ſũmatim dicam, uidetur omnino Chriſtiana religio quandam habere cum ſtulticia cognationẽ, minimeq; cum ſapientia conuenire. Cuius rei ſi deſideratis argumẽta, primum illud animaduertite, pueros, ſenes, mulieres, ac fatuos ſacris ac religioſis rebus præter cæteros gaudere, eóq; ſemper altaribus eſſe proximos, ſolo nimirum naturæ impulſu. Præterea uidetis primos illos religionis autores, mire ſimplicitatem amplexos, acerrimos literarum hoſtes fuiſſe. Poſtremo nulli moriones magis deſipere uidentur, quàm hi, quos Chriſtianæ pietatis ardor ſemel totos arripuit: adeo ſua profundunt, iniurias negligunt, falli ſeſe patiuntur, inter amicos & inimicos nullũ diſcrimen, uoluptatem horrent, inedia, uigilia, lachrymis, laboribus, contumelijs ſaginantur, uitã faſtidiunt, mortẽ unice optant, breuiter ad oẽm ſenſum communem prorſus obſtupuiſſe uidentur, perinde quaſi alibi uiuat animus, non in ſuo corpore.

corpore. Quod quidē quid aliud eſt, q̄ inſanire? Quo minus mirū uideri debet, ſi apoſtoli muſto temulenti ſunt uiſi, ſi Paulus iudici Feſto uiſus eſt inſanire. Sed poſteaq̄ ſemel τὴν λεοντῆν induimus, age, doceamus & illud, felicitatem Chriſtianorum, quam tot laboribus expetunt, nihil aliud eſſe, quàm inſaniæ, ſtulticiæq̄ genus quoddā, abſit inuidia uerbis, rem ipſam potius expendite. Iam primum illud propemodum Chriſtianis conuenit cum Platonicis, animū immerſum alligatūq̄ eſſe corporeis uinculis, huiuſq̄ craſſitudine præpediri, quo minus ea, quæ uere ſunt, cōtemplari, fruiq̄ poſſit. Proinde philoſophiā definit eſſe mortis

*Muſto temulenti ſunt.*) Eſt hoc *Actuum apoſtolorū cap. ſecundo.* *Si Paulus iudici Feſto.*) Eſt *actuum Apoſtolorū uiceſimoſexto, ubi Paulo narranti quo pacto ad Chriſtum tractus fuiſſet, & q̄obrem ſibi Iudæi infeſti eſſent, magna uoce dixit Feſtus iudex, Inſanis Paule, multæ te literæ ad inſaniam conuertunt.* τὴν λεοντῆν.) *id eſt, Leonis exuuium, quo ſignificatur perſona magnifica aſſumpta ab homine humili, ſumptum ab aſino illo fugitiuo, qui apud Cumanos aliq̄diu ſe geſſit pro leone. Vnde etiam ortum eſt illud prouerbium* ὄνος παρὰ κυμαίοις, *id eſt, aſinus apud Cumanos, in indoctos aſinos, qui tamen aliquando apud ignotos habentur propter cultum in precio.* *Proinde philoſophiam.*) *Sic ait in Phædone,* κινδυνεύουσι γὰρ ὅσοι τυγχάνουσιν ὀρθῶς ἁπτόμενοι φι-

mortis meditationẽ, quod ea mentẽ à rebus uiſibilibus, ac corporeis abducat, quod idẽ uti q̃ mors facit. Itaqꝫ q̃diu animus corporis organis ꝓbe utitur, tam diu ſanus appellat̃. Verum ubi ruptis iam uinculis, conatur in libertatẽ aſſerere ſeſe, quaſiqꝫ fugã ex eo carcere meditatur, tum inſaniam uocant. Id ſi forte contingit morbo, uitioqꝫ organorum, prorſus omnium conſenſu inſania eſt. Et tamen hoc quoqꝫ genus hominũ uidemus futura prædicere, ſcire linguas, ac literas, quas antea nunq̃ didicerant, & omnino diuinum quiddam præ ſe ferre. Neqꝫ dubium eſt id inde accidere quod mens à contagio corporis paulo liberior incipit natiuam ſui uim exerere. Idem arbitror eſſe in cauſa, cur laborantibus uicina morte ſimile quiddam ſoleat accidere

λοσοφίας, λεληθέναι τοὺς ἄλλους, ὅτι οὐδὲν ἄλλο αὐτοὶ ἐπιτηδεύουσιν, ἢ ἀποθνήσκειν τε καὶ τεθνάναι, *id eſt, Quicunqꝫ recte philoſophiam attigerunt, uidentur latuiſſe cæteros homines, qđ nihil aliud ipſi ſtuderẽt quàm emori eóſque mortuos eſſe.*

*Idem arbitror eſſe in cauſa.)* Socrates *in* Apologia *ſua, cũ iam damnatus eſſet, moriturusqꝫ, ſic ad* Athenienſes, *qui eũ damnauerunt ait,* τὸ δὴ μετὰ τοῦτο ἐπιθυμῶ ὑμῖν χρησμῳδῆσαι, ὦ καταψηφισάμενοί μου, καὶ γάρ εἰμι ἤδη ἐνταῦθα, ἐν ᾧ μάλιστ᾽ ἄνθρωποι χρησμῳδοῦσιν ὅταν μέλλωσιν ἀποθανεῖσθαι. *i.* P*oſt hæc autẽ deſidero uobis, q me cõdẽnaſtis, diuinare, etenĩ iã illic ſum, ubi*

Extaſis.

dere,ut tãq̃ afflati prodigioſa quædã loquantur. Rurſum ſi id eueniat ſtudio pietatis, fortaſſe non eſt idem inſaniæ genus, ſed tamen adeo conſine,ut magna pars hominum meram inſaniam eſſe iudicet, præſertim cũ pauculi homunciones ab uniuerſo mortaliũ cœtu,tota uita diſſentiant. Itaque ſolet ijs uſuuenire, quod iuxta Platonicum figmentũ opinor accidere ijs, qui in ſpecu uincti rerum umbras mirantur,& fugitiuo illi, qui reuerſus in antrum,ueras res uidiſſe ſe prædicat, illos longe falli, qui præter miſeras umbras nihil aliud eſſe credant. Etenim ſapiens hic commiſeratur, ac deplorat illorum inſaniam,qui tanto errore teneantur. Illi uiciſſim illum, ueluti delirantem rident,atq; eijciunt. Itidem uulgus hominũ ea,quæ maxime corporea ſũt maxime miratur, eáque propè ſola putat eſſe. Cõtra pij, quo quicq; propius accedit ad cor

*ſum,ubi maxime diuinant, quando uidelicet mori debent.*

*Iuxta Platonicũ figmẽtum.)* De ſpecu Platonico, quem ipſe finxit ſeptimo de Rep. libro,in quo uulgus ſedens miratur umbras pro ueris rebus,diximus ſupra. *Fugitiuo illi)* Plato poſtq̃ deſcripſit illud ſpecus, dicit,quod ſi unus illorum ſordentium in ſpecu per aſpera ſaxa atque ardua ſurſum traheretur,uideréque apud ſuperos ſolem & alias res ueras, ſicq; poſtea ad priſtinũ ſpecũ reuerteretur, putaret haud dubie illos qui apud eos, q in ſpecu ſedent, in ſũmo honore eſſent, miſerrimos eſſe. Ad hæc

*Specus Platonicus.*

ad corpus, hoc magis negligunt, totiq; ad inuiſibiliũ rerum contemplationem rapiũtur. Nã iſti primas partes tribuunt diuitijs, proximas corporis commodis, poſtremas animo relinquunt: quem tamen pleriq; nec eſſe credunt, quia non cernatur oculis. Ediuerſo illi primũ in ipſum deũ, rerum omniũ ſimpliciſſimũ, toti nituntur: ſecundum hũc, & tamen in hoc, quod ad illũ quàm proxime accedit, nempe animum: corporis curam negligunt, pecunias ceu putamina prorſus aſpernantur, ac fugitãt. Aut ſi quid huiuſmodi rerum tractare coguntur, grauatim, ac faſtidienter id faciunt,

*hæc dicit illum reuerſum iam in ſpecum nihil uiſurum, propterea quod repente ex clariſſimo ſole in profundiſſimas tenebras ueniret, & idcirco cum nihil umbrarum uideret, omnib⁹ in ſpecu ſedẽtibus riſui fore exploſumq; iri, ſimulatq; de rebus ueris diſputare inciperet, tanq̃ ſtultum & apud ſuperos corruptum. Nam iſti primas.) Philoſophi cũ tria poſuiſſent bona corporis uidelicet, externa & animi. Animi bona, præ cæteris multo præſtare dixerunt. Vnde Ariſtoteles primo moralium Nicomacheorum.* νενεμημένων δὴ τῶν ἀγαθῶν τριχῇ, καὶ τῶν μὲν ἐκτὸς λεγομένων, τῶν δὲ περὶ ψυχὴν καὶ σῶμα, τὰ περὶ ψυχὴν κυριώτατα λέγομεν, *id eſt, diuiſis autem trifariam bonis, cumq; hæc externa dicimus, hæc autem animæ & corporis bona, ea quæ circa animam ſunt, proprijſſima dicimus. At uulgus*

*hunc*

ciunt, habent tanquàm non habentes, poſſident tanquã non poſſidentes. Sunt & in ſingulis rebus gradus multũ inter iſtos diuerſi. Principio ſenſus tametſi omnes cũ corpore cognationem habent, tamen quidã ſunt ex his craſſiores, ut tactus, auditus, uiſus, olfactus, guſtus. Quidã magis à corpore ſemoti, uelu ti memoria, intellectus, uolun tas. Igitur ubi ſe intẽderit ani mus, ibi ualet. Pij quoniam omnis animi uis ad ea contẽdit, quæ ſunt à craſſiorib⁹ ſen ſibus alieniſſima, in his uelut obbruteſcunt, atq; obſtupeſcunt. Contra uulgns in his plurimum ualet, in illis quàm minimum. Inde eſt, quod au dimus

*hunc ordinem inuertens, externa prima, animæ infima ducit. Pius uero prima facit diuina, ſecundũ locum tribuit animi bonis, ultimum corporis & externis, ſi tamẽ illa putet inter bona habenda, quibus, ut Cicero dicit, peſſimi quiq; maxime abundant. Nõ habentes.) Sic Paulus ait, prima ad Corinthios ſeptimo. Tẽpus breue eſt, reliquum eſt, ut qui habent uxores, ſint, tanꝙ non habentes, & qui flent, tanꝙ non flentes, & qui gaudent, tanꝙ non gaudentes, & qui emũt, tanꝙ non poſſidentes, & qui utuntur hoc mũdo, tanquàm non utantur. Quidam ſunt ex his) De his uide in libris de anima. Inde eſt quod.) Hoc accidit diuo Bernardo. Nam cum quodam tempore intentiſſime in diuinis ſcripturis, ut ei mos erat, meditaretur,*

 *ſitiensq;*

*Sanctꝰ Bernardus oleum uini loco bibit.*

*ſitiénsque, cantharum plenum olei, forte fortuna aſtantem, uidiſſet, ex eo bibit, non ſentiens oleum eſſe. Deinde cum quidam frater eum acceſſiſſet, rogaſſetq́;, cur nam os, nam adhuc non nihil olei ori mentóque adhæſit, oleo oblitum haberet, illiq́; cum iam diu admiratus eſſet, unde nam oleo inquinatus eſſet, tandem in mentem uenit, quod ex cantharo bibiſſet. Itaque cum cantharum inſpexiſſet, uidit eum plenum eſſe non uini, ut putarat, ſed olei.*

dimus nonnullis diuinis uiris accidiſſe, ut oleum uini loco biberint. Rurſum in affectibus animi quidam plus habent cum pingui corpore cõmercij, ueluti libido, cibi ſomniq́; appetentia, iracundia, ſuperbia, inuidia, cum his irreconciliabile bellum pijs. contra uulgus ſine his uitam eſſe non putat. Deinde ſunt quidam affectus medij, quaſiq́; naturales, ut amor patris, charitas in liberos, in parentes, in amicos. His uulgus nonnihil tribuit. At illi hos quoque ſtudent ex animo reuellere, niſi quatenus ad ſummã illam animi partem aſſurgant, ut iam parentem ament non tanquam parentẽ, quid enim ille genuit, niſi corpus? quãq́; hoc ipſum deo parenti debetur,

*Ad ſummam illam animi partem.) hoc eſt ſpiritum. Nam Paulus & huius interpres Origenes, tres hominis ponunt partes, ſummam qua deo diuiniſque uirtutibus adhæremus,*

*hancq́;*

debetur,ſed tanꝗ̃ uirũ bonũ, & in quo luceat imago ſummæ illius mẽtis, quam unam ſummum bonum uocant, & extra quam nihil nec amandum, nec expetendum eſſe prædicant. Hac eadem regula reliqua itẽ omnia uitæ offi-cia metiunt̃,ut ubiq; id quod uiſibile eſt,ſi non eſt omnino contemnendũ, tamen longe minoris faciãt,quàm ea quæ uideri nequeunt. Aiunt autẽ & in ſacramentis, atque ipſis pietatis officijs corpus & ſpiritum inueniri. Velut in ieiunio nõ magni ducunt,ſi quis tantum à carnibus, cœnáq; abſtineat, id quod uulgus abſolutum eſſe ieiunium exiſtimat,niſi ſimul & affectibus aliquid adimat, ut minus permittat iræ quàm ſoleat, minus ſuperbiæ: utq; ceu minus iam onuſtus mole corporea,ſpiritus ad cœleſtium bonorum guſtum,fruitionemq; enitatur. Similiter & in ſynaxi tametſi non eſt aſpernandũ,inquiũt,quod ceremonijs geritur,tamẽ id per ſe,aut parum eſt conducibile, aut etiam pernicioſum, niſi id quod eſt ſpiritale acceſſerit,nempe hoc quod ſignis illis uiſibilibus repræſentatur. Repræſentatur autem mors Chriſti, quam domitis,extinctis,quaſiq; ſepultis corpo-

*hancq; ſpiritũ uocant. Mediam, quæ ea quæ ἀδιάφορα uocant,amplexatur, hancq; animam uocant. Tertiam brutam, illam quæ uoluptates, & totam uitiorum ſentinam admittit,quam carnem uocant.*

*Etiam in ſacramentis aliud alio ſanctius.*

ris affectibus, exprimere mortales oportet, ut in nouitatem uitæ reſurgāt, utq; unū cum illo, unum item inter ſeſe fieri queant. Hæc igitur agit, hæc meditatur ille pius. Contra uulgus ſacrificium nihil aliud eſſe credit, quàm adeſſe altaribus, idq; proxime, audire uocum ſtrepitū, aliaśq; id genus ceremoniolas ſpectare. Nec in his tantum, quæ duntaxat exempli gratia propoſuimus, ſed ſimpliciter in omni uita refugit pius ab his, quæ corpori cognata ſunt, ad æterna, ad inuiſibilia, ad ſpiritalia rapitur. Proinde cum ſumma ſit inter hos & illos omnibus de rebus diſſenſio, fit ut utriq; alteris inſanire uideantur. Quanquā id uocabuli rectius in pios competit, quàm in uulgus, mea quidem ſentētia. Quod quidē magis perſpicuū fiet, ſi, quemadmodum pollicita ſum, paucis demōſtraro, ſummū illud præmiū nihil aliud eſſe, quàm inſaniam quandā. Primū igit̄ exiſtimate Platonem tale quiddam iam tum ſomniaſſe, cum amantium furorem omniū feliciſſimū eſſe ſcriberet. Etenim qui uehementer amat, iam non in ſe uiuit, ſed in eo quod amat, quóq; longius à ſeipſo digreditur, & in illud demigrat, hoc magis ac magis gaudet. Atq; cū animus à corpore peregrinari meditatur,

*Mea quidem ſententia.) Feſtiuiter adiecit, mea quidem ſententia, quaſi diceret, ſtultorum iudicio. Nam mea, ad ſtulticiæ perſonam refertur.*

*Furor Platonicus.*

*Nihil*

meditatur, neq; probe ſuis utitur organis, iſtud haud dubie furorē recte dixeris. Alioqui quid ſibi uult, quod uulgo etiā dicunt: Non eſt apud ſe, & ad te redi, & ſibi redditus eſt? Porrò quo amor eſt abſolutior, hoc furor eſt maior, ac felicior. Ergo quæ nam futura eſt illa cœlitum uita, ad quā piæ mētes tanto ſtudio ſuſpirant? Nempe ſpiritus abſorbebit corpus, utpote uictor ac fortior. Idq; hoc faciet facilius, partim quod iā olim in uita corpus ad huiuſmodi transformationem repurgarit, atq; extenuarit. Deinde ſpiritus à mente illa ſumma mire abſorbebit̃, quippe infinitis partibus potētiore. Ita ut iam totus homo extra ſe futurus ſit, nec alia ratione felix futurus, niſi quod extra ſeſe poſitus, patietur quiddam ineffabile à ſummo illo bono, omnia in ſe rapiēte. Iam hæc felicitas quanq; tū demū perfecta cōtingit, cum animi receptis priſtinis corporib⁹ immortalitate donabuntur, tamen quoniā piorū uita nihil aliud eſt, quàm illius uitæ meditatio ac uelut umbra quædā, fit ut præmij quoq; illius aliquando guſtū aut odorem aliquē ſentiant. Id tametſi minutiſſima quædam ſtillula eſt ad fontem illum æternæ felicitatis, tamen longe

*Nihil aliud eſſe.*) *Raptum & Ecſtaſim, inſaniam uocat, non ſimpliciter, nec de uulgari inſania intelligam⁹, ſed quodammodo, & idcirco addidit quandā, ne qs, ut ſūt moroſi &*

longe ſuperat uniuerſas corporis uoluptates, etiam ſi omnes omniũ mortalium deliciæ in unũ conferantur. Vſq; adeo præſtant ſpiritalia corporalibus, inuiſibilia uiſibilibus. Hoc nimirum eſt, quod pollicetur propheta: Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit deus diligentibus ſe. Atq; hæc eſt Mariæ pars, quæ non aufertur commutatiõe uitæ, ſed perficitur. Hoc igitur quibus ſentire licuit, contingit autem perpaucis, ij patiuntur quiddã dementiæ ſimillimũ, loquuntur quædã non ſatis cohærentia, nec humano more, ſed dant ſine mente ſonum, deinde ſubinde totam oris ſpeciem uertunt. Nunc alacres, nunc deiecti, nũc lachrymant, nũc rident, nunc ſuſpirant, in ſumma, uere toti extra ſe ſunt. Mox ubi ad ſeſe redierint, negant ſe ſcire ubi fuerint, utrum in corpore, an extra corpus, uigilantes, an dormientes, quid audierint, quid uiderint, quid dixerint, quid fecerint, non meminerunt,

*& φιλολοίδοροι quidam, anſam arriperet calumniandi. Candidi lectoris eſt nõ uoculam aliquã aucupari quam calumniatur, ſed rem ipſam expendere. Quod ſi quis faciat, quid his rebus ſanctius dici potuit, aut magis pium? Nunc alacres, nunc deiecti) Hunc locũ melius intelliget, q legerit cõmentarios Origenis in Cantica Canticorũ, quomodo ſponſa, nunc ſubducente ſe ſponſo, nunc exhibente, & ſui copiam faciẽte, uarie afficitur. Item in uita*

minerunt, niſi tanquam per nebulam, ac ſomniũ, tantum hoc ſciunt, ſe feliciſſimos fuiſſe, dum ita deſiperent. Itaque plorant ſeſe reſipuiſſe, nihilque omnium malint, quàm hoc inſaniæ genus perpetuo inſanire. Atque hæc eſt futuræ felicitatis tenuis quædã deguſtatiuncula. Verum ego iamdudũ oblita mei ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶ. Quanquã ſi quid petulantius aut loquacius à me dictum uidebitur, cogitate & ſtulticiam, & mulierem dixiſſe. Sed interim tamẽ memineritis illius Græcanici prouerbij, πολλάκι τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ κατακαίριον εἶπεν, niſi forte

*in uita ſanctæ Elizabetæ nõnihil habes, quod ad hunc faciat locũ.* Oblita mei) *Quod nõ cõueniat ſtulticiam de rebus tam arcanis loqui.* Facit *autem idem in fine diſputatiõis, qđ initio fecerat, ſentiẽs rem alioqui prima fronte duriuſculam uideri poſſe.* ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶ.) Id *eſt, ultra limites ſalio.* Prouerbium *eſt in eos, qui digrediũtur à re propoſita, quod locus in quo curſu aut diſco exercebantur, certis limitibus circunſcriberetur, quemadmodum & hodie in luſu pilæ, extra quos qui certaret, nihil ageret.* Et ſtulticiam, & mulierẽ.) Duplici *nomine danda uenia, & quod mulier ſit, cum ipſi ſexui peculiaris ſit loquacitas & ſtulticia, cui quiduis ſolet concedi.* Græcanici prouerbij.) πολλάκι τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ κατακαίριον εἶπεν. V*erſus hexameter citatus apud* Aulum Gellium, *ſed aliquanto ſecus.* V*erum ad hũc modum ex antiquis uoluminibus reſtituit* Eraſmus *in* Chiliadibus

*liadibus ſuis. Senſus eſt, Sæpe ſanè et ſtul tus uir opportune dixit. Innuit autem, quanquam ſtultiã dixe rit hæc, haud tamen ob id negligẽda, quod à ſtultis quoq; non/ nunquam dicatur ad rẽ pertinẽs. Ad mu lieres nihil atti.) Quia Græcus uer/ ſus habet, ſtultus uir.*

forte putatis hoc ad mulieres nihil attinere. Video uos epi logũ expectare, ſe nimiũ deſi pitis, ſi quidẽ arbitramini me quid dixerim etiamdũ memi niſſe, cũ tantam uerborũ far/ raginem effuderim. Vetus il/ lud, μισῶ μνάμονα συμπόταν. Nouũ hoc, μισῶ μνάμονα ἀ/ κροατήν. Quare ualete, plau dite, uiuite, bibite, Moriæ ce/ leberrimi myſtæ. τέλος.

*Video uos epil.) Apte prætexit obliuionẽ in epilogo, qui cõſtat repetitione eorũ quæ dicta ſunt, quod niſi à me more fieri nequit. Verborũ farrag.) Alluſit ad illud Iu/ uenalis: Noſtri eſt farrago libelli. Eſt enĩ farrago ſacrificij genus ex uarijs confectũ leguminibus. Vetus illud.) Μι σῶ μνάμονα συμπόταν, id eſt, Odi memorẽ cõpotorẽ. Eſt apud Martialem, & refertur apud Plutarchũ in quæ ſtionibus cõuiuialibus. Explicatur accuratius in Chiliadi/ bus Eraſmi. Nouũ hoc.) Nã illud uetus, hoc Moriæ no uũ. Tacite alluſit ad ſtultos auditores, qui è cõcionibus ni hil ſecũ referũt domũ, adeo ut ſæpenumero audias eos di cẽtes: Quàm belle cõcionatus eſt, ac mox rogati quid dictũ ſit, nihil habẽt quod afferant. Valete, plau.) His uerbis utebatur recitator fabulæ, diſceſſurus è proſcenio. De ſuo addidit, uiuite, bibite. Et uiuere proprie eſt genialiter ui= uere. Myſtæ.) Sunt qui dei cuiuſpiã ſacris ſunt initiati.*

*Farrago.*

COMMENTARII LISTRIANI FINIS.

ERASMVS ROTERODAMVS
Martino Dorpio theologo
eximio S. D.

NOn fuit reddita nobis epiſtola tua, ſed tamen exēplar, haud ſcio quo modo exceptū, amicus quidam exhibuit Antuuerpiæ. Deploras Moriam parum feliciter æditam, ſtudium in reſtituēdo Hieronymo noſtrum magnopere comprobas: ab æditione noui teſtamenti deterres. Quibus literis tuis, mi Dorpi, tantum abeſt ut quicquā fuerim offenſus, ut poſthac mihi cœperis eſſe multo charior, cum ſemper fueris chariſſimus: adeo ſyncere conſulis, mones amice, obiurgas amanter. Habet nimirum hoc Chriſtiana charitas, ut etiam cum ſæuit maxime, tamen genuinæ ſuæ dulcedinis guſtū obtineat. Multæ mihi cotidie reddūtur ab eruditis uiris literæ, quæ me decus Germaniæ, quæ ſolem, quæ lunam faciunt, & ſplendidiſſimis titulis onerāt uerius ꝗ ornant. Harū, emoriar, ſi ulla unꝗ me perinde delectauit, ut illa Dorpij mei iurgatrix epiſtola. Vere dictū eſt à Paulo, charitatem non peccare, ſiue quid adulaẗ, ſtudet ꝓdeſſe, ſiue ſtomachaẗ, nō aliud

aliud agit. Atq; utinā liceret per ocium ad tuas literas reſcribere, quo tanto amico ſatisfaciam. Vehementer enim cupio, quicquid ago, te ap/probāte fieri, cuius ingenio penè cœleſti, cuius eruditioni ſingulari, cuius iudicio longe acerri/mo tantū tribuo, ut malim unius Dorpij, quàm mille cæterorū calculis approbari. Verū adhuc à nauigatione nauſeabundus, & mox equitatio ne feſſus: ad hæc, in componendis ſarcinulis oc/cupatus, ſatius eſſe duxi quomodocūq; reſpon dere, quàm amicū in iſta relinquere opinione, ſiue hanc ex teipſo cōceperis, ſiue inſtillauerint alij, qui te ad eam epiſtolam ſcribendam ſubor narunt, quo ſub aliena perſona ſuam agerent fa bulam. Primū igitur, ut ingenue dicam, æditæ Moriæ propemodum me pœnitet. Is libellus nōnihil mihi peperit gloriæ, uel ſi mauis, famæ. At ego nihil moror gloriam cum inuidia cōiun ctam. Quanq̄ ô ſuperi, quid eſt hoc totū, qd' uulgo gloriam uocant, niſi nomē inaniſſimum ex gentilitate relictum? Quod genus non pau/ca reſederunt apud Chriſtianos, dum immorta litatem appellant, famam poſteris relictam: & uirtutem qualiumcunq; literarum ſtudium. In omnibus ædendis libris hic unicus ſemper mi/hi fuit ſcopus, ut mea induſtria aliquam adferrē utilitatem. Id ſi minus aſſequi poſſem, certe ne quam adferrem noxam. Proinde cum magnos etiam uiros uideamus literis ſuis abuſos, ad affe ctus

ctus ſuos digerendos, dum alius cantat ineptos amores ſuos, alius adulatur ijs quos captat, alius iniuria laceſſitus ſtilo referit, alius ipſe ſui tibicen eſt, & in efferēdis ꝓprijs laudibus quēuis Thraſonem, quēuis Pyrgopolinicen ſuperat: ego tamen quamuis ingenio tenui, & perquā exigua doctrina præditus, tamen huc ſemper ſpectaui, ut, ſi poſſem, prodeſſem: ſin minus, ne quem læderem. Homerus ſuum in Therſiten odiū moleſta carminis hypotyposi ultus eſt. Plato quàm multos nominatim pſtrinxit ſuis dialogis? Cui pepercit Ariſtoteles, qui nec Platoni pepercit, nec Socrati? Habuit ſuū Demoſthenes Aeſchinem, in quem ſtilo debacchare tur. Habuit ſuū Cicero Piſonem, habuit Vatinium, habuit Saluſtium, habuit Antonium. Quàm multos nominatim & ridet & carpit Seneca? Quod ſi recentiores expendas, & Petrarchæ in medicum quēdam, & Laurentio in Pogium, & Politiano in Scalam ſtilus teli uice fuit. Quem ex omnibus mihi dabis tam modeſtum, qui non amarulentius in aliquem ſcripſerit? Ipſe Hieronymus, uir tam pius & grauis, aliquoties non ſibi temperat, quin in Vigilantium incandeſcat acrius, In Iouinianum inſultet immoderatius, in Rufinū amarulentius inuehatur. Semper hic eruditis mos fuit, quicquid dolet aut delectat, chartis ceu fidis ſodalibus committere, in harum ſinū omnes pectoris æſtus effundere. Imò deprehēdas quoſ

dam,non alio conſilio libros ſcribendos ſuſcipe-
re,quàm ut in his obiter animi ſui motus inſulci
ant,atq; hac ratione trāſmittant in poſteros. At
ego in tot iam æditis uoluminibus,cum tā mul-
tos cādidiſſime laudarim,quæſo,cuius unq̃ de-
nigraui famam? cui uel leuiſſimā aſperſi labem?
Quam gentem,quem ordinem, quem hominē
nominatim taxaui? Quid ſi ſcias,mi Dorpi,quo
ties ad id faciendum fuerim nulli tolerandis con
tumelijs prouocatus? Semper tamen uici dolo-
rem animi mei,magisq; rationē habui, quid po-
ſteritas eſſet iudicatura de nobis, quàm quid il-
lorū mereretur improbitas. Si res ipſa perinde
fuiſſet nota cæteris,ut erat mihi,nemo me mor-
dacem iudicaſſet, ſed æquum, ſed modeſtum
etiam,ac moderatum. Sed ita mecum cogitabā,
quid alijs cum noſtris priuatis affectibus? aut q̃
noſtra hæc nota poterūt eſſe uel procul diſſitis,
uel poſteris? Ego nō quod illis,ſed quod me di-
gnum eſt,fecero. Præterea nullus eſt tam inimi-
cus,quem non optem,ſi fieri poſſit, in amicum
redire. Cur ei rei præcludam uiam? Cur hic ſcri-
bam in hoſtem, quod aliquando fruſtra nolim
ſcriptum in amicum? Cur notabo carbone, cui
ſuum candorem,etiamſi promereatur, non poſ-
ſim reſtituere? Malo in hanc peccare partem,ut
uel parum meritos prædicem,quàm ut meritos
uituperem. Nam ſi quem falsò laudaris, candori
tribuitur: ſin quantumlibet etiam ignominia di-
gnū ſuis pinxeris coloribus,non illius factis, ſed

tuo morbo aſſcribit. Vt ne dicã interim quod ut ex iniurijs mutua talione reciprocãtibus, ingens bellũ aliquoties exorit, ſic ex maledictis uiciſſim ultro citroq; regeſtis, periculoſiſſimum incendium non raro naſcitur. Et ut parum Chriſtianum eſt iniuriam iniuria penſare, ita parum generoſi pectoris eſt, dolorem ſuum fœminarũ exemplo cõuicijs ulciſci. Huiuſmodi rationibus ipſe mihi perſuaſi, ut ſemper innoxias & incruẽtas haberem literas, nec eas ullius mali nomine contaminarem. Nec aliud omnino ſpectauimus in Moria, quàm quod in cæteris lucubrationibus, tametſi uia diuerſa. In Enchiridio ſimpliciter Chriſtianæ uitæ formam tradidimus. In libello de Principis inſtitutione palàm admonemus, q bus rebus principem oporteat eſſe inſtructum. In Panegyrico ſub laudis prætextu, hoc ipſum tamen agimus oblique, quod illic egimus aperta fronte. Nec aliud agitur in Moria ſub ſpecie luſus, quàm actum eſt in Enchiridio. Admonere uoluimus, non mordere: prodeſſe, non lædere: conſulere moribus hominum, non officere. Plato philoſophus tam grauis largiores in compotationibus inuitatiunculas approbat, quod arbitretur quædam uitia per hilaritatem uini poſſe diſcuti, quæ ſeueritate corrigi non poſſent. Et Flaccus exiſtimat iocoſam quoq; admonitionẽ non minus atq; ſeriam cõducere. Ridentem, inquit, dicere uerum, Quid uetat? Neq; non per

 ſpectum

ſpectum eſt hoc ſapientiſſimis olim uiris qui ſa/
luberrima uitæ præcepta ridendis ac puerilibus
in ſpeciem apologis proponere maluerũt, quod
per ſe ſubauſtera ueritas, uoluptatis illecebra cõ
mendata, facilius penetrat in animos mortaliũ.
Nimirum hoc eſt illud mel, quod apud Lucre=
tium medici pueris medentes abſinthij poculo
prælinunt. Nec in alium uſum ueteres illi princi/
pes hoc morionum genus in aulas ſuas induxe/
runt, quàm ut horum libertate leuiora quædam
uitia citra ullius offenſam & aperirentur, & emẽ
darentur. Fortaſſe Chriſtũ in hoc album uocare
non conueniat: uerum ſi licet cœleſtia cũ huma/
nis ullo modo conferre, nónne huius parabolæ
confine quiddam habent cum ueterum apolo-
gis? Et iucundius illabitur, & acrius inſidit in ani
mos euangelica ueritas, huiuſmodi lenocinijs
commendata, quàm ſi nuda produceretur. Id
quod in opere De doctrina Chriſtiana diuus
Auguſtinus copioſe perſequitur. Videbam quã eſ
ſet mortaliũ uulgus ſtultiſſimis opinionibus cor
ruptum, idq́ꝫ in ſingulis uitæ inſtitutis, & reme/
dij uotum erat uerius quàm ſpes. Proinde uide/
bar mihi repperiſſe rationẽ, ut delicatis animis
hac arte tãquã obreperem, & cũ uoluptate quoqꝫ
mederer. Et ſæpenumero conſpexeram feſtiuũ
hoc & iocoſum admonendi genus, multis feliciſ
ſime cedere. Quod ſi reſpondebis perſonam,
quam induxi leuiorem eſſe, quàm ut ſub illius

prætextu de rebus ſerijs diſputetur, hãc culpam fortaſſis agnoſcam. Inepti reprehenſionem non admodum deprecor, amarulenti deprecor: quã quàm & illud probe tueri poſſem, ſi non alia ratione, certe tot grauiſſimorum hominum exemplo, quos in ipſius libelli præfatiuncula recenſui. Quid autem facerem? Diuerſabar id temporis apud Morum meum, ex Italia reuerſus, ac renũ dolor cõpluſculos dies domi cõtinebat. & mea bibliotheca nondum fuerat aduecta, tum ſi maxime fuiſſet, non ſinebat morbus quicq̃ in grauioribus ſtudijs acrius agitare. Cœpi per ocium Morias encomiũ ludere, nec in hoc ſanè ut æderem, ſed ut morbi moleſtiam hoc uelut auocamento leuarem. Operis incœpti guſtum amiculis aliquot exhibui, quo iucundior eſſet riſus cũ pluribus communis. Quibus cum uehementer placuiſſet, inſtiterunt uti pergerem: obſecutus ſum, & in hoc negocij ſeptem plus minus dies impendi: qui ſanè ſumptus mihi pro argumenti pondere nimius etiam uidebatur. Deinde quorum inſtinctu ſcripſeram, eorundẽ opera deportatus in Galliã libellus, formulis excuſus eſt, ſed ab exemplo non ſolum mendoſo, uerumetiam mutilo. Porrò quàm diſplicuerit, uel illud ſatis eſt argumenti, quod intra pauculos menſes plus ſepties fuerit typis ſtanneis propagatus, idq̃ diuerſis in locis. Demirabar ipſe, quid ibi cuiquàm placeret. Hanc mi Dorpi, ſi ineptiam uocas, ha-

bes reum confitentem,aut certe non reclaman-
tem. Ad hunc modum & per ocium, & amicu-
lis obſecundans ineptiui, idq́ſ ſemel duntaxat in
uita. Quis autem omnibus horis ſapit? At ipſe
fateris cæteras lucubrationes meas eiuſmodi eſ-
ſe,ut iuxta pijs atque eruditis omnibus magno-
pere probentur. Qui ſunt iſti tam rigidi cenſo-
res,uel potius Areopagitæ, qui homini uel unã
ineptiæ culpam nolint condonare? Quæ tam in
ſignis moroſitas,ut unico ridiculo offẽſi libello,
tot uigiliarum ſuperiorũ gratia repente ſcripto-
rem ſpolient? Quot ineptias aliorum proferre
poſſem,hac multis partibus ineptiores,etiam in
magnis theologis, dum rixoſas & frigidiſſimas
quæſtiones cõmenti,de nugaciſſimis nugis per-
inde ac pro focis & aris inter ſe digladiantur.
Atq́ſ iſti tam ridiculas fabulas,& uel ipſis Atel-
lanis ineptiores citra perſonam agunt. Ego cer-
te uerecundius,qui cũ ineptior eſſe uellem, Stul
ticiæ perſonam obtexui: & quẽadmodum apud
Platonẽ Socrates obtecta facie laudes amoris
recitat,ita ipſe fabulã hanc perſonatus egi. Scri-
bis,ab iſtis ipſis, quibus argumentum diſplicet,
& ingenium,& eruditionẽ,& eloquentiam pro
bari,uerum eoſdem offendi nimis libera morda
citate. At iſti reprehenſores plus etiam tribuunt
mihi quàm uelim. quanquàm nihil moror hanc
laudem,præſertim ab his profectã, quibus ego
nec ingeniũ eſſe puto,nec eruditionem, nec elo-
quentiam.

quentiam. quibus ſi pollerent, mi Dorpi, crede mihi, non tantopere iocis offenderentur, ſalutaribus magis quàm ingenioſis aut eruditis. Obſecro te per Muſas, quos tandem oculos, quas aures, quod palatum adferunt iſti, quos offendit in in eo libello mordacitas? Primum quæ poteſt illic eſſe mordacitas, ubi nullius omnino nomen perſtringitur præterq; meum? Cur non uenit in mentem, quod toties inculcat Hieronymus, ubi generalis eſt de uitijs diſputatio, ibi nullius eſſe perſonæ iniuriā? Quod ſi quiſq; offenditur, non habet quod expoſtulet cum eo qui ſcripſit, ipſe ſi uolet, ſecum agat iniuriarum, utpote ſui proditor, qui declararit hoc ad ſe proprie pertinere, quod ita dictum eſt de omnibus, ut de nemine ſit dictum, niſi ſi quis uolens ſibi uendicet. An non uides me toto opere ſic à nominibus hominum temperaſſe, ut nec gentē ullam acrius taxare uoluerim? Etenim ubi cuiq; nationi peculiarem philautiam recenſeo, Hiſpanis aſſcribo militiæ laudem, Italis literas & eloquentiam, Anglis lautas menſas, & formā, & cæteris item eiuſmodi quædam, quæ quiſq; in ſe dicta, uel agnoſcat non illibenter, uel certe cum riſu audiat. Ad hæc, cum iuxta argumēti ſuſcepti rationem, per omnia mortalium genera uoluar, & in taxandis ſingulorum uitijs uerſer, quæſo quid uſq; aut dictu fœdum occurrit aut uirulentum? Vbi flagitiorum ſentinam aperio? ubi ſecretam illam uitæ

humanæ moueo Camarinam? Quis neſcit, q̃ multa dici potuerint in malos pontifices, in im probos epiſcopos & ſacerdotes, in uitioſos prin cipes, breuiter in quemuis ordinẽ, ſi ad Iuuena lis exẽplũ, nõ puduiſſet ea mandare literis, quæ multos non pudet facere? Tantũ feſtiua quædã & ridicula magis q̃ fœda recẽſuimus, ſed ita re cẽſuim⁹ ut obiter & maximis de rebus nõnũq̃ admoneam⁹, quod illos ſcire magnopẽ referat. Scio tibi nõ eſſe uacuũ ad huiuſmodi nugas de ſcendere, ſed tamen ſiquãdo dabitur ocium, fac attentius excutias ridiculos illos Moriæ iocos, nimirum comperies non paulo magis quadrare ad euangeliſtarum & apoſtolorum dogmata, quàm quorundam ſplendidas, ſicuti putant, & magnis dignas magiſtris diſputationes. Atque ipſe quoq; in tuis literis non diffiteris pleraq; ue ra eſſe, quæ illic referũtur. Verum exiſtimas nõ expediſſe, auriculas teneras mordaci radere ue ro. Si putas nullo pacto libere loquendum eſſe, nec unq̃ promendam eſſe ueritatem, niſi cũ nõ offendit, cur medici pharmacis medentur ama ris, & ἱερὰν πικρὰν, inter laudatiſſima ponunt re media? Quod ſi illi faciũt, corporũ medentes ui tijs, quanto magis par eſt nos idem facere in ſa nandis animorum morbis? Obſecra, inquit Pau lus, argue, increpa opportune, importune. Apo ſtolus uult omnibus modis inſectanda eſſe ui tia, & tu nullũ uis hulcus attingi? præſertim cum
id ea

id ea moderatione fiat, ut ne poſſit quidem quiſq̃ lædi, niſi q ſtudio læſerit ſeipſum. Quod ſi ulla eſt ratio, citra ullius offenſam, medendi uitijs hominũ, hæc una, ni fallor, eſt omniũ maxime accommoda, cum neq; nomen cuiuſq̃ æditur, deinde cum temperatur ab ijs, à quorum cõmemoratione quoq; bonorum abhorrẽt aures. Etenim quemadmodũ in Tragœdijs quædam atrociora ſunt, quàm ut oculis ſpectatorũ cõueniat exhiberi, & narraſſe ſufficiat, ita in hominũ moribus quædã obſcœniora ſunt, quàm ut uerecunde poſſint narrari. Poſtremo cũ illa ipſa quæ narrantur ſub ridicula perſona, per luſum & iocum efferuntur, ut omnem offenſam ſermonis hilaritas excludat. An non uidemus quantum aliquoties apud ſeueros etiam tyrannos ualeat iocus commodus, & in tempore dictus? Quæſo te, quæ preces, quæ ſeria oratio potuiſſet regis illius animum tam facile placare, q̃ militis iocus? Imò, inquit, niſi lagena nos deſtituiſſet, longe atrociora fueramus in te dicturi. Arriſit rex, & ignouit. Nec ſine cauſa tam diligenter de riſu præcipiunt duo ſummi rhetores M. Tullius & Quintilianus. Tantam uim habet lepos & iucunditas ſermonis, ut etiã in nos apte tortis dicterijs delectemur, id quod de C. Cæſare literis eſt proditum. Proinde ſi fateris uera quæ ſcripſi, ſi feſtiua magis quàm obſcœna, quæ ratio cõmodior excogitari poterat me-

dicandi cõmunibus hominũ malis? Primũ ipſa uoluptas illectat ad legendũ,& illectum remoratur. Nam in cæteris alias res alij uenãtur. Voluptas ex æquo blanditur omnibus, niſi ſi quis ſtupidior eſt, quàm ut literatæ uoluptatis ſenſu tangi poſſit. Porrò qui illic offendũtur, ubi nullius æditur nomen, ij mihi uidentur haud multum abeſſe à mulierecularum affectibus, quæ ſi quid in malas fœminas dictum fuerit, ſic cõmouentur, quaſi ea contumelia ad ſingulas pertineat. Rurſum ſi quid laudis tribuatur probis mulieribus, ſic ſibi placẽt, quaſi quod unius aut alterius eſt, id pertineat ad omniũ laudẽ. Abſit hoc ineptiæ gen⁹ à uiris, at multo magis ab eruditis uiris, maxime uero à theologis. Si quid hic offendo criminis, à quo ſum immunis, non offendor, ſed ipſe mihi gratulor, qui uacem ijs malis, quib⁹ multos obnoxios eſſe uideo. Sin eſt tactũ hulcus aliquod, & ſum ipſe mihi oſtenſus in ſpeculo, nec hic quicꝗ eſt cauſæ, cur offendi debeã, ſi prudẽs ſum, diſſimulabo quod ſentio, nec ipſe mei ueniã proditor: ſi probus, admonitus cauebo, ne mihi tale conuiciũ poſthac in os nominatim poſſit impingi, qđ illic ſine nomenclatura notatũ uideo. Cur non ſaltem hoc donamus huic libello, qđ uulgaribus iſtis comœdijs tribuũt & idiotæ? ꝗ multa, quãta cũ libertate iaciunt illic in monarchas, in ſacerdotes, in monachos, in uxores, in maritos, in quos nõ? Et tamẽ quia

quia nemo nominatim inceſſitur, arrident oẽs, & ſuũ quiſq; morbum aut fatetur ingenue, aut diſſimulat prudẽter. Violentiſſimi quoq; tyranni ferunt ſcurras & moriones ſuos, cũ ab ijs aliquoties manifeſto cõuicio feriũtur. Non ultus eſt Imp. Flauius Veſpaſianus exprobratam ſibi cacantis faciem. Et quinam iſti tam delicatis auribus, qui Moriam ipſam nõ ferunt in communem hominũ uitam ſine ullius nominis inuſtione ludentem. Nunquã exploſa fuiſſet uetus comœdia, ſi ab ædendis nominibus illuſtrium uirorum abſtinuiſſet. At tu quidem, optime Dorpi, ita propemodum ſcribis, quaſi totum ordinem theologicum Moriæ libellus à nobis alienaſſet. Quid opus fuit, inquis, theologorum ordinem tam acriter laceſſere? meamq; deploras fortunam. Olim, inquis, tuas lucubrationes magno ſtudio legebant omnes, te præſentẽ uidere geſtiebant, nunc Moria ueluti Dauus, interturbat omnia. Scio te nihil per calumniam ſcribere, nec ipſe tecum tergiuerſatorẽ agam. Quæſo, laceſſitum theologorum ordinem putas, ſi quid dictum fuerit in ſtultos aut malos theologos, eoq; indignos nomine? Atqui ſi placet iſta lex, uniuerſum mortalium genus infenſum habeat, qui quid dixerit in ſceleratos homines. Quis unquam fuit tam impudens rex, qui non fateatur, regum nõnullos eſſe malos, & hoc honore indignos? Quis epiſcopus tam inſolens,

quin

quin idem de ſuo fateatur ordine? An unus ordo theologorum, in tanto numero nullum habet ſtupidum, nullum indoctum, nullum rixoſum, ſed tantum Paulos, Baſilios, & Hieronymos nobis exhibet? Imò cõtra fit, ut quo quæq; profeſſio præclarior eſt, hoc pauciores habeat qui reſpondeant. Plures inuenies bonos naucleros, quàm bonos principes: plures medicos bonos, quàm bonos epiſcopos. Atqui ea res haud pertinet ad contumeliam ordinis, ſed ad laudem paucorum, qui in pulcherrimo ordine ſeſe pulcherrime geſſerũt. Rogo dic mihi, cur magis offenduntur theologi, ſi modo ſunt qui offendãtur, quàm reges, quàm primates, quàm magiſtratus, quàm epiſcopi, quàm cardinales, quàm ſummi pontifices? deniq; quàm negociatores, quàm mariti, quàm uxores, quàm iurecõſulti, quàm poëtæ? nullum eñ omnino mortaliũ genus præterijt Moria, niſi quod non uſqueadeo deſipiũt, ut in ſe quiſq; dictum exiſtimet, quod in genere dictum ſit in malos? Diuus Hieronymus ſcripſit ad Euſtochium de uirginitate, atq; in eo libro malarum uirginum mores ita depingit, ut nullus Apelles magis poſſit oculis exponere. Nunquid offenſa eſt Euſtochiũ? nunquid ſuccenſuit Hieronymo, quod uirginũ ordinem dehoneſtaſſet? ne tantulum quidẽ: at quamobrem tandem? nempe quod uirgo prudens non exiſtimaret ad ſe pertinere, ſi quid dictum eſſet

in

in malas, imò gaudebat admoneri bonas, ne in tales degenerarent: gaudebat admoneri malas, ut tales eſſe deſinerent. Scripſit ad Nepotianũ de uita clericorum, ſcripſit ad Ruſticum de uita monachorum, ac miris coloribus pingit, miris ſalibus taxat utriuſq; generis uitia. Nihil offenſi ſunt ad quos ſcripſit, quod ſcirẽt horum nihil ad ſe pertinere. Cur nõ alienatus eſt Guilielmus Montioius, inter optimates aulicos non infimus, quod multa luſerit Moria in proceres aulicos? Nempe cũ ipſe ſit uir & optimus, & prudentiſſimus, arbitratur, id quod res eſt, quod in malos ac ſtultos dictum eſt primates, nihil ad ſe pertinere. Quàm multa luſit in malos & laicos epiſcopos Moria? Cur nihil hiſce rebus offenſus eſt archiepiſcopus Cantuarienſis? Nempe quia uir omni uirtutum genere abſolutus, nihil horum ad ſe pertinere iudicat. Quid ego tibi pergã cõmemorare nominatim de ſummis principibus, de cæteris epiſcopis, de abbatibus, de cardinalibus, de uiris eruditione claris, quorum neminem adhuc ſentio uel pilo factum alieniorem Moriæ gratia? Nec abduci poſſum ut credam ullos theologos irritatos hoc libello, niſi forte pauculos aliquot, qui uel non intelligant, uel inuideãt, uel natura ſint adeo moroſi, ut nihil omnino probent. Habet enim id quod in confeſſo eſt, hoc hominum genus admixtos quoſdam, primum ingenio iudicioq; adeo infelici

lici,ut ad nullas omnino literas ſint appoſiti,ne-
dum theologicas. Deinde poſteaq̃ pauculas
Alexandri Galli regulas edidicerint,ad hæc pau-
lulum ineptiſſimæ Sophiſtices attigerint, poſt
ex Ariſtotele decem tenuerint propoſitiones,
nec has intellectas,poſtremo ex Scoto aut Oc-
cam totidem edidicerint quæſtiones, quod ſu-
pereſt,ex Catholico,Mammetrecto, & cõſimi-
libus dictionarijs,uelut ex Copiæ cornu petitu-
ri,mirum quàm criſtas efferant,ut nihil eſt arro-
gantius imperitia. Iſti ſunt qui contemnunt di-
uum Hieronymũ,ut grãmatiſten,quia non in-
telligãt.Iſti Græcas, Hebraicas,imò & Latinas
rident literas. Et cum ſint quouis ſue ſtupidio-
res,ac ne ſenſu quidem cõmuni præditi,putant
ſe totius arcem tenere ſapiẽtiæ. Cenſent omnes,
damnant,pronunciant,nihil addubitant, nuſq̃
hærent,nihil neſciunt. Et tamen iſti duo treſue
magnas ſæpenumero commouent tragœdias.
Quid eñ eſt inſcitia uel impudentius,uel perti-
nacius? Hi magno ſtudio cõſpirant in bonas li-
teras,ambiũt in ſenatu theologorũ aliquid eſſe,
& uerent̃,ne ſi renaſcantur bonæ literæ,& ſi reſi-
piſcat mũdus,uideantur nihil ſciſſe,qui antehac
uulgo nihil neſcire uidebantur. Horum ſunt illi
clamores,horum illi tumultus,horũ coniuratio
in uiros melioribus addictos literis. His nõ pla-
cet Moria,quia nõ intelligunt neq; Græce,neq;
Latine. In huiuſmodi nõ theologos,ſed theolo-
giæ

giæ hiſtriones,ſi quid forte dictum ſit acerbius, quid hoc ad magnificentiſſimū bonorū theologorum ordinem? Nam ſi pietatis ſtudio cōmouentur iſti,cur Moriæ potiſſimum ſuccenſent? Quàm impia,quàm ſpurca,quàm peſtifera ſcripſit Pogius? At hic ut autor Chriſtian⁹ paſſim habetur in ſinu,in omneis penè uerſus linguas. Quibus probris,quibus maledictis clericos inſectatur Pōtanus? At hic ut lepidus ac feſtiuus legitur. Quantū obſcœnitatis eſt in Iuuenale? At hunc quidā putant concionatoribus etiam utilem eſſe. Quàm maledice ſcripſit in Chriſtianos Cornelius Tacitus? quàm inimice Suetonius? quàm impie derident immortalitatē animarū Plinius & Lucianus? At hos tamē eruditionis gratia legunt oēs,& merito quidē legūt. Solam Moriā,quia ſalibus aliquot luſerit,nō in bonos theologos,& eo dignos titulo,ſed in ineruditorū friuolas quæſtiunculas,& ridiculum magiſtri noſtri titulū,ferre nō poſſunt. Ac duo tréſue nebulones, theologico ſchemate perſonati,mihi conantur hanc mouere inuidiā,quaſi theologorū ordinem læſerim & alienarim. Ego tantum tribuo theologicis literis,ut eas ſolas ſoleam appellare literas. Ita ſuſpicio uenerorq́ hunc ordinem,ut huic uni nomen dederim,ac uoluerim aſſcribi. Quanquam pudore prohibeor, quo minus mihi tam eximium titulum aſſeram, quippe qui non ignorem, quæ do-

tes

tes & eruditionis & uitæ theologico nomini debeantur. Neſcio quid homine maius profitetur, qui theologum profitetur: epiſcoporum ea dignitas eſt, haud mei ſimilium. Nobis ſatis eſt Socraticum illud didiciſſe, quod nihil omnino ſcimus, & quâ poſſumus operā noſtram iuuandis aliorū ſtudijs cōferre. Equidē neſcio ubi nā lateant iſti duo tresúe theologorū dij, quos ſcribis mihi parum eſſe propicios. Ipſe cōpluribus in locis ſum uerſatus ab ædita Moria, in tot Academijs uixi, in tot frequentiſſimis urbibus nullum unquam theologum mihi ſenſi iratum, niſi unū aut alterum ex iſtorum numero, qui omnibus bonis literis ſunt hoſtes. Nec ij tamē unquam uerbo mecum expoſtularunt. Quid in abſentē muſſitent, non admodum obſeruo, tot bonorū iudicio fretus. Ni uererer, mi Dorpi, ne cui uidear arrogātius, quàm ueriꝰ hæc dicere, quàm multos tibi poſſem recenſere theologos, uitæ ſanctimonia celebres, eruditione præcellentes, dignitate præminētes, aliquot ex his etiam epiſcopos, qui me nunquam magis amplexi ſunt, quàm poſt æditam Moriam, & quibus ille libellus magis arridet, quàm mihi ipſi. Horū ſingulos titulis ac nominibus ſuis hoc loco referrem, niſi uererer ne tantis etiā uiris, Moriæ cauſa, futuri ſint iniquiores tres iſti theologi, imò unum dūtaxat eſſe puto apud uos iſtius autorē tragœdiæ. Nam rem propemodum coniecturis aſſequor.

quor. Quē ſi uellē ſuis depingere coloribus,nemo miraret̃ eiuſmodi uiro diſplicuiſſe Moriā, imò mihi non placeret,niſi talibus diſpliceret,q̃ꝫ q̃ꝫ nec mihi placet. at iſto certe nomine minus diſplicet,quod talibus ingenijs non placet. Plus apud me ponderis habet ſapientum & eruditorum theologorum iudicium,qui tantum abſunt ut me ſugillent mordacitatis, ut moderationem etiam & candorem meum laudibus uehant,qui procax per ſe argumētū citra procaciam tractarim,& in re iocoſa ſine dente luſerim.Etenim ut ſolis reſpōdeā theologis, quos ſolos audio offendi,quis neſcit quàm multa uulgo quoqꝫ dicātur in mores malorum Theologorum?Moria nihil attingit iſtiuſmodi,tantum iocatur in ocioſas illorum diſceptatiunculas,nec has ipſas tamē ſimpliciter improbat,uerum eos damnat, qui in his ſolis theologicæ rei puppim,ut aiunt,& proram collocant, quiqꝫ logomachijs ut diuus appellauit Paulus,eiuſmodi ſic occupantur,ut nec Euāgelicas, nec Propheticas, nec Apoſtolicas literas uacet legere.Atqꝫ utinam mi Dorpi, pauciores eſſent huic obnoxij crimini.Poſſem tibi producere,qui annum egreſſi octogeſimum, tantū ætatis in huiuſmodi tricis perdiderint, nec unq̃ꝫ contextum euangelicum euoluerint, id quod à me compertum ipſi quoqꝫ demum cōfeſſi ſunt. Ne ſub Moriæ quidem perſona ſum auſus dicere,quod tamen non raro multos audio deplorātes

tes, theologos & ipſos, ſed uere theologos, hoc eſt, uiros integros, graues, eruditos, & qui Chriſti doctrinam penitus ex ipſis imbiberint fontibus. Ii quoties apud eos ſunt, apud quos fas liberas animi uoces depromere, deplorant hoc recẽtius theologiæ genus mundo inuectũ, & uetus illud deſiderant. Quid enim eo ſanctius, quid auguſtius, quid æque reſipiens ac referens illa cœleſtia Chriſti dogmata? at hoc, ut omittam barbari facticiiq; ſermonis ſordes & portenta, ut omittam omnium bonarum literarũ inſcitiam, ut imperitiã linguarũ, ſic Ariſtotele, ſic humanis inuentiunculis, ſic prophanis etiã legibus eſt cõtaminatũ, ut haud ſciam an purum illũ ac ſyncerum Chriſtũ ſapiat. Fit enim, ut dum ad humanas traditiones nimium auertit oculos, minus aſſequatur archetypũ. Hinc ſæpenumero cogunt theologi cordatiores aliud apud populum dicere, quàm uel apud ſe ſentiant, uel apud familiares loquantur, & aliquoties non habeant quod reſpondeant conſultoribus, cum perſpiciunt aliud docuiſſe Chriſtum, aliud humanis traditiunculis imperari. Quæſo, quid commercii Chriſto & Ariſtoteli? Quid ſophiſticis captiunculis cũ æternæ ſapientiæ myſteriis? Quorſum tot quæſtionũ labyrinthi? inter quas quàm multæ ſunt ocioſæ, quàm multæ peſtilẽtes, uel hoc ipſo quod cõtentiones & diſſidia pariunt? At ſunt ueſtiganda quædam, ſunt & decernenda quædam, nõ ab

nuo: ſed

nuo:ſed ediuerſo permulta ſunt, quæ rectius ſit omittere quàm inquirere. Et ſcientiæ pars eſt quædam neſcire, permulta de quibus ſalubrius eſt ambigere ꝗ ſtatuere. Poſtremo ſi quid ſtatuendum eſt, id uelim reuerenter, non arroganter: & ex diuinis literis, non è cõmenticijs hominum ratiunculis ſtatui. Nunc neq; quæſtiuncularum ullus eſt finis, in quibus ipſis tamen quanta familiarum & factionum diſſenſio? & cotidie decretum ex decreto naſcitur. Breuiter eò redacta res eſt, ut negocij ſumma non tam ex Chriſti præſcripto, quàm ex ſcholaſticorũ definitionibus, & epiſcoporum qualiũcunq; poteſtate dependeat. Quibus rebus ſic inuoluta ſunt omnia, ut ne ſpes quidem ſit mundum ad uerum illum Chriſtianiſmum reuocandi. Hæc aliáq; permulta perſpiciunt ac deplorant ſanctiſſimi, ijdemq; doctiſſimi uiri, quorum omniũ præcipuam cauſam in audax hoc & irreuerens recentium theologorum genus reijciũt. O ſi tibi liceret mi Dorpi, tacitis oculis animi mei cogitationes intueri, nimirum intelligeres quàm multa prudens hoc reticeam loco. At horum aut nihil attigit Moria, aut certe leuiſſime attigit, ne quem offenderem. Atq; eandem cautionem in omnibus ſeruare curaui, ne quid obſcœne ſcriberem, ne quid peſtiferum moribus, ne quid ſeditioſum, aut quod cũ ullius ordinis iniuria coniunctum uideri poſſet. Si quid ibi dictum eſt de diuorum cultu, ſemp

reperies aliquid aſſcriptũ, quod palàm teſtetur nihil aliud taxari quàm ſuperſtitionem non re/cte colentium diuos. Item ſi quid in principes, ſi quid in epiſcopos, ſi quid dicitur in monachos, ſemper addimus quod declaret illud in ordinis iniuriam non eſſe dictũ, ſed in corruptos & ſuo indignos ordine, ne quenq; bonum læderem, dum malorum inſector uitia. Ac rurſus dũ hoc ago, ſubtractis omnium nominibus, effeci quod in me fuit, ne uel mali poſſent offẽdi. Poſtremo dum ſalibus & iocis, fictaq; & ridicula perſona tota peragitur fabula, curatum eſt ut triſtes etiã & moroſi boni conſulant. Iam illud non ut mor dacius dictũ notari ſcribis, ſed ut impiũ. Nã quo inqs, pacto ferãt piæ aures, quod futuræ uitæ fe/licitatem dementiæ ſpeciem uocas? Obſecro te optime Dorpi, quis tuum cãdorem docuit ſub/dolum hoc calumniandi genus? ſiue, quod ma/gis arbitror, quis aſtutus ad hanc mihi ſtruendã calumniam tua abuſus eſt ſimplicitate? Ad hunc modum ſolent iſti calumniatores peſtilentiſſimi duo uerba decerpere, eaq; nuda, nõnunq; & im mutata nonnihil, prætermiſſis his quæ durum alioqui ſermonem leniunt & explicant. Notat ac docet hanc aſtutiã in ſuis inſtitutionibus Quin/tilianus, ut noſtra quàm commodiſſime refera/mus, additis cõfirmationib⁹, & ſi quid eſt quod mitiget, quod extenuet, quod alioqui cauſam ad iuuet, contra quæ ſunt aduerſariorum ea deſtitu

ta his

ta his omnibus reticemus,idq́ꝫ uerbis, quàm fie ri poteſt, odioſiſſimis. Hanc artem iſti non ex Quintiliani præceptis, ſed ex ſua maleuolentia didicerunt,qua ſæpenumero fit,ut quæ magno/ pere placitura fuerint ſi ſic referantur ut ſcripta ſunt,aliter recitata uehementer offendant. Rele/ ge quæſo te,locum,ac diligenter inſpice, quibus gradibus,quoq́ꝫ ſermonis progreſſu huc puen/ tum ſit,ut felicitatem illam dementiæ ſpeciem eſ ſe dicerem. Ad hæc obſerua,quibus uerbis id ex plicem, uidebis illic eſſe, quod uere pias aures etiam delectet,tantũ abeſt ut quicq̃ ſit quod of/ fendat. In tua recitatione offendiculum eſt,non in meo libello. Etenim cum hoc ageret Moria, ut uniuerſum rerum genus Stulticiæ nomine cõ plecteretur,doceretq́ꝫ totius humanæ felicitatis ſummam à ſtulticia pendere, per omne morta/ lium genus peruagata eſt,uſqꝫ ad reges ac ſum/ mos pontifices. Deinde peruentum eſt ad ipſos apoſtolos,atqꝫ adeo Chriſtum, quibus ſtulticiã quandam tributam reperimus in ſacris literis. Neqꝫ uero periculum eſt, ne quis hic imagine/ tur apoſtolos aut Chriſtum uere ſtultos fuiſſe, ſed quod in his quoqꝫ fuerit infirmum quiddã, & noſtris tributum affectibus, quod ad æternã illam ac puram ſapientiam parum ſapiens uide/ ri poſſit. Verum hæc ipſa ſtulticia uincit omnẽ mundi ſapientiam,quemadmodum & prophe ta omnem mortalium iuſticiam pannis confert

fœminæ menſtruo fluxu cōtaminatæ: nō quod bonorum iuſticia polluta ſit, ſed quod ea quæ apud homines puriſſima ſunt, quodāmodo impura ſint, ſi ad illam ineffabilem dei puritatē conferantur. Et ut ſapiētem propoſui ſtulticiam, ita ſanam inſaniam, & cordatam amentiam facio. Quócꝫ mollius eſſet, quod de ſanctorū fruitione ſequebatur, præmitto tres Platonis furores, è quibus feliciſſimus ſit amantium, qui nihil aliud ſit quàm ecſtaſis quædam. At piorum ecſtaſis nihil aliud eſt quàm guſtus quidam futuræ beatitudinis, qua toti abſorbebimur in deum in illo magis quàm in nobis ipſis futuri. At hunc Plato furorem uocat, cum quis extra ſe raptus, in eo eſt quod amat, eóque fruitur. Non uides quàm diligenter paulo poſt diſtinxerim ſtulticiæ & inſaniæ genera, ne quis ſimplicium in uerbis noſtris labi poſſet? Verum de re non pugno inquis, à uerbis ipſis abhorrent piorum aures. At cur non offenduntur eædem aures iſtæ, cum Paulum audiunt dicentem, Quod ſtultum eſt dei? & ſtulticiam crucis? Cur non diuum Thomam in ius uocant, qui de Petri ecſtaſi ſcribit in hunc modum, Dum pie deſipit, ſermonem incipit de tabernaculis. Sacrū illum ac felicem raptū deſipientiā uocat, & tamen iſta canuntur in templis. Cur mihi non olim ſcripſere dicam, quod in precatione quadam Chriſtū magum dixerim & incantatorē? Diuus Hieronymus Chri

ſtum

ſtum Samaritanum appellat,cum fuerit Iudæ/us. Paulus eundem & peccatum uocat, quaſi plus dicas quàm peccatorem. Maledictum uo/cat:quàm impium conuicium, ſi quis maligne uelit interpretari? quàm pia laus,ſi quis ut Pau/lus ſcripſit,ita accipiat? Ad conſimilem modum, ſi quis Chriſtum prædonem appellet,ſi quis ad/ulterum,ſi quis temulentum, ſi quis hæreticum, nónne futurum ſit,ut boni omnes obturent au/res? At ſi quis cõmodis uerbis hæc efferat,& ſer monis progreſſu paulatim huc lectorem ueluti manu deducat, quemadmodum triumphans per crucem,prædam ab inferis abductam patri reuexerit,quemadmodum Moyſi ſynagogam, uelut uxorem Vriæ,ſibi adiunxerit,ut ex ea na/ſceretur pacificus ille populus,quo pacto chari/tatis muſto temulentus,ſemetipſum nobis im/pẽderit, quẽadmodũ nouũ doctrinæ genus in/uexerit,ab omniũ & ſapientũ & inſipientũ placi tis longe diuerſiſſimũ:quis quæſo poterit offen/di,præſertim cum horum uocabulorum ſingula nõnunquàm reperiamus in arcanis literis,in bo/num uſurpata ſenſum? Nos in Chiliadibus, nã id obiter uenit in mentẽ, apoſtolos Silenos ap/pellauimus,imò Chriſtum ipſum Silenum quẽ/dam diximus. Accedat iniquus interpres, qui hoc tribus uerbis odioſius explicet, quid intole/rabilius? At legat pius & æquus quæ ſcripſi, pro babit allegoriam.Demiror aũt nec illud animad

 uerſum

uerſum ab iſtis, q̃ cautim efferam iſta, q̃q́ꝫ corre
ctione ſtudeam mitigare: ſic enim ꝓpono. Sed
poſteaq̃ ſemel τὴν λεοντὴν induimus, age docea
mus & illud, felicitatem Chriſtianorũ, quam tot
laboribus expetunt, nihil aliud eſſe q̃ inſaniæ
ſtulticiæq́ꝫ genus quoddam. Abſit inuidia uer‑
bis, rem ipſam potius expendite. Audis ne? Pri
mũ qđ Moria de re tã arcana diſputat, id miti‑
go prouerbio, qđ iam leonis exuuiũ induerit.
Nec ſimpliciter appello ſtulticiam aut inſaniã,
ſed ſtulticiæ inſaniæq́ꝫ gen⁹, ut piam ſtulticiã, &
felicẽ intelligas inſaniã, iuxta diſtinctionẽ quã
mox ſubijcio. Nec hoc cõtentus, addo quoddã,
ut appareat figurã ſubeſſe, nõ ſimplicem eſſe ſer
monẽ. Nec his cõtent⁹, offenſam deprecor, quã
uerborum ſonus poſſit gignere. & admoneo ut
magis ꝯſeruent quid dicatur, quàm quibus di
catur uerbis: atq́ꝫ hæc quidẽ in ipſa ſtatim propo
ſitione. Iam uero in ipſa rei tractatione quid eſt
omnino qđ nõ pie, qđ nõ circũſpecte ſit dictũ,
ac reuerentius etiam q̃ ut conueniat Moriæ?
Sed ibi malui pauliſper obliuiſci decori, quàm
non ſatisfacere dignitati rei, malui rhetoricen of
fendere quàm lædere pietatem. Ac poſtremo
peracta probatione, ne quẽ moueret, quod de re
tã ſacra ſtulticiã, hoc eſt, iocoſam pſonã fecerim
loquentẽ, & hãc deprecor culpam hiſce uerbis.
Verũ ego iãdudũ oblita mei, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα
πηδῶ. Quanq̃ ſi quid petulãtius aut loquacius
à me

à me dictum uidebitur, cogitate & ſtulticiam & mulierem dixiſſe. Vides ut nuſquã ceſſarim omnem offendiculi anſam præcidere. Verum iſta non perpendunt, quorum aures præter propoſitiones, cõcluſiones, & corollaria nihil admittunt. Quid quod præfatione præmunierim libellũ, qua conor omnẽ præcludere calumniã? neq; quicquã addubito, quin ea candidis omnibus faciat ſatis. Quid autem facias iſtis, qui uel ob ingenij pertinaciam ſibi ſatisfieri nolint, uel ſtupidiores ſint quàm ut ſatisfactionem intelligant? Nam quemadmodum Simonides dixit, Theſſalos hebetiores eſſe, quàm ut poſſint à ſe decipi, ita quoſdam uideas ſtupidiores, quàm ut placari queant. Ad hæc, non mirum eſt inuenire quod calũnietur, qui nihil aliud quærit niſi quod calumnietur. Quod ſi quis eodẽ animo legat diui Hieronymi libros, centũ locos offendet quæ calumniæ pateant: nec deerit in omniũ Chriſtianiſſimo doctore, qđ ab iſtis hæreticũ poſſit appellari: ne quid interim dicam de Cypriano, de Lactantio, deq; cæteris cõſimilibus. Deniq; quis unquam audiuit ludicrũ argumentum in theologorũ uocari cognitionẽ? Quod ſi placet, cur non eadẽ opera quicquid à poëtis hodie ſcribiť aut luditur, ad hãc excutiũt legẽ? quot illic reperient obſcœna, quot ueterem paganiſmum olentia? Verum hæc quoniam inter ſeria nõ habentur, nemo theologorũ exiſtimat

ad ſe pertinere. Neq; tamen poſtulem iſtorum exemplum mihi patrocinari. Ego nec ioco ſcriptum à me uelim, quod ullo pacto Chriſtianorum officiat pietati. Modo detur, qui quod ſcriptum eſt intelligat: modo detur æquus & integer, quiq; cognoſcere ſtudeat, non affectet calumniari. At ſi quis iſtorũ habeat rationem, qui primũ nullo ſunt ingenio præditi, minore iudicio, deinde nihil omnino bonarum literarũ attigerũt, ſordida tantum iſta, perturbataq; doctrina infecti potius quàm eruditi: deniq; infenſi omnibus, qui ſciunt quod ipſi neſciãt, nec aliud ſecum adferẽtes propoſitum, quàm calumniandi, quicquid illud ſit, quod forte utcunq; intellexerint, is nimirum nihil omnino ſcripturus eſt, ſi uacare uelit calumnia. Quid quod iſtorũ nõnullos gloriæ ſtudium ad calumniandum adducit? Nihil enim glorioſius inſcitia cum ſcientiæ perſuaſione coniuncta. Proinde cum uehementer ſitiant famam, nec eam poſſint bonis rationibus aſſequi, malunt Epheſium illum iuuenem imitari, qui incenſo phano totius orbis celeberrimo nobilitatus eſt, quàm inglorij uiuere. Et cum ipſi nihil lectu dignũ poſſint ædere, toti ſunt in hoc, ut celebriũ uirorum lucubrationes carpãt. De alijs loquor, non de me, qui nihil omnino ſum. Ac Moriæ libellum ipſe ne pili quidem facio, ne quis putet hac re commoueri nos. Quid autem mirum, ſi tales, quales modo diximus,

mus,propoſitiones aliquot eligant, ex magno decerptas opere,quarum alias faciant ſcandaloſas,alias irreuerentiales,alias male ſonantes,alias impias & hæreſim ſapiẽtes? non quod hæc mala reperiant illic, ſed quod ipſi ſecum adferant. Quãto placabilius erat,& Chriſtiano candore dignius, eruditorum hominũ induſtriam fauore alere? & ſi quid forte fortuna fuerit elapſum incogitantius,aut conniuere, aut comiter interpretari,quàm inimice quærere quod reprehendas, & ſycophantam agere, non theologum? Quanto felicius mutua collatione uel docere, uel diſcere:&,ut Hieronymianis utar uerbis, in ſcripturarũ campo ſine noſtro dolore ludere? At in iſtis mirum quàm nihil ſit mediũ. Quoſdam autores ſic legunt,ut quantumuis manifeſtum inciderit erratum,uel friuolo prætextu defendant:in quoſdam adeo ſunt iniqui, ut nihil tam circunſpecte dici poſſit,quod nõ aliqua ratione calumnientur. Quanto præſtiterat dum hæc agunt, dum uiciſſim & lacerant, & lacerantur,ſimul & ſuũ perdentes ocium, & alienum, Græcas aut Hebraicas, aut certe Latinas literas diſcere? quarũ cognitio tantum adfert momenti ad diuinarum ſcientiam literarũ,ut mihi ſanè uideatur uehemẽter impudens,earum rudem theologi nomẽ ſibi uindicare. Proinde Martine optime,pro mea in te beneuolẽtia nõ te deſinam adhortari,quod antehac ſæpius feci,ut ſtu

diíjs tuis ſaltē Græcarum literarū cognitionem adiungas. Rara quædā eſt ingeníj tui felicitas. Stilus ſolidus & neruoſus, ac fluens & exuberans, animū arguit nō ſanum modo, uerūetiam fœcundum. Suppetit ætas nō tantum integra, ſed uirens adhuc & florida: & uulgatum iſtum ſtudiorum curſum iam feliciter abſoluiſti. Crede mihi, ſi iſtis tam præclaris initíjs Græcanicæ literaturæ colophonē addideris, auſim tum mihi, tum alíjs omnibus magnum quiddam de te polliceri, & quod antehac nemo recentiū theologorum præſtiterit. Quod ſi in hac es opinione, ut amore ueræ pietatis putes omnem humanam eruditionem eſſe contemnendam, & arbitraris ad hanc ſapientiā maiore compendio perueniri, transfiguratione quadam in Chriſtum: cæteraq́ꝫ omnia quæ digna cognitu ſint, plenius in fidei lumine perſpici q̄ꝫ in hominum libris, facile tuæ ſubſcripſero ſentētiæ. Quod ſi, ut nūc habet humanarū rerum ſtatus, ueram theologicæ rei cognitionem tibi promittis abſq́ꝫ linguarum peritia, præſertim eius, in qua pleræq́ꝫ ſunt traditæ diuinæ literæ, tota nimirum erras uia. Atq́ꝫ utinam hanc rem perſuadere tibi tam poſſim quàm cupio: nam cupio non minus quàm & te diligo, & tuis ſtudíjs faueo: porrò tum diligo effuſiſſime, tum faueo impenſiſſime. Quod ſi tibi non poſſum approbare, ſaltem illud amici precibus dones uelim, ut periculum facias. Nihil

hil recuſabo ſupplicij, niſi fateberis amicum ac fidũ fuiſſe conſiliũ. Si quid meretur hic meus in te amor, ſi quid ualet patria cõmunis, ſi quid tribuis huic, non auſim dicere, doctrinæ, ſed certe laborioſæ in bonis literis exercitationi, ſi quid tribuis ætati, nam quantũ ad annos attinet, ego tibi pater eſſe poſſem, ſine me hoc uel gratia, uel autoritate, ſi minus argumentis, abs te impetrare. Ita demũ mihi uidebor eloquens, quod tu mihi ſoles tribuere, ſi hãc rẽ perſuaſero. Quod ſi aſſequor, futurum eſt ut uterq; gaudeamus, ego dediſſe conſilium, tu paruiſſe. Et qui nunc es omniũ chariſſimus, hoc nomine non paulo futurus es charior, quod te tibi reddiderim chariorem: ſin minus, uereor ne natu iam grãdior, ac rerũ uſu doctus, & meũ probaturus ſis conſilium, & tuam damnaturus ſententiã: quodq; ferè ſolet uſu uenire, tum intelligas errorẽ tuũ, cum ſerum erit mederi. Poſſem tibi permultos enumerare nominatim, qui cani iam cœperint in his literis repueraſcere, quod tandẽ animaduertiſſent ſine his mancum ac cæcum eſſe literarum ſtudiũ. Verũ hac de re nimis iam multa: ut ad tuam redeam epiſtolam. Quoniã exiſtimas hac una ratione leniri poſſe theologorum inuidiam, & ueterem inſtaurari fauorẽ, ſi quaſi παλινῳδῶν, Sophiæ laudem opponam Moriae encomio: uehemẽter hortaris & obſecras ut ita faciam. Ego mi Dorpi, qui neminem contemno

niſi

niſi meipſum, quicꝗ cupiam, ſi liceat, uniuerſos
mortales habere placatos, nec hoc laboris gra/
uarer ſuſcipere, niſi proſpicerem futurum, ut ſi
quid apud pauculos iniquos & indoctos ortũ
eſt inuidiæ, non ſolum non extinguatur, uerum
etiã magis exacerbetur. Proinde ſatius eſſe du
co, μὴ κινεῖν τὸ εὖ κείμενον κακὸν, καὶ ταύτης καμα/
ρίνας μὴ ἅπτεσθαι. Rectius, ni fallor, tempore lan/
gueſcet hæc excetra. Nunc ad alterã epiſtolæ
tuæ partem uenio. Operam meam in Hierony
mo reſtituẽdo magnopere cõprobas, & ad con
ſimiles hortaris labores. Hortaris tu quidẽ iam
currentẽ, quanꝗ nõ tam hortatoribus opus eſt
ad hanc rẽ, ꝗ adiutoribus, tantũ eſt in negocio
difficultatis. Verũ nolo poſthac mihi quicꝗ cre
das, niſi hic ueracẽ deprehenderis. Iſti quos tan
topere offendit Moria, nec Hieronymi proba
bunt æditionem, nec iſti multo ſunt æquiores
Baſilio, Chryſoſtomo, Nazianzeno, quàm no/
bis, niſi quod in nos licentius debacchantur,
quanꝗ aliquoties irritatiores, nec illis indigna
luminibus uerentur effutire: bonas literas me/
tuunt, & ſuæ timent tyrãnidi. Atꝗ ut intelligas
me non temere hoc diuinare, cũ opus eſſet inſti
tutum, & fama iam percrebuiſſet, accurrere qui
dam graues, ut habentur, uiri: & inſignes, ut ſibi
uidẽtur, theologi: per omnia ſacra typographũ
obteſtantes, ne quid Græcitatis aut Hebraiſmi
pateretur admiſceri: ingens in eis literis eſſe pe/
riculum,

riculum, nec quicꝙ́ eſſe fructus, ad ſolam curio ſitatem eſſe paratas. Et ante hoc tempus cum apud Britannos agerem, forte fortuna incidit mihi compotatio cū Franciſcano quodam, pri- mi nominis Scotiſta, qui plebis iudicio multū ſapere, ſuo nihil neſcire uidetur: huic cum expo ſuiſſem quid in Hieronymo conarer, uehemen ter admiratus eſt, eſſe quicquā in huius libris, quod à theologis nō intelligeretur: homo uſꝙ́ adeo indoctus, ut demirer ſi tres uerſus in om̄i- bus Hieronymi lucubrationibus recte intelli- gat. Addebat homo ſuauis, ſi quid in Hierony- mi præfationibus addubitarē, Britonē omnia luculenter expoſuiſſe. Quæſo mi Dorpi, quid iſtis facias theologis, aut quid preceris, niſi forte fidelem medicum, qui cerebro medeatur? Et tamen huius farinæ ſunt aliquoties, qui in theo logorum conſeſſu fortiſſime uociferātur, hi de Chriſtianiſmo pronūciant. Timent & horrent ceu rem periculoſam ac peſtilentē, quam diuus Hieronymus, quam Origenes etiam ſenex ma gnis ſudoribꝰ ſibi parauit, quo uere theologus eſſet. At Auguſtinus iam epiſcopus, iam ſenex in Confeſſionum libris deplorat, quod iuuenis ab eis literis abhorruiſſet, quæ ſibi in exponen- dis ſacris literis magno uſui eſſe potuiſſent. Si periculū eſt, nō metuam hoc diſcriminis, qđ ui ri tā ſapientes affectarūt: ſi curioſitas, nolim eſſe ſanctior Hieronymo, de quo quàm bene me- reantur iſti, qui quod ille fecit, curioſitatem uo-

cant, uiderint ipſi. Extat peruetuſtum Pontificij ſenatus decretum, de cōſtituendis doctoribus, qui linguas aliquot publice traderent, cum de ſophiſtica, de Ariſtotelis philoſophia perdiſcenda nuſq̃ unq̃ quicquàm ſit cautum: niſi quod iſta in decretis uocantur in dubium, utrum fas ſit ea diſcere, néc ne, atq; horum ſtudium à multis ac magnis autoribus improbatur. Cur quod Pontificum autoritas iuſſit, negligimus: de quo dubitatum eſt, imò quod improbatum, id ſolū amplectimur? quanq̃ idem iſtis euenit in Ariſtotele, quod in diuinis literis: adeſt ubiq; Nemeſis illa, cōtēpti ſermonis ultrix: paſſim & hic hallucinãt, ſomniãt, cæcutiũt, impingũt meraq; portenta proferũt. His egregijs theologis debemus quod ex tam multis ſcriptoribus, quos in catalogo recenſet Hieronymus, tam pauci ſuperſint, quia ſcribebant quod magiſtri noſtri non intelligerent. His debemus quod diuum Hieronymũ ſic habemus deprauatũ ac mutilum, ut alijs plus propè negocij ſit in reſtituendo, quàm ipſi fuerit in ſcribendo. Iam uero quod tertio loco ſcribis de Nouo teſtamēto, ſanè demiror quid tibi acciderit, aut quónã interim pſpicaciſſimos ingenij tui oculos auerteris. Nolis qcquàm à me mutari, niſi ſi quid forte ſit apud Græcos ſignificantius: & negas in hac, qua uulgo utimur ædítione, quicquàm eſſe uitij. Nefas eſſe putas, rem tot ſeculorũ cōſenſu, tot ſynodis approbatã, ullo pacto

pacto conuellere. Obſecro te, ſi uera ſcribis eruditiſſime Dorpi, cur frequenter aliter citat Hieronymus, aliter Auguſtinus, aliter Ambroſius, quàm nos legimus? Cur Hieronymus multa reprehendit, & corrigit nominatim, quæ tamen in hac habentur æditione? Quid facies cum tam multa conſentiunt, hoc eſt, cũ ſecus habent Græcorum codices, cũ ad horũ exemplar citat Hieronymus, cum idem habent uetuſtiſſima Latinorum exẽplaria, cum ipſe ſenſus multo rectius quadrat? num his omnibus contemptis, tuũ ſequeris codicem, fortaſſis à ſcriba deprauatum? Neq; uero quiſq; aſſeuerat in diuinis literis ullũ eſſe mendaciũ. Quandoquidem & hoc adductum eſt abs te, neq; totum hoc, de quo cũ Hieronymo digladiatur Auguſtinus, quicq; ad rem pertinet. At illud ipſa res clamitat, & uel cæco, quod aiunt, poteſt eſſe perſpicuum, ſæpe uel ob imperitiam interpretis, uel ob oſcitantiam græca male reddita eſſe, ſæpe germanam ac ueram lectionem ab indoctis librarijs fuiſſe deprauatã, id quod cotidie uidem⁹ accidere, aliquoties mutatam à ſemidoctis, parum attentis. Vter magis fauet mendacio, qui hæc corrigit ac reſtituit, an qui citius ferat addi mendam, quàm tolli? Quãdoquidem ea deprauatorum natura eſt, ut men da mendam gignat. Et ſunt ferè eiuſmodi, quæ mutamus, ut ad emphaſim pertineãt magis, q̃ ad ſenſum ipſum, quanq; ſæpenumero magna

ſenſus pars eſt emphaſis. Verum non raro tota aberratum eſt uia, quod quoties accidit, quæſo te, quò confugit Auguſtinus, quò Ambroſius, quò Hilarius, quò Hieronymus, niſi ad Græcorum fontes? Id cum ſit eccleſiaſticis quoq; decretis comprobatum, tamen tergiuerſaris, & ſtudes refellere, uel potius elabi diſtinctiuncula. Scribis eo ſeculo Græcorum codices emendatiores fuiſſe latinis: nunc contra eſſe, nec fidendum illorũ libris, qui deſciuerint ab eccleſia Romana. Vix adducor, ut credam te hoc ex animo ſcribere. Quid ais? non legemus eorum libros, qui deſciuerunt à fide Chriſtiana? Cur igitur Ariſtoteli tantum autoritatis tribuunt ethnico, cui nihil unquam fuerit cum fide commercij? Tota Iudæorum gens à Chriſto deſciuit, nihil igitur ponderis habebunt apud nos Pſalmi & Prophetæ, illorũ ſermone ſcripti? Iam mihi receſe capita om̃ia, in quibus Græci à Latinis diſſentiunt orthodoxis: nihil reperies, quod ex noui teſtamenti uerbis natũ ſit, aut quod huc ꝑtineat. Tãtum de uocabulo hypoſtaſeos, de proceſſione ſancti ſpiritus, de conſecrandis ceremonijs, de paupertate ſacerdotum, de poteſtate Romani pontificis cõtrouerſia eſt. At nihil horũ ex falſatis approbant exemplaribus. At quid dices, ubi uideris ſic interpretatum Origenem, ſic Chryſoſtomum, ſic Baſilium, ſic Hieronymum? Num eo quoq; ſeculo falſauerat aliquis Græcorum codices? Aut

quis

quis unq̃ deprehẽdit Græcorũ codices uel uno in loco falſatos fuiſſe? Poſtremo cur falſare uelint, cum hinc non tueantur ſua dogmata? Adde huc, quod ſemper in om̃i doctrinæ genere Græcorum codices emendatiores fuiſſe, quàm noſtros, fatetur & M. Tullius, quanq̃ alioqui Græcis iniquior. Nam diſtinctio literarum, apices, & ipſa ſcripturæ difficultas, in cauſa eſt, quo minus facile queant uitiari: aut ſi quid fuerit uitiatum, facilius poſſit reſtitui. Porrò quod ſcribis, ab hac æditione non eſſe recedendum, tot uidelicet cõſilijs approbata: more uulgarium Theologorũ facis, qui quicquid ullo modo in publicũ uſum irrepſit, eccleſiaſticæ tribuere ſolẽt autoritati. At mihi uel unam profer ſynodum, in qua ſit hæc æditio comprobata. Nam qui comprobauit, quæ cuius ſit, nemo nouit? Nam Hieronymi nõ eſſe, uel ipſæ teſtantur Hieronymi præfationes. Sed eſto comprobarit ſynodus aliqua. num ita comprobauit, ut nihil omnino liceat ex Græcorum fontibus emendare? Num mendas etiã omnes comprobauit, quæ uarijs modis potuerint irrepere? Num huiuſmodi uerbis conceptũ fuit decretũ à patribus? Hæc æditio cuius ſit autoris neſcimus, ſed tamen eam approbamus: nec obſtare uolumus, ſi quid ſecus habent Græci codices, quantumuis emendati: ſi quid ſecus legit Chryſoſtomus, aut Baſilius, aut Athanaſius, aut Hieronymus, etiam ſi illud magis quadrauerit

ad ſenſum euangelicum: & tamen hos ipſos autores in cæteris magnopere cõprobamus. Quin etiam quicquid in poſterum, quocunq; modo, uel à ſemidoctis & audaculis, uel ab imperitis, ebrijs, oſcitantibus librarijs fuerit uitiatum, deprauatum, additum, omiſſum, eadẽ probamus autoritate: neq; cuiq; uolumus licere, mutare ſcripturam ſemel inductam. Ridiculum decretum inquis. At huiuſmodi neceſſe eſt fuiſſe, ſi nos autoritate ſynodi deterres ab hac induſtria. Poſtremo quid dicturi ſumus, ubi uiderimus nec huius æditionis exemplaria conſentire? Num & hanc pugnantiam approbauit ſynodus, præſcia uidelicet, quid quiſq; mutaturus eſſet? Atq; utinam mi Dorpi, tantum eſſet ocij Romanis pontificibus, ut hiſce de rebus ſalutares æderent conſtitutiones, quibus caueretur, de reſtituendis bonorum autorum monumentis, de parandis & reponendis emendatis exemplaribus. Verũ in eo conſilio ſedere nolim iſtos falſiſſimo nomine theologos, qui huc tantum ſpectãt, ut quod ipſi didicerunt, id ſolum habeatur in precio. Quid autem iſti didicerunt, quod non ſit ineptiſſimũ, & idem confuſiſſimum? Quibus ſi contingat tyrannis, futurum eſt, ut antiquatis optimis autoribus, inſulſiſſimas iſtorũ nænias ꝓ oraculis habere cogatur mundus, quæ uſq; adeo nihil habent bonæ eruditionis, ut ego ſanè malim uel mediocris eſſe cerdo, quàm iſtius generis optimus, ſi nihil

hil melioris acceſſerit doctrinæ. Iſti ſunt, qui no/lint quicquam reſtitui, ne quid ignoraſſe uideātur. Hi nobis fictam ſynodorum autoritatem obijciunt: hi magnum Chriſtianæ fidei diſcrimen exaggerant: hi periculū eccleſiæ, quā iſti ſcilicet humeris ſuppoſitis fulciunt, rectius plauſtrum fulturi: & huiuſmodi fumos ſpargunt apud uulgus indoctum ac ſuperſtitioſum: apud quod cum pro theologis habeantur, nolint ullam opinionis ſuæ iacturam facere. Verentur ne, cum perperam diuinas citāt literas, id quod ſæpenumero faciunt, Græcæ aut Hebraicæ ueritatis autoritas in os iaciatur, & mox appareat eſſe ſo/mnium, quod uelut oraculum adducebatur. Diuus Auguſtinus uir tantus, ad hæc epiſcopus, nō grauatur uel ab anniculo puero diſcere. Iſti tales malunt omnia ſurſum ac deorſum miſce/re, quàm cōmittere, ut quicquam uideantur ignorare, quod ad abſolutam pertineat eruditionem. Quanquam nihil hic uideo, quod magnopere pertineat ad fidei Chriſtianæ ſynceritatem: quod ſi maxime pertineret, hoc certe magis eſſet ela/borandum. Neque uero periculum eſt, ne protinus omnes deſciſcāt à Chriſto, ſi fors auditum fuerit, repertū eſſe in ſacris libris, quod uel ſcri/ba deprauarit indoctus aut dormitans, uel in/terpres, neſcio quis, parum apte uerterit. Alijs ex rebus hoc periculum eſt, quas hoc loco prudens ſubticeo. Quāto Chriſtianius fuerit, ſemo

tis contentionibus, quod quiſq; poſſit, in cōmunem uſum libenter conferre, idq; candide amplecti, ſimulq; & citra faſtum diſcere quod neſcias, & citra inuidiā docere quod ſcias. Quod ſi qui ſunt illiteratiores quàm ut quicq; recte docere poſſint, elatiores quàm ut quicq; diſcere uelint, hos, quoniam pauculi ſunt, ualere ſinamus, & bonarum, aut certe bonæ ſpei mentium potius habeamus rationem. Oſtendi quōdam meas annotationes rudes adhuc, & adhuc à follibus, qđ aiunt, calentes, uiris integerrimis, ſummis theologis, doctiſſimis epiſcopis: hi fatebantur ex illis qualibuſcunq; rudimentis ſibi plurimum lucis affulſiſſe ad diuinarum literarum cognitionem. Porrò quod admones, ſciebā Laurentiū Vallam ante nos hoc laboris occupaſſe, quippe cuius annotationes prim⁹ curarim euulgandas, & Iacobi Fabri in Paulinas epiſtolas commentarios uideram: atq; utinam ab his ſic eſſet elaboratum, ut noſtra induſtria nihil foret opus. Equidem Vallam plurima laude dignum arbitror, hominē rhetoricū magis quàm theologum, qui hac diligentia ſit uſus in ſacris literis, ut Græca cum Latinis contulerit, cum nō pauci ſint theologi, qui nunq; uniuerſum teſtamentū ordine perlegerint: quanq; ob hoc aliquot locis diſſentio, præſertim in his quæ ad rem theologicā pertinēt. Porrò Iacobus Faber cōmentarios illos iam tum habebat in manibus, cū nos hoc

operis

operis moliremur: ac parum cõmode euenit, ut nec in familiariſſimis colloquijs alterutri noſtrũ in mentem uenerit, de ſuo meminiſſe inſtituto. Nec ante cognoui quid agitaſſet ille, priuſquã opus formulis excuſum prodiſſet. Et huius conatum uehementer approbo, quanquã ab hoc quoq; locis aliquot diſſentimus inuiti, cum tali amico libenter ὁμόψηφοι futuri per omnia, niſi ueri magis quàm amici eſſet habẽda ratio, præſertim in ſacris literis. Sed mihi nondum ſatis liquet, cur hos duos obijcias, nũ ut à re uelut occupata deterreas? At apparebit me poſt tantos etiam uiros non ſine cauſa laborem hunc ſuſcepiſſe. An hoc ſignificas, nec iſtorum induſtriam probari theologis? Equidem quid Laurẽtio ad ueterem illam inuidiam acceſſerit, nõ uideo. Fabrum audio probari ab omnibus. Quid, quod nec omnino ſimile negociũ molimur? Laurentius tantum annotauit locos aliquot, idq;, ut appareat, in tranſcurſu, leuiq;, quod dici ſolet, brachio. Faber in Paulinas duntaxat epiſtolas ædidit cõmentarios, easq; ſuo more uertit: tum ſi quid diſcrepabat, obiter annotauit. Nos uniuerſum teſtamentũ nouũ ad Græcorum exemplaria uertimus, additis è regione Græcis, quo cuiuis promptũ ſit conferre. Adiecimus ſeparatim annotationes, in quibus partim argumẽtis, partim ueterum autoritate theologorũ docemus, non temere mutatum quod emendauimus, ne

uel

uel fide careat noſtra correctio, uel facile de/prauari poſſit quod emẽdatum eſt. Atq; utinã præſtare potuiſſemus, quod ſedulo ſumus co/nati. Nam quantum ad eccleſiæ negocium atti net, nihil uerebor has meas uigiliolas cuiuis epi ſcopo, cuiuis cardinali, cuiuis etiã Romano pon tifici dicare, modo talis ſit, qualẽ habemus. Po/ſtremo non dubito futurum, quin tu quoq; ſis ædito libro gratulaturus, qui nunc ab ædendo dehortaris, modo uel paululum eas deguſtaris literas, ſine quibus hiſce de rebus recte iudicari nõ poſſit. Vide mi Dorpi, ut eodẽ officio gemi nam inieris gratiam: nimirũ alteram apud theo logos iſtos, quorum nomine diligẽtiſſime fun/ctus ſis tua legatione: alteram apud me, cui tam amica admonitione teſtatiorem feceris amorẽ tuũ. Tu uiciſſim boni conſules noſtram æque liberam ſatisfactionem, & ſi ſapis, noſtro cõſilio potius accedes, qui tuam unius rem ago, quàm iſtorum qui tuum ingenium eximijs rebus na/tum, non ob aliud ſtudent in ſuam trahere fa/ctionem, quàm quo tanti ducis acceſſione ſuas cõmuniant copias. Sequantur illi meliora ſi poſ ſint: ſin minus, tu tamẽ quod eſt optimũ ſeque/re. Quod ſi non potes illos reddere meliores, id quod uelim te adniti, ſaltem illud caue, ne te reddant deteriorem. Porrò fac, ut qua fide cau ſam iſtorum apud me egiſti, eadem meã agas apud iſtos. Placabis homines, quoad fieri po/

teſt

teſt,& perſuadebis me,quod facio,non in eorũ facere contumeliam, qui haſce literas neſciunt, ſed in publicam omniũ utilitatem, quæ nemini non patebit, ſi uelit uti:neminem urgebit,ſi ma lit carere:tum eo eſſe animo,ut ſi quis exoriatur qui rectiora docere poſſit aut uelit, me primũ fore qui noſtra reſcindam & abrogem, & illius ſubſcribam ſentẽtiæ. Ioanni Paludano multam ex me ſalutem dicito, cum quo fac ut hanc de Moria litem partiaris propter cõmentarios illi dicatos à Liſtrio noſtro. Doctiſſimo Neuio, humaniſſimo D. Nicolao de Beueris,præpoſi- to diui Petri fac me diligenter cõmendes. Me- nardum abbatem,quem tam magnificis ornas præconijs,nec dubito quin,qua es fide, ueriſſi- mis,uel tua cauſa diligo,uenerorq́;,neque negligam in literis meis,ſimulatq; in- ciderit cõmoditas, eius honori ficam facere mentionem.

Bene uale mortaliũ chariſſime Dor pi. Antuer piæ. Anno M. D. XV.

# IO. FROBENIVS LECTORI S.

NActi nuper uetuſtum codicē in Annei Senecæ ludū, amice lector, quando is libellus non temere citra codicum auxiliū poſſit integre reſtitui, noluimus & hac te lectionis cōmoditate, ſi qua ſit, fraudari: rurſusq; ſub incudē reuocauimus, tum hunc, tum eos qui huic adhærebant, nullaq; mutata lectione, ubi diſſiderent exemplaria, præfixis aſteriſcis è regione, indicauimus: exactius interim omnia executi: indice etiam tum calci adiecto, earum ferè quæ cōmentarijs continentur, rerum & uocabulorum explanationem complectente: ex quibus nōnulla etiam marginibus adſcripta ſunt, ne quis forte illa putet ad cōtextum pertinere: quod facile quiſq; intelliget, qui uel leuiter animū aduerterit. Vale.

## A


Abraxas. 292
Abraxaſij. ibidē
Achillis coma 66
Ἀκέφαλος ſermo 29
A carcere 19
Academici 228
Acipenſer 231
Accipere 101
Acies 297
Aconitum 287
A Dorio ad Phrygium 69
Ad amuſſim 125
Ad farinas 206
Ad myrtū canere. 145
Aegis Iouis 125
Aeneum ſtare 164
Aegyptij 85
Aethiopem dealbare 114


Aes

Aes Dodonæum. 258
Aediles 221
Αἰγυπτϊάζειν 78
Affectus qui πάθη. 173
Africa 250
Agrippina Claudij uxor 42. 20
Agere animam 13
Ἀγκυλομῆτις 136
Agamemnon 95
Albis quadrigis 234
Alogia 25
Alexander Imp. 73
Alpha 125. 329
Aliena frui inſania. 165
Aleatorũ inter ſe fides. Ἀλαοσκοπιῆ. 310. (209
Ἀλαός 310
Alcinous 307
Amphion 159
Amuſſis 175
Amuſa 99
Amor cæcus 148
Amaricinum 249
Antonia Claudij mr̃. 6
Anima iuxta phõs 11
Animæ ſedes 12
Animũ in Piſa pare. 64
Ἄνοια 124
Aniani apologus. 197
Anathemata 217
Anacalypteria 77
Antrũ Trophonij. 110
Animi cauſa 200
Antagoniſta 275
Antiquitatis ſtudiũ. 150
Anagyris. 263
Apelles 231
Appia uia 8
Apolloniꝰ Thyanæꝰ. 22
Apollonij uitæ ſcriptores 73
Ἀπροσδόκητον 118
Ἀπαίδεια 123
Apologus de uentre & alijs membris 159
Apologus de equo & ceruo 191
Apollinis epitheta. 236. 235.
Ἀποτρόπαιος 251
Ἀποθέωσις 29
Apum laus 290
Aqualiculus 289
Aquila 344
Arrianus hiſtoricus. 26
Araris, arar 77
Archidamicũ bellũ. 61

Ariſtophanes hiſtoric⁹. (136
Archilochus.155.
Argiuorum lex 87
Argus paſtor 148
Arridere 223
Artemiſium 238
Argos 240. 241
Αʿρμοσταί 310
Aſini ĩ leõis exuuio. 116
Aſinus ad lyrã. 222. 302
Aſphodelus 122
Aſtrologi ꝓgnoſtæ. 201
Aſin⁹ Cuman⁹. 248. 351
Ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα. 121
Atteius philologus. 22
Attellanæ 140
Atticus 203
Aut regẽ aut fatuũ 6
Autor 7
Aut bibe aut abi 172
Aureus ramus 247
Aurem uellere 35
Aulus Plautius 16
Aurora 134
Audaciſſimi q̃ ſtupidiſ(ſimi. 153

B

Bacchi epitheta. 234
Bacchi laudes. 234
Bacchi cultus 135
Bacchus bis natus. 136
Baſilea à Rauracis 23
Βατραχομυομαχία 102
Barbari 225
Babylonas capere 250
Baſilides hæretic⁹. 282.
Beatæ aniculæ. 243 (292
Belis fabula. 295.
Βελεσιχαρής 236
Bellerophon 52
Bernardus 355
Bernardi vñ. uerſicli. 216
Boleti deorũ cibus. 20
Bonæ leges ex malis moribus. 186
Bonorum mare 312
Bonis auibus 324
Bona triplicia 354
Brabanti 133
Britannicus 34
Brigantes 47
Bliteí, bliton 194
Britanni 224. 207
Brutus 342
Buſiris 102
Bugloſſa 210
Bubſequa 250

C

CAius Cæſar 22

C. Cæſ.

C. Cæſ. incõſtantia 8
Caius Caligula 41. 53
Cædes in Claudij nuptijs 43
Calculum addere 325
Canicies ſapientiæ indicium 77
Carcer qui βαλβίς 19
Cãis ĩ ſuo ſterqlinio. 27
Capita Perſarum 85
καὶ ταῦτα δὴ μετὰ ταῦτα. 118
Capulares 129. 181
Capulus 139. 181
Cato Cenſorius. 58. 156
Caſcus caſcam 48
Cato Vticenſis 156
Candidati 164
Catullire 181
καπρῶσι ibidem
Camarina 262
Carthuſienſes 317
Cæcior talpa 296
Caliſthenes 228.
Ceratini ſyllogiſmi. 146
Centones 200
Cereorum uſus 229
Creſphygeta 264
Cenſores 279
Ceruus 344
Ceroma 142
Chaos 119
Character theologorũ. (272
Chaldæi. 187
Chiliades Eraſmi 7
Chiron 179
Chiragra 209
Choragus 170
Chriſtophorus Polyphemus alter 211
Chriſti præceptũ 289
Chimæra 301
Chriſtiani omnes religioſi 317
Chriſti doctrina 336
Chryſippus 225. 340
Circe uenefica 134
Cicuta herba 154
Ciceronis filius 157
Cilicina ueſtis 287
Ciuitas Platonis 74
Claudius Cæſar 5
Claudij ſtulticia 15
Claudij ſtatura 20
Claudius Græculus. 21
Claudij facilitas, 25. 45
Claudius ubi natus. 23
Claudius aleator 47
Clauis ſcientiæ 272

Cliſthenes 93
Clepſydræ 213
Cluniacenſes 286
Cn. Pompeius 41
Conceptis uerbis 9
Corrigere 31
Cognitiones 54
Cometes 52. 304
Commentatio 100
κολακία.123.128.226.252
Comus 124
Cordax 129
Corycæus 140
Congiarium 164
Condonationes 213
Cœlū terræ miſcere.237
Colludere 245
Corollaria 264
Comœdus 294
Comicus ibidem
Copiſtæ 312
Conuerrere 306
Cornicum oculos configere 328
Columba 344
Cotys dea 93
Crabro 296
Craſſus Frugi 44
Crocodilites 145
Crœſus 205
Cuno B. Rhenani præceptor 55
Cuſpis 297
Cuculus 149
Curruca ibidem
Cyprus 240

D

DAmis Aſſyrius. 73
Dama 170
Dæmones 185
Deus iuxta Platonē. 21
De principijs rerum. 11
Democritus 100. 237
De lana caprina.201.259
Declamatio. 205
Declamare 230
Delus inſula 121
Demoſthenes.156.255. (153.
Decij duo.164.
Δειλοὶ βροτοί 192
Δειλία 193
Decoquere 243
Decē dei nomina 283
Dieſpiter 34
Dilatura 52
Dionis oratio 64
Dion Chryſoſtomus.60
Decorum 204. 112

Diſpeream

Diſpeream 99
Dij Homerici. 210
Dij ſelecti 119
Dialectici 115
Δὶς διὰ πασῶν. 123
Diogenes Cynicus. 179
Dionyſius 249
Diræ ultrices 202
Dijs permittere 305
Didymus 340
Donare ciuitate 15
Dogmata. 126
Domitianus 171
Dormiẽtꝭ rete cepit. 319
Δωτῆρες ἐάων 115
Druſilla Cai ſoror 7
Druſus Claudij pr̃. 35
Dryudæ ſacerdotes. 42
Duci quid 24
Duæ hoĩm linguæ. 197
Duo uitia in amicitia. (126.

E

Ἑκατηβόλος. 236
Edui 16
Educere 337
Efferre 14
Eidus 6
Εἰσαγωγή 327
Ἑλίκωπες ἀχαιοί 65
Elleborum 204.302
Elyſium 198
Emblemata 117
Empyreum cœlum. 282
Encomium. 99
Ἐγκωμιάζειν ibidem
Ennij ſomnium 250
Ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι. 121
Ἐν φιλότητι μιχθείς. 120
Epibaterion. 77
Epicurus 52
Epiſcopus 310. 309
Ἐπιψηφίζεσθαι 326
Ἐπιμαχία 334
Epilogus 362
Ἔφοδος 299
Equus Seianus 310
Erathoſthenes. 22
Eros à fortitudine 202
Ἐς κόρακας 324
Eubœnſes 61
Eubœa ibidem
Euphorbus 67
Euſebius Cæſarieñ. 25
Εὐτυχής 319
Exotica 117
Excõmunicati 314
Ex muſca elephantem facere. 114

F

FAbuloſus 230
Fabula de Iunonis catena 40
Factũ ſtultus nouit. 167
Facile agere 128
Farrago 362
Fauorinus 102
Fauonij uenti 111
Febris delubrum 22
Ferrum in igne eſſe. 36
Felix Iudææ præfect. 50
Ferox 336
Ficulnus 129. 341
Flere ad nouercæ tumulum. 142
Franciſcus Picus. 259
Fritillus 210
Frõtẽ exporrigere. 205
Furor quadruplex 101

G

GAllus in ſuo ſterquilinio 27
Gallus Luciani. 192. 233
Galericulum 180
Germanus 23
Genethliaci 14
Geſſoriacum 47
Γελωτοποιός 129
Γέρων 181
Georgi⁹ alter Hercules. (212
Glorioſus. 330
Gracchi 156
Grãmaticorũ diræ. 247
Græcorũ epitheton. 65
Grũnius Corocotta. 103
Gryllus ibidem
Γυμνοπόδιον 140

H

HArpocras libertus. 51
Harpocrates 140
Harenam metiri 178
Hæretici 338. 339
Herculis labores. 21
Hercules 26. 235
Hermogenes 222
Hiſtoricorũ uanitas. 7
Hiſtoriæ Claudij 22
Hierocles 73
Hirudo bilinguis 117
Hippolytus 212
Hieronymus πεντάγλωττος 331
Honores 10
Hollandi 133
Horatian⁹ Priapus. 129. (324.
Homerus. 192.
Hymnus 99
Hyſtrix 323

I

Iani tres ſtatuæ. 32
Ianus qui & ſol. 34
Iacta ſit alea 320
Icarõenippus 242.246
Ideæ Platonis. 175
Ἡδονή 124
Ieſus Hebraice 297
Ignẽ aquæ miſcere. 166
Illoto ore 277
Illũinatus theolog⁹.267
Imagines in tẽplis. 240
Indulgentiæ 213
Inachia. 26
In ſententiam ire 45
Inſanus 202
Inſtantia 268
In foribus hydria. 327
Ioannes Phrea 55
Iolaus 63
Iouis coma 67
Iouis epitheta. 125.123.
Ἡράκλῆς 251.302 (136.235
Iſocrates. 155.
Iunia Caluina 30
Iunonis epitheton. 67
Iuuenari 180
Iudæi 281
Iureconſulti 332
Iuliæ Claudij amitæ. 38

L

Labyrinthi.270.269
Lacedæmonij. 65
Lampſacum 441
Laruæ 34.210
Latrunculi 200
Lælius 254
Latifundia 189
Latum digitum 304
Lex Cornelia 51
Leges conuiuales. 172
Legulei 188
Lerna malorum 215
Λεοντή 351
Λεπτολεσχίαι 268
Λεπτολόγοι 268
Lethargus 291
Liuilla Claudij ſoror. 6
Literarum inuẽtor. 185
Λῆρος, λείριον 122
Logodædali 384
Λογομαχίαι 274
L.Caſſius Longinus.7
L.Munacius Plãcus.23
Lugdunũ colonia. 23
L.Syllanus 30
Lucian⁹ Samoſatẽ. 102
Lupus in fabula 156
Lucretij ſententia 127
Lupata 191

Luciani philopſeudes. (210.
Lucilius 251.
Lymphatus 170
Lycurgi cōmentū. 161
Lynceus 175. 268

M

MApalia 32
M. Antonius. 15
M. Cornelius 23
Magi 256
Malea 209
Mādare laqueum. 177
Mangonica 95
Manticulator 250
Mantica in tergo 147
Manus manū lauat. 36.
Materiæ ἄδοξοι 102
Mathematici 14
Maximus Aeginēſis. 73
Medea 134
Medicina 188. 187
Medicorum filij 332
Megarenſes 152
Μεγαλοῤῥοιῶντες 308
Melle perungere 182
Meleager 66
Menelaus ibidem
Menenius Agrippa. 159
Mercurius 129
Meſſalina 40
Metamorphoſes 129
Methe ſeu μέθη 125
μικρολογεῖν 259
Midas 111
μηδὲν ὑγιές 137
Mileſiæ uirgines 178
Militū ſpes Barbara. 212
Minos rex 162
Miſera prudentia 167
Miſſionem dari 53
μισοπονία 124
μνημόσυνον 101
Μοχθηρός 193
Mola 253
Molionidæ 63
Moly herba 122
Momus deus 128
Monachi 127. 284
Monachi inuiſi 284
Μῶρα μῶρος λέγει 196
Mordicus 102
Moria 99
Μωρόσοφοι 117
Mortaliū epitheton. 192
Morycho ſtultior 139
Mouere Camarinā. 262
Mulio ꝑpetuarius 24
Mulotribæ 312
Mundus iuxta philo-
ſophos 11

Municipes 23
Mures ferrũ roſerũt. 25
Mures delicati 31
Mutuũ muli ſcabũt. 228
Mycillus 233
Myrias 290
Myſtæ 118.239.362

N

NArciſſus 44.41
Narciſci diuitiæ 48
Νεκροθηκοφόρος γέρων. 75
Νεανίζειν 180
Νεανίας ibidem
Nebri panes 74
Negociatores 244
Nemeſis 300
Νεφεληγερέτης 125
Νεότης 120
Nepenthes 210
Neq; cœlum neq; terram attingens. 300
Nero muſicæ dedit⁹. 18
Nero Senecam ſuſtulit. 
Neſtor. 151.179. (342
Neſtorea ſenecta. ibidẽ
Niger color infauſt⁹. 49
Νήγρετος ὕπνος 124
Nigrum in candida uertere 197
Nihil aliud quàm 128
Nihil ad uerſum 321
Niobe 298
Nireus /151. 222. 221
Noctua uolat 319
Nominales 270
Notor 28
Numa Pompilius 162

O

OBeſæ naris 200
ὀβριμοπάτρης. 125
Odi memorem compotorem 362
οἰκόσιτοι 119
οἶον 305
Olympus 243
Olympia 241
Omnium horarum. 101
Opinio de ſole 12
Orcades inſulæ 47
Orcus 243
Orpheus 241
Ouidij trãsformatiões.
Ouis mores. 145. (36

P

PAean Apollo. 235
παιδοποιεῖν 125
Pallas libertus 50
Pallas 100.120.130
παλίμπαιδες 130
παλινῳδεῖν 279

Palinodia 263
Pan uniuerſi ſymbolũ.
Panace. 122. (24
Panici tumultus 136
Pan deus 136. 140
Panegyric⁹ Eraſmi. 228
Paridis cultus 90
Paryſatis 62
Papæ 311
Paris q & Alexãder. 92
παῤῥησία 302
παῤῥησιάσεσθαι ibidem
παροιμιάζεσθαι 320
Pantomimus 49
Patronus 204
Patrocli funus 69
Pæta Venus 146
Pedarĳ ſenatores 44
Pedib⁹ ire in ſniam. 45
Pelion mons 84
Pelias haſta 84
πένθος 210
Penthemimeres. 298
Penelope 206
Peregrini 246
Perſius 254
Perſona 170
Peripatetici. 174.244
Perſarum reges 252
Pecuniæ cõtẽptus. 287
Per manus tradere. 294
Pelles pro tentorĳs. 338
Phaon 134. 151. 182
Phalaris 114.249
Phalariſmus 249
Phõrum diſſentio. 10. 13
Philoſophia 351
Philologi 21
Philoſtratus 73
Philalethes liber. ibidẽ
Philoxenus 128
φιλομμειδὴς Venus 137
Philoteſiæ 144
φιλαυτία. 201.123.252
φιλοπονία 124
Phœbi cognomina. 255
Picea quæ πεύκη 74
Pictura 79
Pĩguiore Minerua. 169
Plancus 47
Plagiarĳ 255
Plagium 255
Plato de bĳugis eqs. 73
Plato 78.342
Plenu manu 19
Plutus 119
Poëtæ loquaces 9
Poſides libertus 50
Polybius 51
Poëtica 79.60

Poëticæ finitio 80
Porci Acarnanij 133
Polypus morbus 146
Populus belua 163
Pomerium 189
Polyphemus. 211
πολυμήτις Vlyſſes 292
Polycrates 102
Poëtæ liberi 252
Præcido 37
Præcox 131
Principia rerum 11
πρὸς τἄλφιτα 206
φροντιστήριον 248
φρόντιζον ibidem
Propicius 263
Primum mobile 282
Prudentia triplex 16
Pſammenitus 85
Ptolemæus 88
Puppis & prora 155
Pupus, pupa 148
Putere 149
Putidus 224
Pyrgus 210
Pythagoræ quaternio.
Pythagoras. 245. (126

Q

QVæ timidos reddant. 167
Quæſtuarij notant. 211
Quarta luna nati 319
Qui à Caligula uapularunt 54
Q. Curtius 164
Quod genus 305

R

Ῥᾶον ἄγειν 129
Rō in cerebro. 141
Raurica colonia 23
Ῥαψῳδία 200
Reales ſophiſtæ 270
Repotia 308
Reuerendiſſimi 311
Regis nomē inuiſū. 17
Rex in cōuiuio 145
Rhamnuſia 318
Rhetores 113.47
Rhetorica ad Herennium 253
Rhetorica 95. 228
Rhodanus 24
Rhodus 240
Riſus ſtultorū eſt 123

S

SAles 206
Saturnalia. 30. 46
Satyra 102
Scandalum 280
Sciurus 226

Scotidæ 271
Seneca 5.174.347
Seculum 214
Seipſum canere 113
Semuncia ad aſſem.141
Senes obliuioſi 157
Senum epitheton 160
Senes ĩpotẽtiꝰ amãt.180
Senectus 129
Seniũ ꝗd acceleret. 197
Sermo animi index.216
Sertorij cõmẽtũ.160.161
Silenus 24
Sileni Alcibiadis 168
Silicernia 181
Simiæ in purpura 116
Siſyphus 53. 258
Socrates Silenis ſil'is.75
Socratis mors 81
Socratis uxor 157
Socratis dogmata 163
Socratis dictũ. 186.228
Socrates 229. 352
Sõni epithetũ 254.124
Sophiſtæ ꝗ olĩ ſophi.112
Sordidus 244
Sorites ſyllogiſmus.146
Sphærica figura 29
Specꝰ Platonicꝰ. 232.353
Sponſi Penelopes. 302
Stentor 260
Steſichorus 279
Stoicus ſapiens 28.29
Stoicorũ paradoxa.176
Stoicæ ranæ 200
Stoicidæ 271
Stulticia ex diuitijs. 120
Suppoſitare 267
Syllanus 16.41
Συμμαχεῖν 334
Συμμαχία ibidem
Συμπεριφοραί 146
Symphoniſci 205
Synaxis 266
Syneſius 103
Syneſij interpres 93

T

Talthybius 47
Tantalus 52
Tantali horti 175
Τὰ ὦτα κινῶσι 118
Tantum non 212
Tela Penelopes 276
Templum Claudij. 32
Tenedia bipennis 265
Tenedius patronus. 339
Tethidis epithetõ. 67
Tetragrammaton 283
Terrã ore momordit. (190
Thamus rex.45.
Themiſtocles 160
Theologi neoterici. 6

Thermopylæ 87
Therſites 103.151
Theophraſtus. 155
Θεομαχε͂ιν 193
Θεολογώτατος 296
Theutus 184
Thomas Morus 204
Tiberius Cæſar 101
Timarchus. 93
Timotheus felix 319
Timon μισᾶνος 158
Tireſias 260
Titanicum 125
Τί ἔπαθε 339
Tonus Phrygius 69
Tragemata 144
Tres Claudiĳ liberti. 50
τρυφή 124
τρεπτανελό 140
Trias 296
Triens 233
Tres linguæ 330
Tres hominis partes. 356
Trabẽ ſuſpẽdio q̃rere. 183
Tyrannis Neronis 17

V

VAe particula 236
Velleiꝰ Paterculus (47
Veioues 236.
Ventriculus 243
Venus rerum origo 127
Venandi ſtudium 207
Veneris epitheta. 67.137
Veneres duæ 201
Veteres theologi 266
Vetus diuorũ cultus. 220
Verboſæ preces 280
Vetus comœdia 101
Verſura 243
Via Appia 8
Vitilitigatores 101
Viuere 145.197.362
Victus 182
Vidula 337
Vita humana 171
Vltra fuſum 179
Vltra ſepta 361
Vlyſſes 64.192
Vox λειριόεσσα 131
Vocabula theologorum. (266.
Vſq; ad rauim. 141
Vti foro 122
Vulcanus 39
Vulcanꝰ deorũ morio. 129
Vulcania uincula 265.

X

XAntus fluuius 24
Xerxes 87
Xenocrates 179

Z

ZEuſis 231
Zelus 315

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza



BASILEAE APVD IO. FROB.
MENSE OCTOBRI. AN.
M. D. XXI.



Ut fortuna volet stabo tamen